






FRIDERICI

NAVSEAE BLANCICAMPIANI, sacræ Theologiæ & LL. Impp. doctoris, inclytæ Viennensis ecclesiæ Coadiutoris, Ecclesiastæ, Consiliariiꝗ Regii, Euãgelicę veritatis Homiliarum Cẽturiæ quatuor, iam iterum atꝗ iterum, ab ipso authore, fideliter recognitæ.

Ad Christianæ pietatis augmentum & decus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

ANNO M. D. XL. Mense Augusto.

Coloniæ, Impensis Petri Quentell.










EPIGRAMMA IOANNIS BOCkenrodij Poetæ & Theologi ad opus Centuriarum D. Nauseæ Blancicãpiani.

Si miramur opes fallaces diuitis Hæbri,
Pactoli, Gangis, fluminis atq; Tagi.
Si miramur opes, quæ clausa cubilia Crœsi,
Imo Mydæ, tutis continuere locis.
Si mirámur opes Arabum non pauperiorum,
Imo quicquid opum mundus auarus habet.
Cur nõ miremur cœleste volumen? & inter
Magnas diuitias connumeremus idem?
Cur non miremur, veneremur, amemus, & huius
Egregium authorem? nonne veremur eum?
Nempe pias Gazas, cœlestia munera nobis,
Thësaurum æternum, dona beata, dedit.
Multa archana dedit, necnon mysteria multa,
Explicuit nucleum, cortice dante locum.
Eximius doctor, libri celeberrimus author
Nausea, Nestoreos victitet ergo dies.

ALIVD EIVSDEM IN IDEM

N Non manet in terris similis tibi forte poeta, A
A An par doctrinę dogma quit esse tuæ? B
V Verba sacrata doces, mortalia crimina dãnas, S
S Subdere colla mones quoslibet absq; metu. V
E Erigis auriculas populorum voce diserta, A
A Acria verba tonas, quo tibi fortis agon. N
A Auges iccirco & titulũ & tibi nobile nomen. N
E Ergo age quo (velut est) sit tibi vita proba, A
S Sic poteris læto cœlos ascendere vultu, V
V Viuæ tuæ patriæ Nausea iugis honos. S
A Ad sanctos propera patres, omni sine labe, B
N Nausea præcellens, sine probante bona, A

ORTHVINI GRATII TETRASTICHON, Ad lectorem.

Tu lege quæ nobis clarissimus ædidit author
Nausea, cui Charites, Pieridesq; fauent.
Quem colit & Cæsar, simul & rex noster, & omnes
Qui decus, ac culmen pontificale tenent.

AD SERENISSIMVM ET INVICTISSIMVM PRINCIPEM, CAESAREM Ferdinandum, Rhomanorum, Germaniarum, Hungariæ, Boemiæq́ꝫ Regẽ augustiss. Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, ac plurium Europæ prouinciarum Dominum & hæredem potentissimum, dominum suum clementiss. Friderici Nauseæ Blancicampiani, in secundam operis adaucti suarum Euangelicæ veritatis Homiliarum æditionem, Præfatio.



VAS NVPER MEAS PRO euangelica veritate Homilias, opus catholico passim populo tum primo natum reuerẽdissimo patri, illustrissimoq́ꝫ principi, Alberto Brandeburgeñ. Cardinali, Archiepiscopo Mogũtineñ. & Magdeburgeñ. Principi Electori, Primatiq́ꝫ, &c. domino meo colendissimo, non secus atqꝫ censorio cuidam numini multis admodũ nominibus dicaui, nunc idem sic interim nouissima non solum apud me fœtura renatum, sed & iusta insuper Centuria, eadẽq́ꝫ in ordine quarta, & supra sesquichiliaden dogmatum salutarium suis pene locis nõ contemnenda additione, nec pœnitendo fœnore coauctum, vt à prima illa fœtura & æditione prorsus aliud fit, idemq́ꝫ aliud adparere soleat, tibi Ferdinande Rex augustissime & Cæsar inuictissime, non aliter atqꝫ tutelari numini supplex dedico & consecro. Nec in primis (quod pleriqꝫ solent) diu, multumq́ꝫ causabor, qua nam ratione hoc ipsum commode fecerim. Quandoquidem vere rex sis ex illis olim regibus, qui non tam munera quàm animos offerentium respexere: nimirũ dijs superis perquàm simillimi. Quos tam non vlli fuit vitio colere quoquo posset, vt eis etiamnum lacte rustici, multæq́ꝫ gentes supplicauerint, molaq́ꝫ dumtaxat salsa litauerint, qui thura nõ habuerunt. Atqꝫ illi pluris hæc ipsa eorum pusilla supplici oblata animo dona quàm aliorum pretiosa munera susceperunt, vtpote non tã adcuratis adorantiũ precibus, q̃ innocentia & sanctitate lætati, longeq́ꝫ gratiorem existimãtes, qui delubris eorum puram, castamq́ꝫ mentem, q̃ qui meditatum carmen inferret. Quod deinde plebs ipsa pietate q̃ re ditior animaduertẽs inter auro, gemmisq́ꝫ radiantia regũ donaria corollas passim ex pratensibus flosculis aut hortensibus herbulis suspendere & dijs illis superis adfigere nequaq̃ subueretur.

Diuersam & huius dedicationis causam a prima.

Deum nõ quantitatẽ sed qualitatem muneris intueri, hocq́ꝫ veros reges facere.

¶Hinc factũ, ꝗ quum veteres illi, ijdemq́ꝫ nõ illaudati scriptores certo rescirent, nõ esse mortalium alios, q̃ reges ipsos dijs quidẽ illis superis dignitate proximiores & functione, nempe eorũ hic delegata quadã potestate vicem gerentes ac proinde in excelsissimo humani generis fastigio positos, nihil putarũt tam vel magnum, vel tam pusillũ, vel tã ludicrum, vel tã seriũ, quod nõ recte posset regibus offerri: modo religiose idipsum, reuerẽterq́ꝫ fieret.

Excellentẽ esse regũ dignitatem.

¶Quam ob rem Victruuius olim suũ de architectura opus Imp. Aug. Iulius Pollux suas de grammatica lucubratiões Commodo Cæsari, Opianus suum de piscibus lib. Imp. Antonino, Diophanes suos de agricultura labores Deiotero regi, Plinius suũ naturalis historiæ opus Imp. Vespasiano, & hoc genus alij, suorũ ingeniorũ, vel cuiuslibet argumenti opa, regibus, adeoq́ꝫ Impp. ipsis cõsecrata q̃ alijs longe maluerũt. Quæ tandẽ illi dicata sibi plane accepta habuerunt, nihil de argumento inscriptorũ vel quãlibet vili, protritoq́ꝫ soliciti.

Qui q̃ exigua regibus dicauerint.

¶Iam vero Ferdinande rex optime, si scriptores tanti hoc ipsum apud æthnicos reges, Cæsares & Imperatores ausi fuere, atqꝫ hæc sua ipsis audacia tam non cessit infeliciter vt p eam sibi apud eos gratiam minime vulgarem comparauerint, quum ego minus auderem apud te regem, tanto illis virtute & dignitate præstantem, quanto fide & religione præcel-



Christū regem nō eē munerum sed cordiū acceptorē.

lis, quippe qui iusto, legitimoq; prorsus titulo tam re quàm nomine toto terrarum orbe regis illius vicem geris, qui tametsi rex est regum & dominus dominantium, vsqueadeo tamen munera vel quamlibet exigua sibi deuota mente oblata non adspernatur, vt etiam donaria non pretijs, sed animis solitus sit æstimare, qui duo minutila pauperculæ viduæ splendidis & opimis diuitum donarijs longe prætulerit. Atq; hoc est, quod ex animo confidam nos hoc inclytæ tuæ maiestati pro euangelica veritate opus recta nimirum ratione dicare, & illam regia sua virtute .i. gratiose susceptură hoc ipsum, & quidem maxime, quod præter enarata exempla tot huiusce dedicationis accedant causæ. Primū quidem quicquid hoc est muneris, imo quicquid apud omnes vbiq; est literariæ dignitatis mereantur inclytæ ac planę regiæ tuæ virtutes, quæ sic in te sunt numero multæ & excellentia stupendæ, vt per eas (quod & aliàs ingenue testatum reliqui) vetustorum seculorum gloriam & antiquitatis illius vndequaq; laudatæ famā longe non dico æques sed ita oīno superes, vt de te hoc poetæ multo verius quàm ille de Imp. Domitiano dixerim.

Laus Ferdinandi eę gis prima a regijs virtuubus.

> Sanctorum nobis miracula reddis auorum,
> Nec pateris Cæsar secula cana mori.
> Sic noua dum condis, reuocas Auguste priora,
> Debentur quæ sunt, quæq; fuere tibi.

Si enim quod res habet, mecū paulo diligentius repeto, sane non obscure video, illum te esse regem, qui vnus ipse multorum & eorum non illaudatorum regum, Cæsarum, Imperatorum, & hoc genus heroum dotes ac decora non solum ex æquo referas, verumetiam longo post te interuallo tuis relinquas virtutibus. Ipse quidem Ptolomei Philadelphi studium erga bonas literas, Alexandri cognomento Magni felicitatē, Philippi ciuilitatem, Iulij Cæs. animi vim, Augusti Imp. sanitatem, Traiani non minus bonitatem quàm mansuetudinem, Alexandri Seueri intregritatem. M. Antonij Pij doctrinam, Theodosii pietatem. T. Vespasiani humanitatē & facilitatem, & si quid aliud in singulis priscorum insigne fuisse legimus, maxime superas. Accedit autem omniū virtutū & ornamentorū tuorū ceu Colophon quidam, quod nemo te sit vno ad congressum (sicubi res postulet) ciuilior, nemo minus supercilij præ se ferens, incolumi tamē interim regia dignitate. Siquidē tanta sit omnium tibi laudū concordia, tantusq; omnis gloriæ concentus, vt nihil in te sæueritati hilaritate, nihil grauitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detrahatur. Nec est, quod hac parte tuas illas virtutes vere regias rhetorico fuco multis aut recēseam aut adstruā, cū quod huius nec sit loci nec tēporis nec instituti, tum quod illas ne cogitando quidē cōplecti queam: quādo qlibet illarū tēpus suum, locū suum, orationemq; suā desideret. Quanq̄ nonnihil anno quidem superiore in nostro ad regiam maiestatem tuam Panegyrico in hanc rem conatus sim, conaturus & posthac suo nimirum loco, quatenus suffecero.

Quibus quibus reges virtuubus & dotib. excelluerunt.

Laus Ferdinandi regis a ciuilitate cōgressus.

¶ Habes aūt interim Cęsar eminētissime tuarū maximarū virtutū testes æternitatis nō e multis paucos, sed e paucis plane multos, & eos quidē omni, quod dici solet, exceptiōe maiores, vtpote viros illos, qui orbi habent dare Cæsarem, Reuerendissimos, inquam, patres, & illustrissimos Imperij Electores. Illi quidem nuper pro sua, qua mire pollent, prudētia, considerantes, in quanto passim discrimine Rhomanum versaretur Imperium, quippe qd ipsum multis admodum causis contrahi, varillare, collabiq; cœptum, sic omnino pessum ire videbať, vt nisi (gloriosissimo præsertim Imp. Carolo. V. fratre tuo inclytissimo absente) selecto per eos aliquo, qui eiusdem sacri Rhom. Imp. habenas & sapienter & potenter, manuq; regia sub hæc dubia tempora moderaretur, ipsum plane corrueret, non absq; diuturno, nec sine maturo, nec sine exacto cōsilio cōcordes, vnanimesq; ex vetusto, eodemq; legitimo more te Coloniæ Agrippinæ, præsente fratre tuo Imp. Augusto Carolo. V. Cæsarē adeoq; Rhom. regni regē designarūt & elegerūt, designatū & electum collato Aquisgrani secundū cōsuetudinē diademate regio cōprobarūt, nēpe cōtinua, longa multarū rerū experientia haud sane nescij, hāc rerū humanarū tēpestatē hmōi oīno requirere Nauclerū, & q̄ varias & arduas ob causas bene humeris tuis regia Rhomanorum potestas sederet, quanq̄ nec impotēs, nec infelix esses in regno Rhom. cū fratre Imp. Augusto futurus Cæsar, in vnicū auxiliū fessis rebus ab illo adsumptus, idēq; optimus ab optimo nulla prorsus ambitione in regni laborū, curarūq; cōsortiū, & ascitus & coaptatus, in cuius vna sinū confugeret cōcussa resp. tuensq; Imperiū, q sane dux esses Rhomanus, vnus ex illis veteribus & priscis, quibus regiā nomenclaturā addebāt cōtecti cædibus cāpi, & inuecta victorijs maria. Nec eīn prudētissimi illi principes ignorarūt, quā nō posses ob raras illas planeq; regias & heroicas naturæ tuæ dotes tāto rerū fastigio, rū dignas, tū pares nō auita decora referre, imo (qd optare ausi fuerūt) multo superare. Siquidē te illi prognatum resciuerint ex illa oīm illustrissima

Quare principes Electores Ferdinandum in regem Rhom. elegerint

Ferdināď⁹ Coloniæ Rhom. legitime elect⁹ est rex.

Laus principū electorū a sūma prudentia.

Archiducũ Austriæ domo ex incõparabili generis decore, paterno atq; auito, regijs, Imperatorijsq; imaginibus sic insigni, vt ipsum quasi hæreditaria quadã successione tot nobis genuerit, hactenusq; tot dederit Archiduces, reges, Cæsares & Impatores; quot vix ex equo quõdã Troiano proceres exilierũt & virtute quidẽ, huiusq; laude multo istis præcelletiores, vt quos sic pacis, sic belli decora nobilitarũt, vt cuiuis veterum heroum possint non solũ conferri, verumetiam longe anteferri. Iam autem qui posses ab isto tuo plus quàm inclyto genere degenerare, quum vel natura.

qua vsi sint in eligẽdo rege Ferdinando

Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Qualis arbor, talis fructus.

Maxime, quum tot tamq; excellentibus iam nuper virtutibus eidem, dico, inclytissimo generi, stemmatiq; tuo incomparabili ita respondere cœperis, vt illos tuos illustrissimos maiores ad oĩa, & in omnibus plane referas. Nec interim sapientissimos illos principes latuit ingens tuæ ditionis amplitudo, qua sic omnium esses regum potentissimus, vt nulli non fores mortalium summe formidandus, vtpote, cuius hic mundus aliquot centenis hinc annis potentiorem Cæsarem non habuerit. Qua vero dextra fulmen torqueas, quãtus ense, quãtus clypeo insurgas in hostem suo sane periculo experientur ij, quicũq; illi erunt, qui singularem istam ingenij tui lenitatem malefactis vicerint: quando nulli bellũ acrius gerũt, ꝗ qui sero suscipiunt. Quorum ipse secundum Carolum Imp. fratrem tuum inclytiss. sic omniũ es sine controuersia primus, vt difficile pleriq; omnes iudicent, in bello ne sis ferocior an in pace moderatior, formidabilior hostibus, an amabilior tuis, audacior in rebelles, an ignoscentior in victos, quippe iuxta paci atq; bello natus, simulq; ad clementiam factus & ad fortitudinem, magnanimitatẽq; institutus.

Laus Ferdinandi regis a summa potẽtia

Laus a rebus bellicis,

Laus a clementia, prudẽtia & seueritate.

¶Quapropter vero nimirum iudicio principes illi nunq̃ satis à prudentia præter alia, q̃ transeo, laudati, neminem tanti nominis oneri sustinendo parem censuere, quàm te Ferdinandum, quem vel solum viderunt præter regias alioqui & dotes in te omnino stupendas, tot & eiusmodi insuper terris, ditionibus & regnis imperare, vt nemo quàm tu magis esses formidandus Turcis & Sarracænis, atq; hoc genus Barbaris & Christianæ religionis & pacis hostibus, quos vel solus ita deo Max. authore posses ab omni republica Christiana cohercere, vt profligatis ex ea bellorum impijs tumultibus Christi Iesu populus iugi pace, tranquilloq; otio lætus, honestissimis artibus ac veræ pietatis studijs esset victurus. Atq; sane non video leuibus hocipsum coniecturis, argumentis & ostentis te Cæsare futurum. Siquidem cœlestis illa animi tui generositas, quæ nihil humile, nihil non excelsum atque eximium spectat, haud obscure arguit, quantarum te rerum gloria maneat, quibus adhuc imperijs & regnis etiam posthac sis præficiendus, quantis adhuc augendus titulis, quos olim sis ex impijs deo Max. Optimo relaturus triumphos, quæ adfixurus ex immani illa Barbarie spolia, quã late Rhomanæ pacis fines prolaturus, quas gentes Christianæ ditionis prouincijs additurus, quàm felicibus momentis publici huius seculi & temporis statum in melius commutaturus.

Principes electores ob multiplicẽ causam Ferdinãdũ elegisse in regem Ro.

Laus a generositate animi Ferdinandi.

¶Accedit enim diuinæ illi tuæ præstantiæ prædã præclara ad res maximas gerendas dexteritas, & votiua quædam optimorũ tuis successibus precatio. Ad quam vel in primis facit admiranda illa Caroli Imp. fratris tui in Imperio Rhomano, cui vt Imperator vere Max. vere præsidet, felicitas, vsq; adeo victorijs inclyta, vt difficile sit iudicatu, an felicior ille sit an potentior, vt qui tam amplũ Imperium citra pene sanguinis humani iacturam hactenus habuerit, propagauerit & tutatus sit, quàm succinctis citra tyrannidem formidabilis esse cœperit, vt qui iram illius, indignationemq; mereatur, ne ille siue interfuso mari, siue fluminibus immensis, siue præcipiti monte defendit, & omnia hæc tã prona, tamq; cædentia virtutibus illius sentiet, vt subsedisse montes, flumina exaruisse, interceptũ mare, illatasq; sibi nõ classes, sed terras ipsas arbitretur. Sileo interim, quod iuuenis ipse florentissimus eo sis corpore, eo animo, ea etiamnũ ætate, vt propitij numinis auxilio, optatissima quæq; sis ad votum tuum maturo quidẽ tempore habiturus, maxime, ꝙ fatali tuæ illi fortunæ & felicitati, potẽtiæq; nec desit vigilantia, nec huic fortuna, quæ prima statim inclinatione tantũ ornamentorum tuæ præcellentiæ primis & ijs quidẽ nascentibus adhuc annis obiecit, quantum alij nulli neq; veterũ neq; recentium. Nunc vero, quod (obsecro) priscorũ extispicium, quæ præpes ales, quod denuq; Horoscopon, certius q̃ tot coniecturarũ & tot argumentorũ consensus testatum facit, eum te, dijs bene fauentibus, aliquando futurum, qui (vt aliàs nõ fallax ex Opt. Poetarum in hæc carmina auguratus sum.)

Laus a dexteritate.

Laus Caroli quinti Imp. a felicib. victorijs.

Laus Ferdinãdi a florida ætate.

Imperium Oceano, famam qui terminet astris
Vt cui nec metas rerum, nec tempora ponit
Iuppiter Imperij, tum quando aspera Iuno
Nunc maee nunc terrasq́ metu, cœlumq́ fatigans
Consilia in melius eefeeet, &c.

Laus principū electorū a prudēti & matura electiōe Ferd. regis

Modis igitur omnibus laudādi sunt principes illi, penes quos fuit & est Cæsaris eligendi potestas, quod tibi nouo quodā atq inaudito ad principatū modo, nec minus, inquam, exquisito iudicio q̄ diuino consilio eegnū mandauerint, nō vendiderint, & tibi præsectim mandauerint qui q̄ fortissime potes obiee & sanctissime administrare, præsertim quia illud magis promerueris q̄ ambieris, quippe ad ipsius Imperiū non secus atq adoptione quadā imploratus & adscitus, quem non peopria cupiditas, non proprius metus, sed aliena vtilitas, alienus timoe Cæsarem fecit, qui nec ad eegnū suscipiēdum, nisi periculo patriæ & mutatione reip. summo tunc discrimini expositæ cogi poteeas. Non est peoinde, quod te potius occulta fatorum potestate, quam ab ipso deo Opt. Max. coeam palam electū eē malimus, quum te principes illi non casu, sed diuino plane cōsilio in eo quidem loco, quem idem deus Opt. Max. tam manifestus ac peæsens quàm cœlum ac sydera insedit, talem eegni Rhomani Cæsaem, qualem ex omni mortalium numero neq suffragijs deligeee, neq votis optare potuissemus, elegerūt, nimirū non alio q̄ ad incōmpaeabilem illam tuam in rebus omnibus dignitatem respicientes, vt qui sic te omnibus fortunæ, corporis, animiq́ bonis vndiquaq cumulatū cognouerint, vt numini q̄ homini proprior esse videreris, nec vt homo mortalis & in terra natus, sed vt semideus, immortalis & de cœlo lapsus.

Necessitatē imperij coegisse Ferdinādū vt fieret rex.

Veritatem non sinere authorē in laudando adulari.

¶Quum modo res ita habet, vt certe habet (nec em̄ est vt castissimis tuis auribus aduler, qui dicendi libertate, fide & veritate obfirmatus nulla cogoe adulandi necessitate) quid adhuc dubitem hosce nostros pro veritate euangelica laboees regiæ tuæ Maiestati vel ideo dicaee, quia per ipsam tanta admirandarū virtutum & dotium dignitate spectatam sine dubio illis plurimū dignitatis allatū iri constanter speeem. Addo quod ille sis citra cōtrouersiam, qui eos labores tibi dicatos modis omnibus quasi numen quoddā tutelaee contra pessimos quosq́ vitiligatores & calumniatoees abunde tueri sufficias. Quū em̄ ipse potissimū Cæsae in hoc vnctus sis & consecratus, vt euangelicam eeligionē vel tueris vel sarcias vel propages, ac is demum recte pro eo sumit arma, quod quale sit hand ignorat, profecto hon erit, qui peæsentioeem nobis tutelam peæstare possit q̄ tu. Quandoquidem sic à primis annis sacras literas non fastidieris, sic diligenti crebraq́ lectione Bibliacos libeos versaueris, sicq́ inaudita naturæ felicitate peopensus ad euangelicæ lectionis amorem fueris, vt inclyta tua inibi Maiestas non solū vltra mediocritatē peofecerit, sed & eruditissimis etiā theologis negotium adeo facesseee videaris, quo possis æque doctoe euangelicæ doctrinæ atq peopugnator esse & haberi, præstando. s. docens Euangeliū. Id quod plane Christianū addecet regem. Si em̄ poeta ille Græcus, idēq inter suos longe max. eecte eegē το ποιμένα λαων, id est, pastoeem populorū appellet, quod illos æque sanctis præceptis instruere, atq eegijs habenis gubernaee debeat. Quāto magis (oro) oportet hoc cognominis i Christianū regē cōpetere? qualem te pleriq omnes fatemur ob peæcipuum religionis & pietatis euangelicæ studium, quo sic non modo plebeios, sed & ecclesiasticos, quos vocāt, facile peæcellis, vt vel episcopis & abbatibus esse possis ad id studij tā regula q̄ calcar, & singulare deniq oīm pietatis eiusdē & veræ eeligionis exemplar & specimen.

Quare rex inungatur vti pōtifex

Laus Ferdinandi regis ab eruditione & lectiōe sacrarū lrārū.

¶Quue igit non apte tibi hasce meas pro euangelica veritate lucubrationes dicauerim, quū adeo gloeiose & reueeētee scias, tractes, ames & præstes q̄ Euāgelij sunt oīa, præsertim quādo iuxta euangelicū præscriptū, habēti donandū sit, vt exuberet? Accedit præteeea, q̄d spes sit bona, hāc nostræ denno in lucē æditæ & locupletatæ lucubrationis dedicationē tibi futurā non ingratā, qa vel prior æditio tuæ inclytæ maiestati tūc hauddum palam cōsecrata, sic tibi grata fuerit, vt quicquid inibi est frequenti lectione tua dignatus sis, measq́ veritatis euāgelicæ Homilias frequēter in manibus habueris, legeris, & peobaueris. Sic em̄ qdā ex aula tua eegia minime vanus & à regijs tuis cōsilijs haudquaq̄ pœnitēdus suus ad me literis grauissimis nō sine summa inclytæ tuæ Maiestatis laude & gloria iam pridē in hæc verba scripsit, inquiens: Rex tuis Homilijs valde delectat, singulis diebus vnā legit, eaq́ ipsi illi lectio peo sacra concione est. Dignæ quoq Homiliæ sunt tuæ, quæ ruesus in lucē prodeāt. Quod vt cuees, te peo mea in te beneuolentia hortor. Hæc ille.

Tertia causa dedica

¶Hand est proinde, vt hoc mihi loco maiorē pnrē sumendā operā, qua eos placē, qui toties inculcāt, recte peoditā à doctiss. viris sententiā, in muneribus dandis, illud in peimis esse spectandū, vt apta sint q̄ donamus. Siquidē præter tot causas, quas partim recensui, partim

data opera transeo, ipse vel in hoc vno causam ꝑstiteris longe maximã, ꝙ hosce meos tibi pro euangelica veritate labores cõsecrauerim, qm̃ tua illos lectione nõ solũ dignatus sis, verumetiã ubi eos vel consecratos fuisse vel aliquãdo renatos cõsecratũ iri propemodum voluerıs. Hoc ipsum proinde tu præstas, quod hæc tibi dicamus. Atque hanc nostram audaciã sibi inclyta tua Maiestas tam multifariam digna imputabit & in mea culpa sibi gratiose ignoscet, maxime, q̃d huc etiã me cõpellere potuerit regia illa tua, eademq́ꝫ tam opportuna in me liberalitas & munificẽtia, vt nõ semel, sed iterum atqꝫ iterũ hoc poetæ de te, altero, inquam, perinde Traiano Imp. mecum mussitare coactus fuerim.

Quarta cã dedicatiõis

Quinta cã dedicatiõis

Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum.
Solus enim tristes hac tempestate Camænas
Respexit, quum iam celebres notiq́ꝫ poetæ
Balneolum Gabijs, Rhomæ conducere furnos
Tentarent, &c.

Addiderim, quod sic hodierno adhuc tempore me vel vsqꝫ ad multorũ inuidiã modis omnibus & fouere & prouehere satagis, vt aliquãdo lætabundus propter tam incredibilẽ tuã in me gratiam cum alio poeta aduersus inuidulos exclamare cogar.

Sæpe meos laudare soles Auguste labores,
Inuidus ecce negat, non minus ergo soles.
Quid, quod honorato non sola voce dedisti
Non alius poterat, quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros corrosit liuidus vngueis,
Da Cæsar tanto tu magis vt doleat.

Rem vero sic habere, multis probare possem, nisi obstaret verecundia. Qua suffusus vereor in ꝑsentia percẽsere, q̃ me tã munere q̃ testimonio dudũ ornaueris, qbꝰ amore recti & reip. æquaueris, merito nec ne, neutrã in partẽ decernere audeo: qñquidẽ nõ fas sit, adfirmationi tuæ derogare & prorsus onerosum cõfiteri, q̃ de me honorifice sentias & dicas. Ipse tamen dignus adeo eẽs, qui eũ tã officiose cõplecteris, q̃ de sic sentire possis. Hinc vero nõ exultẽ? Hinc mihi nõ gaudeã? Hinc me non fortunatũ censeam? aut quũ ille dixerit.

Magnã esse laudẽ placere viro principi, et dẽcꝫ opt.

Principibus placuisse viris non vltima laus est.

Ego nõ loco eximij cuiusdã beneficij ducam, q̃d tibi nõ regi modo, sed & regi Rhomanorũ hoc est, regi modis oĩbus incõparabiliter maximo & optimo sic placeã, vt me placere intelligãt multi, atqꝫ sic mihi meisq́ꝫ pro ecclesia laboribus faueas, vt per hoc nõ vulgaris ad oẽs sit itura vtilitas. Sane eiusmodi hoc ipm̃ est beneficiũ, vt nõ perinde ad meam pertineat dignitatẽ, cui candide faues, q̃ ad publicã orbis vtilitatẽ, cui oĩs tua vigilat solicitudo. Per hoc eñi mihi ad faciendũ, deo duce, maiora calcar, & cæteris ad legendum nostra ingẽs præbes desideriũ, Id q̃d indubie cedet in omniũ salutem. Superfuit proinde ꝑter cæteras causas, vt dubio procul nostri etiã renati operis dedicatione vel aliquã animi mei saltẽ erga tot & tanta inclytæ tuæ maiestatis in me beneficia gratitudinẽ ostenderẽ, posthac, superis gratiose fauentibus locupletiorẽ ostẽsurus. Siquidem deinde nullam plane sim æditurus paginam quæ Ferdinandi Rhomanorũ regis iuxta Opt. & Max. virtutũ & eius in me meritorũ ꝑconia nõ sit habitura: qñquidẽ id debeat tuis diuinis meritis & totius orbis intersit, tam vndiqꝫ laudati regis exemplum in posteros trãsmitti. Qua nimirũ re vel vna, hoc quicq̃d tuarũ est laudũ in hac perorata ꝑfatione summis (q̃d aiunt) labrijs attingendũ, & paulo fusius nostrarũ Homiliarũ operi ꝑponendũ censui. De cuius vel ꝑtio vel fructu nõ est, vt apud te regẽ inclytiss. aliud adijciã, quã illud Heracliti, Ephesii, viri summe nobilis verbũ, q̃d ita habet: Intrate, nã & hi dij sunt. Quæ aũt huc ꝑtinẽt reliqua, ꝑfati sumus in prima huius opis æditione ad reuerẽdiss. & illustriss. principẽ electorẽ ac dñm D. Albertũ Card. & Archiepm̃ Mog. &c. ampliss. Quẽ inclyta tua Maiestas nõ grauet huius dedicati opis habere cõsortẽ, cũ, qa tot illi modis tecũ dignitate conueniat, tum, qa quicq̃d hoc est operis gemina cõmendatiõe fultum felicius indubie & auspicacius in manus hominum sit proditurũ, si duobus totius orbis summatibus principibus cõmuniter fuerit inscriptum. Quũ palam cõstet, aris, tẽplisq́ꝫ hoc plus accedere maiestatis & veneratiõis, q̃ pluribus simul diuis sint dedicata. Nec dubito, qn gloriosiss. illa tua Maiestas nostri sit huius instituti, nec noui, nec sine exẽplo rationẽ habitura, & hoc quicq̃d est boni cõsultura, maxime, ꝙ illi tanq̃ cuidã Aristarcho potissimũ operis censurã, tibi vero tutelã illius suppliciter detulerim, atqꝫ ego inibi in ipsa prima nuper æditione verius cum Apelle periculũ tentauerim q̃ cum Appione immortalitatẽ quæsiuerim, nũc nihil æque regiã Maiestatẽ tuam supplex orans, atqꝫ vt ipsa hoc nostrũ pro euangelica religione opus ita in maiorẽ catholicæ plebis vtilitatẽ suis in locis reuisum & locupletatũ,

Sexta causa dedicationis.

Quanta sit dignitas & vtilitas huius opis

Quare duobus authoribus hoc opus dedicarit.

Diuersas esse dedicatiõis duplicis causas

vt vel

vt vel quarta pars voluminis vel paulo etiã plus adcreuerit, ac proinde quasi aliud factum, sibi tot modis dicatũ agnoscat. Agnoscet aũt eadẽ ipsa regia Maiestas tua, vbi ipsa declararit, quicqd huius est operis tibi fuisse (q̃d equidẽ bene spero) gratũ. Quale esse futurũq́ non dubie credã, vbi illud sic renatũ tua lectione Christianæ philosophiæ studiosis cõmẽdaueris, quẽadmodũ primo natum nec adeo locupletatũ cõmendasti. Quod modo reliquum est, Ferdinandæ, Cæsar augustissime, modis quibus possum ac debeo optauerim, in Christo Opt. Max. rege regũ bene valeas, atq́ ille, precor,, inclytã illã Maiestatẽ tuã perq̃ diutissime felicẽ ac rebus oĩbus florentẽ toti terrarũ orbi seruet, tueaturq́, ac simul interim generosos illos tuos iuxta & pios pro totius mũdi, cui potestate regia præes, incolomitate conat⁹, suo fauore semp in maius meliusq́, prouehat, mihiq́ tantũ velit ætatis superesse, vt aliquãdo liceat (q̃d ardẽter aueo) fusius declarare, quantopere sciam me debere benignitati tuę vere regiæ, q̃ dignabit (oro) Nauseã clientulũ suũ plane infimũ solita sua gr̃a prosequi & hui⁹ rei pignus & ꝑpetuũ meæ erga ipsam obseruãtiæ monimentũ, quicqd hoc est sibi cõsecrati pro veritate euãgelica opis boni cõsulere, & ab istis paulisper magis arduis diuersa curis lectione tua pro loco & tpe, q̃d illa hactenus effecit, dignari. Cui me totũ vnà trado & dedico, Mogũtiæ. XVII. Calend. Apriles. Anno post Christũ natum. M. D. XXXII.

Precatio authoris ꝓ felicitate Ferdinãdi regis Rhomanorum

AD REVERENDISS.

IN CHRISTO PATREM, ILLVSTRISS. PRINCIPEM ac dñm, D. Albertũ, S. Rhomanæ ecclesiæ, TT. S. Petri ad Vincula presbyterũ Cardinalem, Moguntineñ. & Magdeburgeñ. Archiepiscopũ, principem Electorẽ, primatem, Sacri Rhomani Imp. Archicancellarium. Halberstadeñ, ecclesiæ administratorem, Marchionem Brandeburgeñ. Stetineñ. Pomeranię Ducem, Schlauorum, Cassuborumq́, Rhugiæ principem, dominum suum clementissimum, Friderici Nauseæ Blancicampiani, in quatuor suarum euangelicæ veritatis Homiliarum Centurias, Præfatio.



I quod abunde satis constat, Alberte Cardinalis, princeps ter maxime) seruator ille noster, Iesus Chrũs Opt. æque suorũ verborum futuros esse censuit interpretes atq́ scriptores (quos recte tã Euangelistas q̃ Euãgeliographos vulgo nũcupamus) vt illi paulo fusius pro loco, tẽpore, ꝑsona declararẽt, q̃d hi diuinit⁹ inspirati, nõ absq́ memorabili causa succinctius prodiderũt (siquidem declaratio verborũ dñi illuminet) profecto tãtum abest, vt male de repub. Christiana mereri debeãt cẽseri, qui à tẽporibus apostolorũ ad hũc vsq́ diẽ suas in sacrosanctũ Iesu Opt. Euangelium operas syncera fide collocarũt, vt plane summã illos putem apud tã præsentes q̃ posteros inire gratiã, deq́ eadem repu. plus quàm bene meritos iudicari oportere: vtpote q̃ eos ille, quũ esset omniũ longe grauissima & sanctissima per patrem iniuncta legatione functus cœlum conscendẽs secundũ apostolos, prophetas, Euangelistas, pastoresq́ ad instaurationem sanctorũ in opus administrationis, in ædificationẽ corporis Christi doctores, & dederit, & serio cõstituerit. Proinde post Irenęum Lugdunensem, Gregorium Nazianzenũ, Basilium magnũ, Dionysiũ Areopagitã, Athanasiũ Alexandrinũ, Chrysostomũ Constantinopolitanũ, Theophylactũ Bulgareñ. Cyrillum Dydimũ, Eusebium Cæsariensem, Originem Adamantiũ, Iohannẽ Damascęnum, Tertullianũ, Cæcilium Cyprianũ, Lactantium Firmianũ, Leonem. PP. Gregorium. PP. Hylarium Gallicũ, Hieronymum Stridonẽsem, Augustinũ Aphricanũ, Ambrosium Mediolaneñ. Bedam Anglũ, Bernardũ Burgundũ, Albertũ Magnũ Germanũ, Thomam Aquinatem, Nicolaum Lyranũ, Bonauenturam, Hugonem Cardinalẽ. Richardum, Schotũ, Iohannẽ Gersonẽ Parisieñ. Gabrielem Bielem, Iohannem Capnionẽ Germ̃. atq́ post id genus, inquã, alios tã vetustioris q̃ paulo superioris ætatis diuinæ scripturæ interpretes, nõ minus eruditiõe q̃ sanctimonia spectatos, non possum non plurimi facere, in primis ex Italia neotericos, Thomã Caietanũ Card. Hieronymum Aleandrum Archiepiscopũ Brundusinum trilinguis eruditiõis Antistitem, Alloysiũ Mediolanensem Episcopum, Marcellum Episcopum Corcyren. Syluestrũ à Prierio S. P. magi-

Optie meteri eos, q scripserunt in euangelia.

Expositores euãgeliĩ a Chro cõstitutos esse.

Qui inter antiquiores pro veritate euãgelica scripserunt.

magiſtrum. Ambroſium Catharinum, Thomam Rhadinum. Ex Hiſpania præter alios Iacobum Stunicam. Ex Anglia egregium ac doctiſſimum virum, Iohannem Epiſcopum Roffenſem, Thomam Morum, Rhoſæum, Iohannem Prouelum, Guilielmum Meltonum Ex Gallia Iacobum Fabrum Stapuleñ. Iodocum Chlichtouæum, Chriſtophorum Longolium, Ex Germania Iohannem Fabrum Conſtantieñ. polihyſtora, epiſcopum Vienenſem Iohannem epiſcopum Conſtantieñ. Andream Cricium epiſcopũ Præmiſlieñ. Simonem Abbatem Peganeñ. Iohannem Zackium, [redacted], Iohannem Cochlęũ, Iohannem Eccium, Hieronymum Embſerum, Caſparem Satzgerꝝ, Iohannẽ Dietenbergium, Iacobum Latomum, Tuberinum, Iacobum Hochſtratum, Thomam Murnerium, Auguſtinum Aluedium, Michaelem Vehium, Bartholomæum Vſingeñ. Auguſtinũ Marium, Nicolaum Herbornuum, Conradum Tregarium, Othmarum Luſcinium, Ambroſium Pelargum, Georgium Hauerium, Danielem Zanggenriedium, Conradum Vvimpinam, Iohannem Meſingum, Iohannem Haſenbergium, Andream Placum, Anſhelmum Buchturnium, Euſtachium à Richenis, Antonium Modeſtum, Iohannẽ Camertem, Georgium Kniſchium, Conradum Kotllium, Bernardum Lutzelburgium, hocq́ genus, inquã, alios noſtræ tẽpeſtatis haud paꝝ multos & quidẽ paulo recentiores, ob doctrinam & pietatem memoria ſeculoꝝ digniſſimos, gloriamq́ ætatis noſtræ exornãtes, laudis ſuæ tẽpus habentes, ac olim (qm̃ ad poſteros durabit virtus, haud perueniet inuidia) ſuis non abſq; laude titulis nominãdos, non poſſum nõ plurimi facere, qui ſine cõtrouerſia nõ minus grauiter q̃ erudite pro eo ipſo ſacroſancto Euangelio purgando contra eiuſdem corruptores, ſed ita tamẽ ſcripſere & ſcripta ædidere, vt interim adeo nõ omnia, nec ſuo quæq; ordine ſe complexos eſſe ſua quidẽ ſponte fateantur, vt pleriq; eoꝝ quotidianis pene cõuitijs hortati ſint, vnaq́ magnopere precati, vt quæ in idẽ ſanctiſſ. Euangeliũ pro fide & religione Chriſtiana tam tuenda q̃ cõſeruanda pro concione ad populum Moguntinũ hactenus nec ſine fructu dixiſſem, nõ diutius intra parietes premerem, ſed iam tandẽ emittere inciperem: Fore quidem adfirmantes, vt ſic, quæ ipſi fuſius, & ſingula duntaxat ſinguli, & vt incidiſſent, citra quoq; ordinẽ, nec vnicuiq; obuia tractaſſent, ego non modo vniuerſa & ſuo cuncta loco & ordine ſupplerem, ſed & tam præſentibus q̃ futuris, & nedum Moguntinis verumetiã toti Chriſtiano orbi in Ieſu Chriſti gloriã proficerem. Ipſe propterea nõ tam illoꝝ authoritate (quæ profecto nõ mihi debuit eſſe nõ maxima) quàm reipſa (quæ ſic propemodũ, vt adfirmabant, pleriſq; omnibus habere videbatur) coactus æditionem, non tamẽ ſine tuo grauiſſimo atq; tuorum à conſilijs & aliorum doctiſſimorum pijſſimorumq́ virorum, quo & vſus ſum, iudicio meditari cœpi.

Qui inter recẽtiores pro veritate Euãgelica ſcripſerunt.

Prima cauſa cur author ſuas Homilias ædiderit.

Secũda eſt, cur author ſuas Homilias ædiderit.

¶Acceſſit etiamnum facundæ nimirum illorum perſuaſioni, quod nõ ſine dolendo animi mei dolore cum ſancto Iohanne olim Euangeliſta ſic in agro paſſim dominico hominem iſtum inimicũ ſup ſyncero tritico ſeminare lolia, ſicq; pernitioſam in bona ſegete zizaniam p nouos Cerinthianos, Ebionitas, & hoc genus Hiebuſęos alios ſuppullulare, imo inualeſcere perſpicerem, vt niſi pro virili mea & ipſe ex officio huic ampliſſime Eccleſiæ tuæ ſuccurrerem, certo fore, vt triticũ ſimul cum zizanijs deperiret. Quod ne fieret, ſedulam & continuam in noſtris ad frequentiſſimum populũ declamationibus operam dedimus.

Tertia eſt, cur author ſuas Homilias ædiderit.

¶Inſuper haud defuere ex noſtris in Euangelio coadiutoribus, q & eandẽ æditionem ſupra quàm dici poteſt efflagitarunt, quod ſe per illam cõtra pſeudoapoſtolos nõ paꝝ adiutũ iri ſperarent: q̃s vtcũq; mei iam olim ſtudioſiſſ. pleniore poſſem obſequio demereri. Quorum ſane petitioni non facile poteram reluctari, quum & plurimum æquitatis & multum cum neceſſitate pietatis habere videbatur.

Quarta eſt, cur author ſuas Homilias ædiderit.

¶Poſtremo non paꝝ vrgebat q ſanctum Lucam Euangeliſtam ſuo tempore permouit nimirum, vt quos ſine ſcriptis memoriter ex publica cathedra erudiuiſſem, maiorem mihi fidem haberẽt, qui adeo de ijs, quæ nõ ſcripta docui confiderem, vt etiam ſcripturis prodere non formidarem. Siquidem de veritate & fide eius nemo iure dubitet, qui etiam ſcribit quæ loquitur: quæ proculdubio non ſcripſiſſet, niſi vera ſe dicere confideret.

Quinta eſt, cur author ſuas Homilias ædiderit.

¶Quum proinde ſecundũ id genus alia, q̃ tranſeo, tot accedẽtibus cauſis tãtopere q̃ docueram efflagitarent, vela tandẽ ventis, deo auſpice, permiſimus, & orã ſoluẽtibus bene ꝑ̃cati ſumus. Atq; nimiꝝ veſtigia Maioꝝ noſtroꝝ, quoꝝ nõnulli (ſpũ impellente) Homilijs nõnulli commẽtarijs ſua tẽpora illuſtrarũt, & nõnulli alios ſcribendi modos in Euangelijs enucleandis tentarũt, non ſecus atq; Saul inter prophetas ægre ſequutus, iuſtã eoꝝ, quæ hactenus in aliquot inſigniores Euangelioꝝ locos ex publico ad populũ ſuggeſtu dixi, partẽ & in primis ad dei Opt. Max. gloriã, deinde ad Euangelicæ veritatis cognitionem, poſtremo, ad omnium vtilitatẽ, vt oẽs ad Euangelij intelligẽtiam proueherem, in tres Centurias

Multas tranſiri ob breuitatẽ cauſas cur authoe ſuas Homilias ædiderit.

Extenuatio autoria propria. Autorē nō ꝓpter priuata, ſi ob publicā vtilitatē ſuā ædidiſſe Homilias.

diductā curaui æditū iri: nihil addubitās, quin nō vulgarē initurus ſim gratiā apud optimos quosq; & apud eos ꝑſertim, q huius noſtri laboris ſubſidio multaa ob cauſas egēt, ndēq; eūdem penitus ac vere intelligūt. Cur em̄ id minus ſperem, qui nulla ductus ambitione tā bene de omnibus, nec ſine diſpēdio rei pecuniariæ, nec ſine iactura voluptatū, nec ſine ſummo valetudinis ac vitæ meæ periculo & detrimēto mereri ſtudui? Sumus aūt hoc in ope, nullo nec ordine nec modo nec ſtilo dicēdi fortuito vſi, ſed quē loci, temporisq; ratio propter varias cauſas exegit plane ſequuti.

Quē autor in hoc ope ſuo ordinē ſeruauerit. Quāta ſit euāgelij dignitas & vtilitas.

Primo qdem loco ex Eccleſiaſtica nec illaudata inſtitutiōe ſemper de verbo (vt ſic dixerimus) ad verbū recenſendū duximus Euangelium Ieſu Chriſti, nempe, vt ita ſuas illud partes (.ſ. primas) vbiq; teneret, ceu q̊ nihil ſecundū deū prius eē poſſit ac debeat, vtpote, q̊d nobis æternā ex bello perpetuo pacē, iucundiſſimā ex duriſſima ſeruitute libertatē, lætabundā ex indeficiente luctu lætitiā, optatiſſimā ex ſumma perditiōe ſalutē, deſideratiſſimā ex miſerrima captiuitate redēptionē, & denique ex intermina morte vitā nullo tempore finiturā pronūtiarit, ſimulq; pepererit, ac inde cœptū dici Euangelium, adeoq; verbū dei viuificū, quod ſit eiuſmodi & infinitoꝝ in ſupernis nos manentiū bonoꝝ nunciū, & veꝝ illud e cœlo Manna delatū, quo (nec in ſolo pane) viuit homo, proinde ſuo quidē iure à nobis inibi longe præferendū: tum quoq;, vt ſubſequēs in ipſum declaratio efficatior eſſet in animis auditoꝝ & intelligibilior, quū hi memoria repeterēt, q̊ pauloante audiſſent ex Euāgelio in primis deprompta, quo om̄is noſtra reſpiceret interpretatio.

Euangelio primas deberi partes in concionibus.

Quāobrem nō facile probauerim, q contrariū in ſuis ad populū concionibus ordinē obſeruant, poſtremū vel mediū Euangelio locū dantes. Quū em̄ omnis noſtra ſit de Euangelio ad populum concio, certe nō poteſt in rem nō eſſe, primū ab eo ſumi exordiū, quo de ſumit concio ipſa, vt accipiatur qd ſit id, de quo cōcionamur. Ipſi itaq; prorſus ab illis hac in re alieni primo ſemper loco, q̊d primum eſt pronūtiauimus. Deinceps vel in idipſum Euangelium vel plerūq; ſemper in aliquem locū ex illo cōmunem pro loco & tempore deſumptū & declaratione indigētem præfati ſumus. Haud ſane, quia in omnibus verboſior eſſe velim, veꝝ quia ſic opus facto, idemq; percōmodum fore videbatur. Si enim (quod Caius iuriſconſultus olim nō ineleganter dixit) in foro cauſas dicentibus nephas videri ſoleat, nulla ꝑfatione facta iudici rem exponere, quanto magis interpretatione in rem multo grauiſſimā & ſanctiſſimā promittentibus inconueniens fuerit, obmiſſis initijs atq; originibus nō repetitis, & ſic illotis (vti dicitur) manibus protinus materiā interpretationis tractare.

Quā cōducāt ꝑfatio nes in concionibus.

Addiderim, q̊d & ipſæ præfationes (veluti per experientiā docemur) & libētius nos ad auditionē & lectionem propoſitæ rei perducūt, & cū eo venerimus, eius euidentiorem præſtant intellectum.

Argumentum. Thema. Rō docēdi. Quid autor potiſſimū docuerit in hoc opere ſuo. Charitas virtutū maxia, ſacras līas indocendo prodeſſe.

Qua motus ratione præmiſſa ſuo loco præfatione, ſenſim & opera perinde nō data (vt videre eſt) ad ſacroſancti, q̊d pro tēpore in eccleſia lectū eſt, Euāgelij vel argumēti, quod thema vulgo appellant, à nobis inde ſumpti expoſitionem veni: quod deo duce pro virili parte ſic nūc quæſtionibus & in eas reſponſis, nūc doctrinis ſacraꝝ literaꝝ præſidio fideliter & diligēter cōmunitis, nūc alijs hoc genus iuxta propoſitæ rei rationē modis exponendū ſuſcepi, ſuſceptūq; expoſui, non ſemper verbo verbum reddens, vt illic (ne qd vel humilius vel arrogantius dicam) me poſſis agnoſcere iuxta interpretem atq; dogmatiſten: quippe q nihil æque inter eas maxime, quas Theologicas vocāt, virtutes, atq; fidē, ſpem charitatēq;, & ita quidē docuerim, vt hoc magis charitatē extulerim, quo cæteris illa longe præſtat, vt quę in alijs tantum polleat, vt ea ſublata non poſſit virtus homini conſtare alia, quemadmodum tam vere quàm pie prodidit Paulus Tarſenſis. Cuius pariformiter admonitione non alia (q̊ad fieri vel potuit) ad noſtra obfirmanda vſus ſum ſcriptura, quàm ea, quæ diuinitus inſpirata vtilis eſt ad doctrinam, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in iuſtitia, vt integer ſit dei homo, ad omne opus bonum apparatus.

Veritatem autori ſine culpa peperiſſe inuidiam. Autorem hoc in ope a conuitijs eſſe alienū.

¶ Ad q̊d ita ſum plerūq; ſemper ex animo conatꝰ, vt eiuſdē Apoſtoli quoq; hortatu, ſicubi videbat, pro eo conatu obtinēdo in gloriā dei maximi, adeoq; in omniū ſalutē (vtcūq; non ſine Vatiniano cōtra me odio) inſteterim tempeſtiue & intēpeſtiue, interim nihilominus cū omni lenitate & zelo Chriſtiano ſine acceptione perſonaꝝ arguēs, increpās exhortansq;, atq; eos ꝑſertim, q ſanā doctrinā, quæ veritatis eſt & iuſtitiæ, non ſuſtinēt, ſed iuxta concupiſcētias coaceruant ſibi doctores, quibus pruriunt aures, & ad fabulas conuerſi à veritate declinarunt. Nec tamen in eos more quorundā fronte perfricta vel dicterijs vel ſalibus vel cachinnis vel cauillis vel ſannis vel ſtrophis vel cōuitijs, vel hoc genus iniurijs ludere collibuit, ſed illos qua potui abſq; ſiniſtra cōtra me ſuſpitione grauitate & modeſtia à malo declinando, & ad bonū perficiundū cohortatus ſum, atq; vſq; adeo ab omni humano abſtinui adfectu, vt eoꝝ adhuc (q̊d equidē ſciam) neminē vel quamlibet hæreſeos conuictum male cognominauerim, imo quos, vt oportuit, ſilentio tranſierim, neminem perſtringēs, q omni-

omnibus bene volo, nec cuiquam adblandiens, qui à nullo quicquam ambio.

¶Quos vero in hæc vsq; tépora tot seculoꝝ consensus præter admirabilē sacraꝝ literaꝝ peritiā ob vitæ pietatē approbauit haud subticeo. Etsi eñi eā dūtaxat, quam à deo expectaui, sequutus sim gratiā, & sic alioꝝ laboribus incubuerim, vt inops magis à deo & eius verbo penderē, sicubi tñ mihi ipsi videbar relinqui, eius q̄d perdocere conabar intelligentiā & veritatem, nō ex propria præsumptiōe, sed vel ex sacrosanctis Catholicæ Ecclesiæ decretis, vel ex eoꝝ scriptis & authoritate maioꝝ desumpsi, q̄s nō potest ex Apostolica successione intelligēdi regulā suscepisse nō cōstare. Quoꝝ præcipue in Prophetas & Euāgelistas commentarios anxie discutiens thesauros sapientiæ & scientiæ diuinæ in vasis fictilibus perquisiui & perquisitos ita nostris & dictis & scriptis adieci, vt de eis non facile sit sententiā laturus, nisi qui huius loci & temporis rōnem habuerit, & qui post sacra Biblia etiamnū vigilātissimis oculis veteꝝ nēpe omniū, quos ipsi legimus, cōmētarios excusserit, vt q ab illis adeo (sicubi opus fuit) nō abstinuerim, vt eoꝝ etiā aliquando noīa nō illaudatis titulis prætexuerim, siue quia sic deceat Christianū, siue quia sic veritatē certius inuentū, benigniusq; susceptum iri crediderim: plenū ratus ingenui pudoris, fatéri per quos profecerim, quiq; suis me scriptis magnopere iuuerint, cōtra non paꝝ multos & maxime schismaticos. Qui tametsi nōnulloꝝ dogmata ad verbū (quod cōstat) transcripserint, tam maluerūt tamē in furto deprehendi quàm mutuū reddere, vt illos nō modo nō dignati sint nominare, sed quos etiam vulgo turpiter traducere studuerunt: nimirum infelices, nō aliter atq; Laruæ cum mortuis colluctantes, famamq; sibi obtrectatione alienæ scientiæ occupantes.

Autorē nō suo capiti inniti.

Maiores nostros ab apostolis didicisse p successionē.

Alioꝝ honori nō esse detrahēdū.

¶Quàm vero ab istis alieni simus, iudicium esto aliorum, qui nos vel audirrunt vel nostra legerunt puro quidem adfectu.

¶Quàmuis interim futuros haud ignorē, qui rem de me multo secius habere vociferabunt, vtpote, q vrrbis e publico ad populum suggestu, vt ipsi aiunt, longe aliusnimiꝝ vehementior & acrior q̄ scriptis appaream. At (vt paucis occurram) fugit illos, in Demosthene magnā Demosthenis partē abesse, q̄d legitur potius quàm auditur. Id q̄d nō dixerim, q̄a mihi vel tantillū vspiā cū Demosthene conueniat, veꝝ quo isti resciant, habere nō paꝝ latētis Energiæ viuæ vocis actū, quādo illa nō tam dicere videatur q̄ ostendere atq; inibi efficacissimi sint corporis motus: quemadmodū Aeschines in Demosthene ita acrem oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accōmodatum singulis verbis sonū vocis olim expertus ē, vt admirātibus Rhodijs orationē Demosthenis, respondisse fertur.

Vafre dictū de Demosthene oratore

Magnā esse viuæ vocis vehemētiā

¶Quid si audissetis beluam ipsam sua Lyra resonātem? Sic sane nō inficias eo, quin forcassis dicēdo tam longe aliū quàm scribēdo propter pronuntiationē, quæ inibi dominātur, præstare nonnunquàm videar, vt aliquoties Satyrico cuipiā simillimus ab eis iudicer, in q̄ꝝ vitia (generatim tamen & in vniuersum) domino per prophetam iubente, vel quàmlibet mansuetus & modestus inuehor, quū nihilominus interim Pericles Atheniensis citra alicuius detrimentū fando fulgurare & tonitrua ciere dicatur. Cæteꝝ, quid multa? quum in ijsce nostris lucubrationibus nihil prẹter improbū laborem cū summa fide & synceritate & coacti quidē tactitemus: nec interim dubitantes futuꝝ, vt candidissimi quiq; lectores inde plus in recessu sint deportaturi quàm prima statim fronte præ se ferant illæ.

Gestus in oratore plurimum valere

Actionē in orādo dominari.

Concionatorē ex zelo decere austeritatē

¶Atq; nimiꝝ nullis neq; verbis neq; scriptis cōsequuturus sum vnquam quantum propter hoc opus in quærēdo, in inueniendo, in collocādo, in memorādo, in abijciendo, in adijciendo, in discernendo, in declamādoq; laboris & sudoris exanclaui & effudi, in tam iniqua præsertim mortalium & tempoꝝ conditione. Sileo quātus mihi fuerit labor, dum interim sola diuinaꝝ scripturaꝝ authoritate fretus, tot ex alijs mendarum portenta substulerim, tot crassiss. tenebras dispulerim, tot sensus præposteræ nō solū ambigue redditos suæ integritati restituerim: quādoquidē probe mihi cōscius meæ functionis discussis & exploratis, quātum per alia licuit negotia, receptiss. authoribus haud oscitāter, nec per transennā obseruauerim q̄d illi citauerint, quid legerint, q̄d emendauerint, quid interpretati sint.

Quantum laboris autor in hoc opere susti nuerit.

¶Nec vacat hoc quidē loco vel summatim narrare, quāto sudore nō modo nōnullos ob indigna Christiano dogmata sanctis dūtaxat scripturis cōfutauerim, sed & eoꝝ detestandā dissensionē & inconstantiā in docendo refellerim, vtpote ab ipsis oīno alienus. Qui eñi rectam fidem suscepi & seruo, & vnā illā ecclesiam respicio, cuius iudicio in ijs, q̄ ad necessariam fidem & religionē pertinēt, fidelis persto, id aīo gero, id & verbis profero, atq; etiam scriptis testatū relinq̄, etsi q̄ñ acciderit, vt vel linguæ vel calami lapsu, vel (q̄d hominis, quem & ipse ago, propriū est) ignoratione ab ipsius fidei regulis aberrarem, id actutū & ante oīa reuocatū & explosum velim: idq; in hoc præsertim opere, in quo, teste deo, non alio magis spectauerim, nec aliq̄d æquè optaurrim, quàm vt maxime prodessem, vel certe vt prodesse

Christiana & legitima autoris protestatio.

Autorē in hoc opere suo solā publicam spectasse vtilitatem.

Autorem hoc in ope stilũ ob certas rationes non idie ctasse.

tantundẽ possem vt vellẽ: qui pariterq́ nõ nisi simplici pioq́ iuuandi studio quicqd hoc est laboris, & ex meo perinde officio coactus suscepi, victusq́ difficultate vtilitatẽ iuuãdi gratiæ placẽdi sic prætuli, vt hoc ipm opus nullo prorsus rhetorico munere exornauerim, non calamistris, nõ phucis orationis, non floridis verbis, nõ eloquij cõcinnis, sermonisq́ pigmẽtis, non eximijs tropis, non egregijs schematibus, varijsq́ coloribus, nõ illustribus luminibus, delectisq́ characteribus, non deniq́ oratorijs telis vsus.

¶Neq́ eñi hoc, si vel maxime voluissem, debui, quoniã eo erat dicendi stilo vtendũ, q̃ iuxta doctis & indoctis probari posset, ac vtrisq́ intellectu non esset difficilis, q̃ vtrisq́ ex æquo & in cõmune insudaret, quo & me vti oportuit, qui non ex cõposito, sed prout spũs ille sanctus sribere dedit & eloqui, loquutus sum & scripsi. Atq́ sane tantũ abest, vt me huius rei q̃quo modo pœniteat, vt etiã deo maximo gratias ex aio agã, qui hoc me velut auspicio docet à gloriolæ studio desperandũ esse, simulq́ oĩa simplici nimirũ fide proferenda, vt q̃ sint à cultu fastuq́ artificij alieniora, hoc sint ad illius gloriã amplificandã potẽtiora, vt sic oĩbus cõstet, arma nostra nõ carne, sed deo eẽ potentia. Atq́ in hoc me prorsus, vtcũq́ impariter

Aplos pærito simplicique vsos esse sermone.

excusatũ iri cõfido cũ Apostolis, vt qui nec ipsi in suasorijs humanæ sapiẽtiæ verbis cõfidẽtes, summã prædicationis dominicæ collocarũt, sed in ostensione spũs & in virtute, per quã mirabilib⁹ cõsumatis & fide suorũ verborũ facta, vniuerso orbi cœlorũ regni sciẽtiã tradiderunt: paruiducentes munditiã sermonis phaleratã, q̃a huiuscemodi prædicationis adsertio, non argumẽto humanæ eloquentiæ, sed adstipulatione diuinæ virtutis indigeat.

Fidẽ chrĩa nã nõ indigere rhetorico sermone.

¶Sed quid vsq́adeo multis nostrũ in hoc opere dicendi characterem protrepticũ excusare satago? quũ si vel maxime idipsum rhetorico mũdo venustare voluissem, minus pmisissent inter cætera (quibus cũ priuatim tum publice plus æquo distineor) negotia, quotidianæ nostræ lectiones, frequẽtissimæq́ in tam periculosis præsertim diebus contiones, quas æque ad populũ protrito pene sermone habui atq́ scripsi.

Qui scripserint inter veteres & neotericos in Euang. Homilias.

¶Et hoc est, quod hac in parte inprimis Eusebiũ, Basiliũ, Gregorium Nazianzenũ, Antiochum, Originem, Cyrillũ, Hylariũ, Maximũ, Gregoriũ, Hieronymũ, Ambrosiũ, Augustinum, Bedam, Leonem, Asclopium Aphrum, Musæum, Saluianũ, Fulgentium, Auitum, Radbodũ, Petrum Damianũ, Odonem & id genus pene sexcentos tam veteres q̃ recentiores veneranda simplicitate & humilitate Theologos, zelo non impio æmulatus, hasce nostras laboriosissimas lucubrationes & vigilias nõ alio q̃ Homiliarum titulo, vtpote nequaq̃

Autorem op⁹ suum nec sine exemplo nec sine rõne Homilias scripsisse.

festiuo, sed plane humillimo & modestissimo, nec tamẽ operi dissentaneo dignatus sim: q̃m minus exquisito, sed mediocri & plane Homiliatico dicẽdi genere populo inibi loquor & sermocinor. Siquidẽ ὁμιλία, triuialis fit ad populũ sermo, & ὁμιλῶ triuialiter ad populum sermonẽ habeo. Id q̃d ipse post eos, q̃s recẽsui, facio in ijs nostris Euangelicæ veritatis Homilijs. Quas ideo per nomenclaturã quatuor inclusi Cẽturijs, q̃m singulæ opis partes, quarũ

Homilia quid sit.

sunt q̃tuor, Homilias cõplectant centũ, nõ aliud p̃terq̃ (vt palam videre est) Euangelicã docẽtes ex sacris Biblijs veritatẽ, quæ vel ipsa iure suo Homiliaticã. i. simplicẽ inscriptionẽ sibi vẽdicat, vt quã deceat æque nihil atq́ simplicitas, & loc⁹ sit adagio ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Simplex veritatis fabula. Quod vera dicentes, simplici sermone vtãtur. Iã q̃d Euan-

Verit item fuco nõ indigere

gelica veritate verius & veracius? Vtiq́ nõ aliud quicquã: nẽpe quæ mansura sit in æternũ, cœlo & terra interim transeuntibus. Hæc vnica tituli operis ratio, quam optimis quibusq́ probatũ iri sperauerim, velut rei propositæ non incongruam.

¶Nec enim libuit imitari festiuitates inscriptionum, quas haud paucũ multi in id genus li-

Multos suis libris festiuos indidisse titlos Paraphrasis. Glossemata. Adnotamenta Declarationes. Enchiridiõ Diatribæ. Pandectæ. Paradoxa.

bris fecerunt. Sunt enim, qui suas lucubrationes (nec quidẽ perperam) commẽtarios inscripserunt, quod in eis multas & varias opiniones adferunt in medium, quo liberũ sit lectori, quam mauult eligere. Alij sua Paraphrases inscripserũt, q̃a eosdẽ sensus æmulentur, quadã addẽdi demendiq́ licentia. Alij glossemata, q̃ vocabula tantũ interpretent. Alij adnotamẽta, q̃m non omnia, sed quæpiã remotiora patefaciunt. Alij declarationes, q̃a simpliciter exponant. Alij ἐγχειρίδιον, q̃ rem reddant tã succincte, vt penes se quispiã ferre illa valeat, cẽ si pugionẽ vel tabellã. Alij διατριβάς, id est, exercitatiões & studia, q̃bus res ipsa exercẽdi gratia paulo modestius inibi disputetur. Alij πανδέκτας id est, libros, promiscua & oĩmoda cõtinentes, tanq̃ omne rerũ atq́ doctrinarũ genus cõplectentes, ἅπαν totũ, & δέχομαι capio, q̃ oĩa intra se cõprehendãt. Alij Paradoxa, q̃m quæ sunt p̃ter opinionẽ, cõtineant & doceant. Alij deniq́ (q̃s haud vacat oẽs enumerare) alios suis opibus titulos indiderũt, & tã quidẽ felices, tã festiuos, tã exquisitos, vt propter eos vadimoniũ (vt ille ait) deseri possit. Ipse aũt ex re ipsa hosce meos labores inscripsi vulgato admodum titulo Homiliarũ, vsq́adeo cæteris oĩbus in ipsius q̃q́ inscriptiõis laude cedẽs, quãtũ cessi in cura & elegãtia scriptionis, nolens inter alios (vt dixi) quàm Saul inter prophetas haberi pluris, tã meo nimirũ iudicio ad alios

omnino

omnino nullus, vt nihil malim, q̃ cum propheta abiectus esse in domo dei.

¶Iam vero clementiss. princeps, quũ viderẽ quasi loco legis obseruari laudatũ passim & morem satis antiquatũ, quo pleri oẽs quod ædunt principibus viris nuncupent, q̃m vel literarum dignitas hoc ipsum deposcat, vel quod ij potẽtatu eorum, qbus dedicant, ab inuidis tutelã sibi præparent, vel inuiolatam suis laboribus apud oẽs authoritatẽ nancisci contendãt (solent enĩ multa valde pretiosa videri, qa sunt tẽplis dicata) & ego iamdudũ decreuissem, hoc quicquid nostri est laboris summis illis apud suos omniũ virtutũ ac literarum Mœcenatibus & Antistitibus, oĩbus ornamẽtis episcopalibus absolutiss. Reuerendiss. L. Cãpegio Cardinali & Thomæ Cãpegio Feltrensi Episcopo dignissimo, fratribus germanis, meis patronis & DD. inter paucissimos vnice colen. & obseruan. dedicare, vt qbus me ipm q̃q; quantus quãtus sum debeo, non mõ vniuersum studij mei prouentũ: qa tñ ijsdẽ meã in Euangelistã Iohannẽ Methaprasim, paulo post, superis bene fauentibus, prodituram dicauerim, opus (vt spero) haudquaq̃ contemnẽdũ: versa ob hanc causam sententia, tu solus & vnicus interim, quoquo me verterem, occurristi, qui hoc nostrarum Homiliarum opus multis admodũ nominibus consecraturus essem: & quidem maxime, ne (vt fit) præter cæteras semper subeat cura, an quæ dicamus, digna sint eis, quibus dicantur.

¶Sane non sum nescius, vbi me, huius laboris authorẽ respexeris, haud vnde cũq; dedicationem quadrare, quoniã maior sis & habearis, quãm vt abs me, q̃ minimus sum & infimæ nimirum fortis homuncio, suscipias, quẽ sic deus Opt. Max. in excelso humani generis fastigio posuit, vt omnium post. pp. dignitatem sine controuersia sis longe maximus, nẽpe nõ modo princeps, sed summus etiam, non episcopus tantum, sed & Archiepiscopus, id est, episcoporum princeps, & Cardinalis, id est, e paucis, in quibus tanq; necessarijs quibusdam cardinibus Romana vertitur ecclesia: imo non Cardinalis solũ, sed & Germaniæ ampliss. Primas, id est, qui non secus atq; alter illic Papa omnium Germanicarum Ecclesiarum, quasi Apostolus olim omnium Græciæ Ecclesiarum, curam geris multo maximã: Et quidẽ ad tam celsæ dignitatis altitudinem non tam hominum suffragijs quàm mirando diuini numinis calculo delectus, adscitus & euectus, imo perinde natus vtpote corpus haud sine pectore. Id quod ipsa nimirum fronte totoq; corporis habitu summa cum admiratione præ te fers. Quæ enĩ, obsecro, sunt vel naturæ dotes vel ornamenta fortunæ? Quid etiã diuinitus à deo dari possit mortalibus quod in te non sit eximiũ & cumulatissimum? Quam enim inprimis Heroica tibi corporis proceritas? quanta formæ cum dignitas tum gratia? Quis oculorum vigor? Quàm felix ingenium? Quæ membrorum firmitas? Qui status? Quæ habitudo? Quid multis? Nonne te nobis Poeta graphice depinxit, ita canens:

Os, humeros deo similis, nanq; ipsa decoram.
Caniciem nato genitrix, lumẽq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflauit honores.
Quale manus addunt Ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariuve lapis circundatur auro.

¶Nunquid falso cõcinuit ille? Haudquaq̃. Nam quis hanc generosam illã venerandi tui capitis caniciem, hanc grauẽ diuini oris maiestatẽ, illam cœlestẽ faciem, sydereos illos oculos, hanc deniq; cõpositissimã corporis tui, omni ex parte formam paulo diligentius perspiciens, nõ illud ex animo dixerit? Digna imperio species Priami. Illã equidem tui corporis intuens proculdubio formam & habitudinem, diuinã quidem, & ipsam honesti faciem sic speculari videor, vt simul in te agnoscã raræ & peruetustæ cuiusdã nobilitatis & omnigenæ virtutis domicilium longe magnificentiss. vt qui vtriusq; laude inter vniuersos principes vi ros nõ aliter micas atq; inter ignes luna minores.

¶De illustrissimo quidem Natalium tuorum splendore quid attinet dicere? vnde plures q̃ ex equo Troiano proceres, domi forisq; & inprimis belli gloria spectatissimi prodierunt. In quibus etiamnũ tot regũ, tot Imperatorum, tot Heroum affinitatẽ & necessitudinẽ accipimus, vt ne fingi quidẽ possit quicquã vel illustrius vel amplius vel luculentius. Qui & proinde in illis tuis inclytissimis maioribus Marchionum à Brandeburg quouis habeare & sis ἀπὸ ἀρχῆς ὑπάρχων. Vnde factũ, vt vix simus tã generosam inuenturi prosapiam, quæ esse possit tuo inclytissimo stẽmate vel antiquior vel famigeratior vel honore cumulatior. Cuius hoc vnũ ex infinitis, quæ trãseo, argumentũ est longe maximũ, q̃d inclytiss. Marchiones Brandeburgenses inter eos, q orbi ex electiõe Cæsarẽ dare habẽt (quo nihil maius pter meriti sint nõ extremas sed facile primas. Siluerim reliqua speciosissima decora, maximarum virtutum testimonia, qbus & illi tã vndiq; imaginibus & honoribus clari sunt & toto terrarum orbe suspiciẽdi, vt nemo sit, q nõ æque de illo nobilissimo stẽmate tuo dicere possit atq; q̃d olim

Alia ratio ris externa atio. Quare libri princi pib' dedi cari soleãt.

Metaphrasis Nausea. Alia ratio ris externa atio. Celsitudo Alb. marchionis ex Brandeb.

Laus D. Alberti archiepi Moguntinen. a dignitate corporis. Verg. Aeneidos.

Alberti archiepi Mogũtin. ipsa fronte prae se ferre rã quanda nobilitate. Laus principis a natalib' Brãdeburg.

Electio Cæsaris magna dignitas

olim de genere regis Aeneæ & vrbis Troiæ in hæc verba Carthagineñ. illa regina.

> Quis genus Aeneadum? quis Troiæ nesciat vrbem?
> Virtutesq́; virosq́;, & tantæ nomina stirpis?

Virtutẽ eẽ verã nobilitatem. Laus principis a clarissimarũ virtutũ præconijs.

¶Quàm vero ab illo tuo genere inclytiss. non degeneres, sat superq́; testantur gloriosa illa tua insignia, quibus certo discimus documento, te ab eo non solum non degenerare, verũ quod maiorum tuorum gloriam verius superes q̃ æques prælustri diuinarum virtutũ specimine, quod vera est nobilitas. Quæ nimirum tuæ virtutes tot ac tantæ sunt, vt totidem ac tantas Cyro ad effingendam optimam principis effigiem à Xenophonte præscriptas esse nõ crediderimus. Ac inde fieri solet Præsul optime idemq́; princeps eminẽtissime, vt tãetsi mos sit scriptoribus, plerisq́; omnibus vt eorum laudibus, quibus suas consecrant lucubrationes, bonã præfationis partem occupent, atq́; hoc veræ virtuti præmium deberi videatur ego tamen de illarũ amplissimarũ tuarũ virtutũ laudibus plane silere cogor, partim, dico, q̃d & mea simplicitas tibi non ignota, non ab adulatione modo, sed & ab omni blandiloquentiæ specie vehemẽter ęque abhorret, atq́; tua singularis modestia nihil minus ferre soleat, q̃ laudes etiam moderatissimas: partim, quia nõ minus illorũ obruor magnitudine quàm multitudine, vtpote, quæ tã sunt magnæ simulq́; multæ, vt historiæ magis perpetuitatẽ, quàm orationis compẽdiũ exigant. Fitq́; propterea, vt in eis recensendis, qui vitæ tuæ formulam

Catalogus gñalis virtutum D. Alberti archiepĩ Moguntineñ.

obseruant & actionibus tuis intersunt, me vehementer sint damnaturi, ꝙ in commemorãdis laudibus tuis parcus fuerim & cõcisus, & orationem ad virtutes tuas longe imparẽ attulerim. Quis enĩ, oro, inter alias pręclarissimas virtutes tuas, vel ex parte saltem, eruditam illam tuam pietatem? Quis animum ad vtrãq; fortunã infractũ? Quis simplicem illam, & à Christo laudatam in rebus agendis prudentiã? Quis sanctã in aduersis tolerantiã? Quis dignam cœlo sanctimoniã? Quis regiam in probos & eruditos liberalitatẽ? Quis piã in egenos misericordiam? Quis splendidam in portubus, ædibus, vijs, stratis, & hoc genus publicis, & valde necessarijs, ædificijs & munitionibus instaurandis, & reparãdis magnificentiã? Quis sæueritatem erga oẽs cũ comitate coniunctã? Quis constantẽ in rebus arduis cõficiũdis & aggrediundis fortitudinẽ? Quis tẽperatã in dictis factisq́; mansuetudinẽ? Quis æquã in vindicandis iniurijs ac iniqtatibus iustitiã? Quis humanissimã in admittẽdo facilitatem? Quis effusam in oẽs benignitatẽ? Quis deuotissimã & pijssimã illam tuam erga superos religionẽ? Quis (vt semel finiam) hoc genus reliquas virtutes tuas æque infinitas atq́; incõparabiles enarrare sufficiat? Non ipse equidẽ. Quũ prius oẽs oratores, & historici scribendo, prius oẽs scriptores cogitando defatigarentur, quàm tu laude digna faciendo.

Admirandũ D. Alberti archiepĩ apud oẽs esse fauorẽ, maximam eẽ archiepĩ Moguntiñ. authoritatẽ.

¶Hinc ex tantarũ tuarũ virtutũ claritate & magnitudine vis quædã archana & plane admiranda procedit, qua superata inuidia, nõ secus atq́; magnes quidã regũ, Impp. gentium, tuorum, externorum, summatim omnium mortaliũ animos in tui sic rapias amorẽ, vt non solum aspectus congressusq́;, sed vel auditũ modo Alberti Cardinalis Brandeburgeñ. nomen, miram quandã excitet beneuolentiam & venerationem. Atq́; hinc felix illa tua apud omnes authoritas, ob quam & propter eximiã tot à deo dotium tuarũ mirabiliũ maiestatẽ tam factus es vniuersis excelsus, vt religiose etiamnum pene à salutantibus adiri soleas. Qua & ipse tua celsitudine aliquoties perinde suspensus, etsi te maiorem putauerim q̃ vt huc descenderes, partim tamen singularis quædã naturæ tuæ bonitas, & incredibilis humanitas, non solum publica totius orbis voce prædicata, verumetiã ipsa (quod dici solet) fronte totoq́; corporis habitu relucens, partim huius operis nostri materia præcelsæ tuæ amplitudini non incongrua dedicationi fidutiam præbuit plane audacem.

Impatores olim sibi dicata uõ. respuisse.

Officiũ veri episcopi

¶Si enĩ de architectura Victruuius Imp. Augusto, Iulius Pollux de grammatica Commodo Cæsari, Oppianus de piscibus Imp. Antonino, Diophanes de agricultura Deiotero regi librum suum dicauit, quanto rectius & iustius tibi opus de veritate Euangelica, qua nihil excellentius, consecrauerim, atq́; nunc idem supplex dedico & consecro? Quandoquidẽ pulchre admodum quadret, vt opus Euangelicum ei consecretur, cuius Euangeliũ peculiare esse debet, cuiusmodi te plerisq́; oẽs corã palamq́; experimur, vt qui in hoc ipsum vnctus sis Archiepiscopus, & pastor Euangelicus appellari cœptus, vt ex largissimo veritatis Euãgelicæ penu, populum alas & sustentes. Quàm sane prouinciam & eam quidem longe sanctissimã vsq́;adeo non solũ facis, sed & perficis, vt oues tibi cum Petro concreditas, nõ tantum ex verbo Euangelico nutriri curas, verumetiã vt illud recte tradatur & doceatur satagis, atq́; ipse interim tam non modo illud diligẽti, crebraq́; lectione versas, sed & verbo vitæq́; exemplo præstas, vt facile sis vnicũ, & hoc apud nos æuo pietatis Euãgelicæ dici possis exemplar, vtpote, qui illam ipsam pietatem sic modis omnibus tutari, sarcire, & propagare studes, vt non immerito illius dici valeas doctor & propugnator.

¶Haud

PRAEFATIO AD LECTOREM.

¶Haud debui proinde hasce meas de veritate Euangelica Homilias alteri quàm tibi tot Euangelicis vndecunq; dotibus spectato dedicare, nec modo, qa tã pulchee ratio rei huc vocet, verum, φ tantus etiamnum in te sit Euangelicæ pietatis odor, vt eum nulla merito debeat abolere vetustas. Cuius quoq; hoc præclarum de te præbes exemplũ, quod posteeitas spectet & imitetur. Illud vero quomodo ad posteros vsq; est perduraturũ, nisi sit, φ venientibus seculis commendet? Porro quibus possit hoc ipsum monimentis rectius & certius pstari quàm libeis, & eis quidem maxime, qui de veeitate sunt Euangelica, cuiusmodi nõ dubitaueeim tibi & aliis per te probatũ iri hosce meos labores haud æstimandos?

Quare author opus Homiliarum D. Alberto archiepõ dedicauerit. Literis dũtaxat æternitatẽ conseruari. Autorem hac operis sui dedicatione conatũ pro Immortalitate nominis D. Alberti archiepi Moguntineñ. Autorem hac tã dedicatione sua nil aliud q̃ animi gratitudinem optare.

¶Si em̃ Appion ille immortalitate donari à se scripsit, ad quos aliquid de Grammatica, præsertim, nam Geammaticus erat ipse non incelebris, sed gloriosus, componebat, quãto certius tibi persuaseeis de eo quod ad posteeos editur de veritate Euangelica? quæ quum sit in æternum permãsura facile præstabit, vt eius & ipse præsidio efficiaris, cuius memoria immortalis sit futura: quippe apud deũ & homines nota. Quod equidem vel vnicũ in decus & ornamentũ tuũ, & in lucidissimũ tam præsentis q̃ futuri seculi exemplum conatus sum magnopere hac supplici dedicatione nostri de veritate Euangelica operis.

¶Nec est, quod metuerim, ne munus hoc meum vel quamlibet pusillum & exiguum sis adspernaturus, qui illum vsq; adeo eeferas, qui duo minutila pauperculæ viduæ tam nõ spreuit, vt ea etiam opimis diuitum donariis longe prætulerit.

¶Ego sane, pater ac princeps colendissime, non aliud in præsentia æque supplex orauerim, atq; vt declares huiusmodi meos labores amplissimæ celsitudini tuæ non fuisse ingeatos, vt sic, quæ maxima est, tua authoritate publicũ possint mereri fauorẽ, vnde sua deinde vtilitas ad multos sit itura. Nec em̃, teste cõscientia, ex tãtis meis sudoribus aliũ expecto fructum, q̃ vt per eos Euangelica veeitas magis ac magis elucescat in laudẽ & gloriã dei optimi maximi, q eandẽ tuã nobis & toti reipublicę Christianæ celsitudinẽ perquam diutissime seruet incolumem, semper'q; beatissimis incrementis in maius prouehat.

¶Nunc veeo, vt occupationibus tuis & publico bono, cui, vt addecet, præ cæteris summopere inuigilas, parcam, quid singulis contineatur Centuriis & Homiliis per Elenchum paulopost adiunctum sic ostendo, vt cum candidissimo quoq; lectore non difficile sis inuẽturus, quod vel sigillatim inueniee vel scire desideraueeis. Capita enim rerum insigniorum, quæ cuiq; Homiliæ insunt, argumentis perinde quibusdam præmisi, declarans quo quid loco quæri & citra difficultatem inueniri possit.

AD LECTOREM PIVM.



IN primis, cãdide lector, te rogatũ magnopere tua velimus causa, vt hasce nostras subsequentes in Iesu optimi Euangeliũ Homilias pro Euangelica veritate syncero suscipias adfectu, idem'q; puro legas iudicio, vtpote post dei maximi decus & gloriã à nobis in tuã vtilitatem plane nec aliunde q̃ ex sacris literis, nec iis quoquo modo eetortis, & stilo quidem protreptico congestas, cõparatas'q;, & post continuas multorũ preces tandem, vt vides haud ineleganter excusas & ęditas. Quas vbi animo, quo ipsi scripsimus, perlegeris, non dubitamus eas tibi sic probatum iri, vt illas non Homilias, sed thesauros eẽ sis adfirmaturus, vnde possis & noua & vetera depromere. Inibi enim qua debuimus & potuimus fide & diligentia scripturas scrutati sumus, in quibus iustam vitæ æternæ partẽ nobis repositam fateamur necessum est. Quia vero in iisce nostris laboribus post dei maximi laudem nihil æquæ cupiamus atq; tibi prodesse tantundem vt vellemus, profecto nos huic nostro voto operæ'q; huic nostræ pretium non pœnitendum facturos eati sumus, si quo modo in maiorẽ vtilitatẽ vti posses eiusmodi nostris pro veritate Euangelica Homiliis, mox ab earũ frontispicio paucis ostenderemus. Siquidẽ omnia breuiora & faciliora reddat ordo & ratio & modus. Te peopterea nolimus fugiat, subsequentes nostras Euangelicæ veritatis Homilias in quatuor eẽ partes discretas, atq; eas à numero Homiliarum titulo Centuriarum insceiptas: quoniam singulæ partes centũ Homilias cum illarum Paragraphis, partim de tempore, quod aiunt, partim de diuis cõtineãt. Homilias autem ipsas (quarum nonnullæ totum pro tempoee occurrente Euangeliũ, nonnullæ locos duntaxat aliquot insigniores, qui calamitosis nosteis temporibus in controuersiam venerunt, præcipue declaeant) conscriptas plerunq; semper à præfationibus, vel ideo orsi sumus, vt per eas non modo auditor, adeo'q; lector redderetur attentior & docilior,

Authorẽ a lectore sui opis syncerum deside rare iudicium.

Quem author ordinẽ seruauerit in hoc ope, & qũo idipm discreuerit.

verũ-

Quid oporteat præcipue docere concionatorem. Authorē p doctrinas pias pgredi.

Quint.lib. 11.ca.2. Methodus cōcionandi Nauseæ. Consilium ex loco & tpe capiendum esse.

verumetiam vt sequens in Euãgelij locos efficacior esset declaratio. Quibus sane præfationibus & ipse, qui diuini verbi preco es pro nutu sis vsurus aut non. Deinde verba Euangelij, modis, quibus potuimus omnibus sic exposuimus, vt triticum cum zizanijs nequaq̃ euelleremus. Atq; tandem pro loco & tempore nihil æque ex animo conati sumus, atq; vt populum sic institueremus, vt iuxta Prophetam à malo declinaret, bonumq́; faceret: nimirū quo fides Christiana vocat tota. Id denique ipsum perinde semper efficere studuimus doctrinis quibusdam: quas pro loci temporisq́; ratione sacris ad longum literis ita obfirmauimus vt interim earū & capita & loca signantes, etiamnum addiderimus ex ordine distinctiones dogmatum, vt eorū, quæ doceremus facilior esset memoria & cum fide intellectus: à vocabulis primo, secundo, tertio, &c. nō abstinentes, quod qui per ea, F. Quintiliano teste, recte diuiserit nunq̃ poterit in rerū ordine errare. Certa eñ ipsa sunt, nō solum in digerendis, sed etiam in exequendis quæstionibus & documinibus vt in nostra cōcionandi Methodo multis ostendimus. Inibi vero sicubi tua fortassis sententia paulo fusiores fuimus, nō est, q̊d male feras: quandoquidem sic res & tempora hominūq; mores tulerunt. Poteris quæ mauis in vsum tuum & quod eo profuturū duxeris sumere, & more apum seligere, ac ita eē breuior. Siquidem nec semper nec vbiq; vna est dicend, ratio, quam locus, tēpus & persona plerūq; rectius instruunt. Alioqui non probauerimus, vt velis instar Anaxagoreæ cōfusionis quolibet loco & tempore, quælibet, ne dicam omnia, coaceruare atq; congerere. Id quod nobis hac tēpestuosa tempestate inter tot non modo externos, sed & internos domesticosq; aduersarios facto summe opus fuit, ceu nemo nō, nobis etiam silentibus, intelligit. Atq; vtinā minus futura sint tpa, qbus & ipse cogaris idem, q̊d nos, facere: nollemus certe nollemus.

Veteres q̃q; cōsuesse suis libris facere iudices.

¶ Iam vero vt tuo prorsus cōmodo consuleremus, in rem fore duximus, subijcere Elenchum, quo quæras tantum quod desideras, & scias, quo nō solum loco inueniatur, sed quēadmodum facilius intelligi queat. Siquidem rerum capita, non secus atq; argumenta quędā breuiuscula adiunximus: nec hoc quidē sine exemplo, sed inter alios Valerium Soranū in literis quos ἐποπτίδων scripsit. Pliniū quoq; in eo, quod Naturalis historiæ inscripsit opere, ac A. Gellium in Noctibus Atticis, & ex nostris Lactantium Firmianum in libris institutionum diuinarum, atq; hoc genus scriptores sequuti fecimus. Insuper quasi aliud agētes perindeq; obiter ad finem collegimus, quæ vel incuria chalcographorum ex archetypo nō vndequaq; legibili, vel natura parum cauente obrepserunt inter imprimendum erratula: quæ etsi eiusmodi sint, quæ te legentem fortassis obturbare queant, satis tamen cognobilia & ignoscibilia, vt quæ vix vnq̃ caueri possint, quū litera vna vel altera modo desit, modo supersit, modo pręposterа sit: quas tamen mendas ex collectis post Regestum, sicubi opus fuerit citra laborē repurgabis, & interea nō illubēter, vt speramus, ignosces, in eo pręsertim opere, in quo bon⁹ ille Homerus sine culpa pǫsset dormitare, & vbi phas sit obrepere somnūt maxime, quod hactenus nō fuerit aliquis ab oñi parte beatus, nec sine vitijs natus quisquā, at optimus ille, qui minimis vrgetur. Proinde lector optime tuum erit, vt quæ nulla dedimus ambitione, legas, cognoscas, ac deinde iudices: nec interim obsuerit, vt & hæc nostra nostra aliorum in hoc scriptionis genere libris conferas & expendas. Quo sane pacto nihil plane veremur, hoc quicquid nostri est laboris tibi in domino Iesu probatum iri: quandoquidem idipsum simplici pioq́; iuuandi studio susceperimus. Eteñ conscij nobis sumus vniuersa hoc in opere deprompta nos candide & simpliciter protulisse, nihil à te mercedis aliud efflagitātes, nisi vt quicquid toto ope boni inuenies, deo nostro optimo maximo, à q̃ omne bonum, non mihi acceptum feras. Nec enim vel Pancratiastes vel Periodo victores haberi velimus, aut disiectis mœnibus excipi cupiamus, aut Megarensi lapide celebrari, qui nec interim ijsce & reliquis nostris lucubratiōibus inuidiam à quopiam deprecamur, id q̊d frustra sumus facturi: quando rarenter vel nunquam eiusmodi labores eam sentiant viui, q̃ post fata præstari magis solet venerationē. Siquidē liuor in viuis pascatur, nec nisi post fata quiescat. Tunc suus ex merito, vt Poeta sensit, quenq; tuetur honos. Qui qualis qualis est futurus in dei Opt. Max. gloriā, & in tuā esto salutē, quā tibi, candide lector, perennē optauerimus. Iā aūt cuiusmodi sit, de quo hactenus ad te p̄fati sumus, subsequētē inspice Elenchum, vnde, ni fallimur, possis ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γινώσκειν.

Erratula hoc in ope esse tā pauca & minuta, vt vix p̄caueri potuerint. Horati⁹ in arte poetica.

Virtutē eē nō posse sine inuidia.

F I N I S.

Pri-

ELENCHVS HOMILIarum Centuriæ primæ.

Primus nomerus Homiliam, secundus uero Folium designat.

DE SANCTIS HOmiliæ.

ELENCHVS HOMIliarum Secundæ centuriæ.

DE SANCTIS HOmiliæ.

ELENCHVS HOMIliarum Tertiæ centuriæ.

FINIS ELENCHI Homiliarum.

SYLLABVS RERVM MEMORABILIVM, TRIBVS SVBSEQVENTIBVS FREderici Nauseæ ueritatis Euangelicæ Homiliarum centurijs contentarum, iuxta Homiliarum, earundemq; paragraphorum seriem.



FINIS INDICIS

ENCOMION MOGVNTINAE Ciuitatis, Authore F. N. B.

Aurea Romanæ Moguntia filia matris,
  Hæc babet ecclesiæ pulchra decora suę.
Aurea Germanis hæc olim dicta colonis,
  Quod superat multis urbs generosa bonis.
Maius ut est aurum cunctis toto orbe metallis,
  Sic maior reliquis urbibus illa nitet.
Hæc Baccho Thebas, Ephesum templo, ære Mycenas,
  Larissam campo, sole niteote Rhodon,
Memphim ædificijs, Baias thermis, ditione
  Imperij Romam, relligione Paphum,
Thessaliam cælo, doctrioa Palladis urbem,
  Oraclis Delphos uincit Apollineos.
Cuius in augusta legit Archiepiscopus aula
  Ceu rex subiectis iura uerenda suis.
Et sacris operatur ibi ter maximus ille
  Antistes, clero forte sequeote sacro.
Cuius in æternum maneat, mansuraq; semper
  Sit laus, nomen, honos, gloria, fama, decus.

FRIDERICI NAVSEAE

BLANCICAMPIANI PRIMA EVANGELICAE
veritatis Homiliarum Centuriæ atq; (vt sequitur) eiusdem Homilia
prima, de eo quod scriptum est Matth.21. Marci.11.
Lucæ.19. Iohãnis.12. Benedictus qui venit
in nomine domini, &c.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

A 
Acrosancti nimirum temporis initium, fratres in domi-
no charissimi, hodie agimus, cui vulgo nomen Aduentus, De quo
ecclesia ex verbis Apostoli nos solicite admonet, inquiẽs: Iam fra Roma.13
trea hora est, nos à somno expergisci. Quare? Quandoquidẽ pro
pius (inquit) adest nobis salus, q̃ tum, quũ credebamus. Nox pro-
gressa est, diea aũt appropinquat. Hoc vero frẽs dilectissimi, vn-
de intelligemus? Vtiq; vocabulo, huius tẽporis, scilicet aduentus.
Igitur maxime vellẽ, tã huius sacratissimi tẽporis & noĩa rationẽ
esse cognobilẽ oĩbus, q̃ ipsum est nomen Aduentus, toto perinde
orbe notũ & celebre. Equidẽ nõ putauerim esse (qui modo Christianæ sit, vel nomine ipso
professionis) quẽ fugiat hoc ipsum sacrosanctũ tempus, vulgo nusquã non appellari Ad-
uentũ, at paucissimos e contrario esse suspicor, qui vel eius rationẽ vere calleãt, vel ex ani
mo inuestigẽt, & scire satagãt. Id q̃d tamẽ magnopere velle, idẽq; facere debuerint: quũ
inibi summa sit nr̃æ salutis reposita, atq; ineffabilia dei Opt. Max. erga nos misericordia,
& clemẽtia cõtineatur, quã nescire tã sit malũ, q̃ sit & vtilis & necessaria, eadẽq; grata deo
pro hmõi sua in nos pietate gratitudo & gratiarum actio, quã vel solã deus à nobis perinde
atq; rẽ modis oĩbus debitã diu noctuq; & quidẽ serio exigit. Inde nimirum est, q̃d Paulus Ephe.5
ait: Psallẽtes in cordibus nr̃is dño, gratias agẽtes semp. pro oĩbus in noĩe dñi nostri Iesu
Chri deo & patri. Et rursus: Sine intermissione orate, in oĩbus gr̃as agite. Hæc est enĩ vo 1.Thess.5
luntas dei in Chro Iesu in oĩbus vobis. Vnde facile conijcimus q̃ deũ male habeat ingra-
titudo, q̃ proculdubio omniũ est vitiorum longe pessimũ & perniciosissimũ. Siquidẽ q; inde
nullũ nõ peccatũ deriuetur. Quia enĩ deo pro eius erga nos beneficijs ingrati sumus, ideo
peccamus, & peccare nõ erubescimus. Absit aũt fratres, post hac tanti nos sceleris obno-
xios faciamus, verum ex animo cogitemus summã in nos dei nostri Opt. bonitatẽ & bene-
ficentiam, eidem deinde gratias ex animo agentes, simulq; humiliter.

B ¶Cæterum, qũo grati simus, nisi quantũ nobis beneficiorum cõtulerit, scinerimus? Sciemus
aũt vel ex pate, vbi q̃d sibi velit hoc tẽpus sacrũ, huiusq; peculiaria appellatio & inscriptio
studiosius cõsiderauerimus. Atq; eius rationẽ plane perscrutabimur, vbi acceperimus, qs
sit q aduenit, atq; vnde is, & quo, & qũo, & ad quid, & qñ aduenit? Laudabilis haud dubie
curiositas est illa & admodũ salutaris. Neq; enĩ credi par est, ipsam catholicã ecclesiã tan
ta deuotiõe aduentũ celebrari instituisse, nisi in eo aliq̃d magnũ, idẽq; prorsus salutare la
teret sacramẽtũ. Si proinde, ceu propheta canit, beati sunt, q testimonia dñi scrutant, scru Psal.118
temur & nos, quod inter illa nequaquam est infimũ, sed omnium tam facile supremum, q̃
sit primũ nostræ redemptionis. Cum igitur aduentus dici cœperit, quia quis venerit.

C ¶Quiamodo venit, interrogo? Filius, r̃ñdet archangelus, altissimi scilicet regis regũ, & Lucæ.1.
dñu dominantiũ, dei scilicet Max. cœli ac terræ creatoris, quiq; oĩa, quæ inibi sunt, guber 1.Timo.6
nat. Si altissimi regis, dñi ac dei Max. & cœli & terræ creatoris filius, ergo & q venit, rex Apoca.19
est, idemq; dñs dominantium, ac deus coaltissimus. Neq; enĩ phas est dei filium degenerẽ
suspicari, sed æqualẽ fateri necessum est ad oĩa & in omnibus. Nã & filios principũ, princi
pes, & filios regũ, reges esse quis nesciat? At quia est filius ille excellẽtissimus, q venit? Est,
inquã, Iesus Christus, dñs & redemptor noster. Ille enĩ est, qui (teste Apostolo) in dei pa Philip.2
tris est gloria, cuius gloriã quasi vnigeniti à patre se cũ cæteris apostolis vidisse, Iohãnes Iohan.1.
scribit. Ille quidẽ (ait idem Apostolus) non arbitratus est rapinã se esse æqualem deo, quũ Hebræo.1.
sit splendor gloriæ patris, & figura substãtiæ eius. Cuius nomẽ, inquit propheta, quo vo
cabunt eũ, est dñs iustus noster. De huius aduentu, cuius hodie frontispiciũ agimus, pro-
pheta Zacharias, spiritu sancto adflatus, p̃dicens ait: Dicite filię Sion, Ecce rex tuus venit Zach.9.
tibi mansuetus, iustus & saluator. Ille ergo filius altissimi venit.

D ¶Sed vnde & qũo? A summo vtiq; cœlo, ex altissimo, inquam, dei patris sinu, per in-

a effabile

Psal.18 effabilē diuæ virginis Mariæ partū. A summo cœlo (inquit regius propheta) egressio eius
Iohan.16 & occursus eius vsq; ad summū eius. Et ipse aliàs: Exiui (inquit) à patre, & veni in mundū.
Esa.30 Grādis plane patuit via, secundū eius testimoniū, qui prophetico actus spū: Ecce (ait) no
men dñi venit à longinquo. Quid, obsecro, distantius & remotius, q̃ hinc cœlum?
Iohan.16 ¶Sed quo venit? Exiui, rñdet ipse, à patre, & veni in mundū. Sic & Martha vere respō E
Iohā 11. debat: Ego (inquiens) credidi, quia tu es Christus, filius dei, qui in hunc mundū venisti.
Hiere. 23 ¶At quō, inquis, venit de cœlis in terrā, qui deus vbiq; est? De seipso dicens: Ego cœ- F
lum & terrā impleo. Responderim, Descēdisse de cœlis dei filiū, non quidē, quod per in-
Psal. 138 carnationē cœlos dimiserit, aut ante incarnationem in terris nō fuerit, qui vbiq; est. Ad
quē propheta proinde exclamat: Quo ibo à spū tuo, & quo à facie tua fugiā? Si ascende-
ro in cœlū, tu illic es: si descēdero in infernū, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, &
habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera
Iohan.3 tua. Qui & ipse in terra degēs, inquit: Nemo ascēdit in cœlū, nisi qui descēdit de cœlo, fi
lius hoīs, qui est in cœlo. Verū, inquā, dei filiū de cœlo descendisse, quia per susceptionem
nostræ naturę, nouo existēdi modo in terra esse cœperit, scilicet per vnionē hypostaticā
diuinitatisq; cū humanitate in vna persona coniunctionē, quo nimirū modo antea nō fu
erit in terris. Ad eū vero modū descendisse, sua loco, quū de eius sacrosancta incarnatio-
ne, verba habebimus, ex euangelistis aper.ę sumus edocturi. Venit igitur dei Max. altissi-
miq; filius e summo cœlo in hasce inferiores terræ partes.
Gala 4 ¶Porro, quā ob causam, & quādo venit? Propter nos, rñdeo, & quidē opportuno venit G
tēpore & gratioso. Sed quō propter nos? Vtiq; vt nos illuminaret & dirigeret, simulq; re
dimeret propter pctā cæcos, & æterna olim morte captos. Hinc Aplus: At vbi (inquit) ple
nitudo venit tēporis, misit deus filium suū, factū ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub
1.Timo.1. lege erant, redimeret, vt adoptionē filiorū reciperemus. Idemq; iterū ait: Fidelis sermo,
& omni acceptione dignus, qa Christus Iesus venit in hūc mundū, peccatores saluos fa-
Lucæ.19 cere, quorū primus ego sum. Id quod ipsemet dei filius approbat, dicens: Venit enī filius
hoīs, quærere & saluū facere, qd perierat. Quid perierat? Vtiq; ouis illa centesima deer-
Lucę.15 rans. Humanū, inquā, genus omnino perierat. Sane nulla fuit Christo veniendi causa, ni
si vt peccatores illuminaret & saluos faceret, q velideo dictus est Iesus, qa populū à pec-
catis eorū saluū faciat. Morbum enī si sustuleris & vulnera, nullam habebis medicinæ cau
sam. Siquidē venit de cœlo magnus medicus, qa magnus per totū terræ orbem ægrotus
iacebat. Ipse ægrotus vtiq; nemo erat, nisi genus humanū, quod prorsus perierat, ex quo
Esa. 53 vnus peccarat, in quo illud erat totū. Sed venit vnus sine peccato, vt saluos faceret omēs
1.Petr.2 à peccato. Cæterū, qui, quæris, perierat? Res, dico, sic habet.
Esa.4. ¶Quū iā lucifer ille vnà cū suis complicibus superbia ductus, & ingratitudine e cœlo H
Gene.2.3 cecidisset, essetq; in locū eius homo sola pietate creatus, vt paradisi voluptate perfrueret,
idemq; mox dæmonis persuasione, qui eā illi beatitudinē & voluptatē inuidit, & ingrate
& superbe cōtra deū peccasset. nimirū & ipse deo similis esse cupiēs, e uestigio & ipse à deo
Max. indignabundo e paradiso in terrā ea proscriptus est cōditione, vt hic suū in deum
Gene.6 Opt. peccatū & tēporaliter lueret, & aliàs æternę pœnę obnoxius foret, nisi redemptorē
inueniret, pœnitentiāq; vere ageret. Cæterū, tantū absuit, vt is pro peccato satisfaceret,
Roma.1. aut satisfacere posset, aut vere pœniteret, vt etiā pctō peccatū adderet: vtpote à deo crea-
Roma.4 tore suo vsqueadeo alienatus, in illiusq; volūtatis cognitione tā oīno obcæcatus, vt dei sui,
eiusq; beneficiorū prorsus obliuisceret, & obscurato ipsius corde, gloriam incorruptibilis
dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis & volucrū & quadrupedū mutaret, ip-
samq; creaturā pro creatore adoraret. Interim tñ peccati & ruinæ, adeoq; pœnæ & cæci
tatis memor pars ad deū obnixis lachrymis & gemitibꝰ clamare in hęc verba nō cessauit:
Esa.16 Emitte agnū dñe, dominatorē terræ de petra deserti ad montē filiæ Sion. Vtinā disrum
Esa.64 peres cœlū & descenderes. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiat terra &
Esa.45 germinet saluatorē. Domine deus virtutū conuerte nos, & ostēde faciem tuā, & salui eri
Psal.79 mus, obsecramus æterne deus, ideoq; creator noster, sis memor nostri, creaturarū tuarū mi
serarū. O com placeat tibi, vt eruas nos, qm infirmi sumus, cæci ac perditi, quoniā de ter-
ra nostra furtim sublati sumus, & huc innocentes in exiliū missi sumus nō tamē penitus in
nocentes, sed quatenus ad eū, qui nos seduxit innocētes, aliqnatenus mēdaciū nobis psua
Iohan.8 sum est dñe, veniat veritas, vt possit falsitas deprehēdi, vt cognoscamus veritatē, & veritas
liberet nos, quū alioqui nemo sit, q nos de hac miseria redimere valeat. Omnes quidē pec
Roma.3 cauimus, tuaq; gratia egemus: declinauimus oēs, & facti sumus inutiles. Ah dñe, ah domi-
Psal.13 ne, ne perdas nos, ne irascaris in æternū, sed exhibe ijs misericordiā tuā, quos ad beatitudi
nem tua pietate sola creasti. Ah domine, ah ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū,
Psal.78 cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus
salutaris

ſalutaris noſter,& propter gloriã nominis tui libera nos,& propitius eſto peccatis nr̃is, Gene.49.
propter nomẽ tuũ,ne forte dicãt in gentibus,vbi eſt deus eorũ.O deus noſter clemẽtiſſi-
me,redime nos.O dñe mitte ad nos,qui mittẽdus eſt,qui eſt expectatio gentiũ,ad illumi Luc.1.
nandũ his,qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent,ad dirigendos pedes noſtros in viã
pacis.Ad faciendã miſericordiã cum patribus noſtris,& memorari teſtamenti ſui ſancti. Pſal.71.
Et iuriſiurandi qđ iuraſti Abrahamo patri noſtro,loquiens:Benedicentur in ipſo oẽs tri- Gene.12.15
bus terræ.Hiſce tandẽ,hocq́ genus alijs p̃cibus & lachrymoſis clamoribus poſt aliquot
millia annorũ deus pater ad miſericordiã motus(qui & vice labentis hominis nullã,ſicut
poſt angeli lapſum,aliam creaturã condiderat, innuens hominẽ aliquãdo ſua redemptũ Iohan.3
iri pietate,cui etiamnũ,quia & ipſum aliena nequitia ſupplantarat,aliena charitas ſuccur Roma.8
rere deberet)adeo dilexit mundũ,vt ſuũ vnigenitum daret,nec ei,proprio filio ſuo parce Galat.4
ret,quin eũ pro nobis oĩbus traderet,illum adueniente temporis plenitudine per mirabi
lem virginis partũ,ſpiritu ſancto cooperante ad nos in hãc lachrymarũ vallem mittẽs,vt Oſee.13
ſuo nos exemplo & dogmate perdoceret,deindeq́ ſua morte noſtrã mortẽ deſtrueret:
qui & ſi patri ad oĩa æqualis,ſe tamen metipſum exinaniuit,formã ſerui accipiens,in ſimi Philip.2
litudinẽ factus,& habitu inuentus vt homo,humiliauit ſemetipſum,factus obediẽs vſq́ ad Pſalm.111.
mortẽ,mortem aũt crucis.Tunc eñ(canente propheta) exortum eſt in tenebris lumen
rectis corde,miſericors ſcilicet & miſerator & iuſtus dominus.

I ¶Hæc eſt,fratres dilectiſſimi,huius tẽporis aduẽtus ratio.Ex ijs modo intelligitis,ea-
propter dici aduentũ,quia in plenitudine tẽporis,Ieſus Chriſtus,filius altiſſimi e ſummo
cœlo per incarnationẽ propter noſtrã redemptionẽ in hunc mundũ venerit:nimirũ,vt
voluntatẽ patris exequeretur,ſua nos humanitate à captiuitate diabolica redempturus, Iohan.6
eo ipſo alias dicente:Deſcendi de cœlo,nõ vt faciam voluntatẽ meã,ſed voluntatẽ eius,
qui miſit me,patris.Ad hæc aũt,quis nõ cum Apoſtolo exclamet:O altitudo diuitiarũ ſa Roma.11.
pientiæ & ſcientiæ dei,q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius.
Quid ni fratres ita vnuſquiſq́ exclamet? Sane ſi aduenientis perſonam intueor, nõ capio
immenſæ maieſtatis excellentiã.Venit eñ ille,qui ſua maieſtate cœlũ & terrã implet,ſo-
lus dñs,ſolus ſanctus,ſolus altiſſimus,dominus noſter Ieſus Chriſtus.Si attendo ad quos
venit,dignationis magnitudinẽ expaueſco,venit ſiquidẽ creator ad creaturam,dominus
ad ſeruũ,optimus ad perditiſſimũ.De quo indubie nouo & ipſi ſtupeſcunt angeli,viden-
tes infra ſe,quẽ ſupra ſe ſemper adorãt,manifeſte iam & deſcendentes & aſcendentes ad
filiũ hominis.Si cõſidero propter quid venerit,accipio ſane ineloquibilẽ,inæſtimabilẽq́
charitatẽ.Venit eñ,qui noſtri cauſa immortalis,factus eſt mortalis, impaſſibilis paſſibi-
lis,glorioſus factus eſt deſpectus,diues & factus eſt pauper,& demũ,qui ſuã pro nobis vi
tam poſuit,qua charitate nõ maior alia.Si aũt cogito modũ aduentus, agnoſco glorio-
ſam humanæ cõditionis exaltationẽ.Venit eñ vt qui hominẽ ad ſui imaginẽ crearet,ho Iohan.10.15
mo natus innoteſceret,vt ita patris voluntatẽ,& diuina impenderet,vterũ virginis haud
eſt dedignatus,vt virginea,humanaq́ ſua natiuitate hominem à morte redimeret. Quo
quidẽ honore nõ dignatus eſt angelũ,ita nimirũ,vt non poſſum cũ propheta non excla-
mare:Quid eſt homo,q̃ memor es eius,aut filius hominis,quia viſitas eum? Dñe,quid eſt Pſal.8
homo,quia innotuiſti ei,aut quid apponis erga eum cor tuũ? O mira dei quærẽtis digna Hebræo.2
tio.O magna hominis dignitas,ſic quæſiti.In qua ſi gloriari voluerit,haud erit inſipiens, Pſal.143
nõ quia videatur aliquid eſſe,qui puluis ſit & cinis,tanq̃ à ſeipſo,verũ quod tanti eum fe- Iob.7
cerit,qui eũ fecit.Ipſæ eñ omnes diuitiæ,omnis gloria mundi,& quicquid in eo concu-
piſcitur,minus eſt ad hãc gloriã,imo nec eſt aliquid in eius cõparatione.O æterne deus,
nõne & iuſtius & rectius,vt nõ ipſe ad nos,ſed creatura ad creatorẽ,ſeruus ad dñm,& ho
mo ad deum te Max.veniſſet? Vtiq́ iuxta viam naturę iuſtius,ſed impediti nõ potuimus 1.Timo.6
quia caligabãt oculi noſtri,quũ ipſe lucem inhabites inacceſſibilẽ,& iacentes in lecto pa- Matth.9.
ralytici diuinã illam tuã celſitudinẽ attingere nõ valebamus.Propterea ipſe clementiſſi-
mus ſaluator & medicus animarũ deſcendiſti ab altitudine tua, claritatemq́ tuã infirmis
oculis temperaſti ad nos opportuno tẽpore venire dignatus,vtpote in fine temporũ,quũ Eſa.2
iam adueſperaſceret,& inclinata erat dies,receſſiſſetq́ paulo minus,ſol iuſtitiæ veniſti,ni 1.Iohan.2
mirũ congrue & ſapiẽter,vt quũ magis eſſet neceſſariũ,tum primo ferres auxiliũ,pronos 1.Cor.10
ad ingratitudinem filios Adæ non ignorans. Malach.4

K ¶Nos vero,chariſſimi fratres,huius aduẽtus tãtæ maieſtatis,tãtæ humanitatis,tãtæ cha Pſal.15
ritatis,tantæ etiam glorificationis noſtræ memores,quid faciemus, quo celebremus,ne
ingrati deo pro eius ineffabili erga nos dilectione ſimus? Non neq́ aurũ,neq́ argentũ de
bemus,quia deus noſtrorũ bonorũ non eget. Vtiq́ & ipſi cum Dauide per ſpiritum olim Ibidem
ſanctũ vidente,tanquã præſentẽ eſſe aduentum ex animo,adeoq́ cum tota Iudaica olim Pſal.117
ſynagoga dicamus,canamus,exclamemus:Benedictus,i.inclytus,laudatus,& ad oĩa glo

 rioſus

Iohan.6 riosus sit, dñs noster Iesus Christus, qui venit in nomine domini, scilicet patris sui. Quo-
modo in nomine dñi venit? Quia in nomine, id est iussu, decreto, consilioq; patris, venit,
Eccl.15 vt patris impleret volũtatẽ, quæ erat, vt sua nos natiuitate & morte ex hoc miserrimo re-
dimeret exilio. Benedictus igitur hodie & æternaliter, dñs noster Iesus Christus, qui tan
ta in nos charitate venit in nomine dñi. Quia aũt non est speciosa laus in ore peccatoris,
superest, vt deo pstemus nos. Id quod vnice nec aliud cupit, qui propter nos dumtaxat
venit. Quomodo vero idipsum pstabimus? Quãdo memores tanti aduẽtus cogitemus,
& aliũ mysticum esse dñi aduentũ, quo sua ad nos gratia venit, de quo ipse aliàs: Et nos (in
Iohan.14 quit) veniemus, & apud eum mansionẽ faciemus. Atqui in maliuolã animã deus non in-
Sap.1. trat, nec nisi in mundo corde habitare dignatur.
¶Superest proinde, vt hodie ex Apostoli admonitiõe, abijciamus opera tenebrarum, & L
Roma.13 induamur arma lucis, sic vt in die, qua dñs, tũ in morte nostra, tũ in nouissimo iudicio vẽ
turus est, honeste ambulemus, nõ in comessationibus, ebrietatibus, cubilibus, impudicitijs
cõtentione, & æmulatiõe, sed induamur Iesum Christũ, ad nos sua grã veniente, dicẽtes:
Benedictus, qui venit in noĩe dñi. Quantæ em̃, obsecro, insaniæ esset ac detestandæ ingra
titudinis, vt post tanti regis aduentũ, alijs quibuslibet negotijs, quispiã velit seu audeat oc
cupari, & nõ magis, obmissis oĩbus, soli eius cultui vacans, nõ minus ore q̃ animo hoc ver
bum prophetæ bonũ eructare: Benedictus qui venit in nomine domini?

¶HOMILIA II. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Matth.24. Marci.13. Luc.21. His autem fieri incipientibus,
respicite & leuate capita vestra, quoniam appro-
pinquabit redemptio vestra.

DOMINICA SECVNDA ADVENTVS.



Atholica ecclesia Christum caput suum, in quo omnes sunt, & sa A
pientiæ & scientiæ thesauri, sequens, nunquã non nobiscũ agit, q̃d
pia mater cũ filijs, sibi ex animo charis. Illa quidẽ, naturali ad hoc
adfectu cõpellente, filios suos ad bene, beateq; viuendum ducere
satagens, vt & ipsa ab eis diligi possit, & sic dilectione eos potius q̃
rigore sub honestate tenere laborans, eis plerunq; semper sua in
illos beneficia & merita, præmiaq; proponit, arbitrans eos istorum
commemoratione permotũ iri, & ad optimã vitã iri ductũ. Por
ro, sentiẽs se nihil eo inibi pacto efficere, minatur illis deinde sup
plicia & pœnas, ita tamen, vt si vel supplicijs moueantur, se eos in
gratiam deniq; recepturã. Idq; agit, ne suppliciorum grauitate deterriti, desperẽt. Ita nimi
rum mater ecclesia, quũ ante octiduũ nobis primũ Iesu Christi, dñi nostri aduentum, vel
ideo proposuit, vt immẽsam illius in nos charitatẽ, & ex charitate beneficentiã agnosce-
remus, vtpote, q̃ is suo nos aduentu à peccato redemit, & ad omnẽ virtutẽ capessendã,
& ad vitã deniq; æternã possidendã, in hisce mũdi tenebris illuminauit, credẽs p hæc ipsa
nos illi nostro pientissimo redemptori gratos fore, & ad eius, dũ viuimus, voluntatẽ oĩa
acturos. Verum enimuero videns illa ipsa mater perq̃ paucissimos eo se aduẽtu dignos red
dere, sed eo perinde neglecto, istos tenebras magis q̃ lucẽ diligere, & securos se huius mũ
di delicijs atq; carnis voluptatibus tradere, quasi parũ vel nihil referat, bene vel male viue
re, mox ideoq; hodierna die aliũ nobis dñi aduentũ proponit: nimirum eo nos terrere cu-
piens, vt vel ita metu boni euadamus, q̃ benignitate nolumus, ita tñ, vt si vel formidine
pœnæ reuersi fuerimus, gratiam simus proculdubio reacquisituri.
¶Sane in eo secundo dñi nostri aduentu, qui futurus est, nullum prorsus bonum mane B
Roma.2 bit irremuneratũ, neq; malum aliquod impunitum: quãdoquidẽ tum sit (Apostolo teste)
2.Timo.4 dies iræ & reuelatiõis iusti iudicij dei, Iesu Christi, filij hoĩs, qui (eo ipso hodie testãte) ven
Matth.16 turus est in nube cũ potestate magna & maiestate, & iudicaturus viuos & mortuos, & red
Actorum.17 det vnicuiq; secundũ opera eius, his quidẽ, qui secundũ patientiã boni operis gloriã & ho
norẽ, & incorruptionẽ quærentibus vitam æternã, his vero, qui sunt ex cõtentione, & q̃
nõ acquiescũt veritati, credũt aũt iniquitati, ira, indignatio, tribulatio & angustia, in om-
nem animã hominis malũ operãtis, tum em̃ (ait veritas) erit hora, in qua omnes, q̃ in mo-
Iohan.5 numẽtis sunt, audient vocẽ filij dei, & procedẽt, qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ,
qui vero mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij. Tunc enim (inquit propheta) veniet dñs
Esa.5. in sanctis millibus suis facere iudiciũ cõtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus
Zach.14 operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ loquuti sunt
Iudæ.1. cõtra

contra deū peccatores impij. Ad q̃s iudex iustissimus, lata sentētia, dicturus est: Discedite Matth.25
à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius, & ibunt hi in suppli Iohan.5
cium æternū. Et desperati pre nimio horrore pœnæ infinitæ, quā palā coramq; videbūt,
horribiliter proclamātes, mutuoq; inter se eiulatu de salutis præ angustia spū gementes.
Hi sunt, q̃s habuimus aliquādo in derisum & similitudinē improperij, nos insensati vitā il Sap.5
lorū æstimabamus insaniam, & finē illorū̃ sine honore. Ecce quomodo sunt computati in
ter filios dei, & inter sanctos sors illorū̃ est. Proh quid nobis in via iniquitatū lassis profuit Apoc.6.9
superbia, aut diuitiarū̃ iactātia quid attulit nobis? Transierunt omnia illa tanq̃ vmbra, & Esa.2
tanq̃ nuncius præcurrens, &c. Et dicēt montibus & petris: Cadite super nos, & abscōdi- Luc.23
te nos à facie sedentis super thronū, & ab ira agni, q̄m venit dies magnus. Et quis poterit Iohelis.2
stare? Sane erit dies illa eius aduentus dñi, dies iusti iudicij, in quo nullū misericordia locū
super æternaliter dānatos est habitura, q̄m dies sit iræ, dies tribulationis & angustiæ, dies
calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valde. Tam (inquit dñs) terribilis erit illa dies Matth.24
q̄ nō fuit ab initio mūdi, nec vnquā futura. Cuius quidē horribilitatē facile arguūt horrē- Marc.13
da & tremēda signa & prodigia, quæ sunt illam p̄cessura, præ quorū̃ timore, ait hodie dñs, Lucæ.21.
& expectatione, quæ superuenient vniuerso mūdo, homines arescent, qui & præ timore Apo.6
illorū̃ & futuri mali (Apocalypsi teste) mortem quærent, & nō inuenient eā, & deside ra- Matth.24
bunt mori, & fugiet mors ab eis. Et nisi (inquit veritas) dies illi abbreuiarentur, non fieret Matth.19
salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi.

C ¶In quorū̃ numero haud dubie p̄cipua erit, diua virgo Maria, cuius hodie conceptionis
diē agimus, cōcessura cū apostolis sup duodecim sedes, iudicatura & approbatura Chri- Matth.19
sti sententiā sup duodecim tribus Israel. Quid ni? Si em̄ regina austri surget in iudicio cō Luc.11.
tra generationē incredulā Iudæorū̃ ac cōdemnabit eā, quid ni factura sit regina cœli, &
domina mūdi, ac mater iudicis, cū itidē promiserit apostolis iudex? Et Apostolus quoq;
doceat angelos à sanctis iudicatū iri, qui & (sapiēa teste) nationes sunt iudicaturi. Cur nō 1.Cor.6
idem diua virgo Maria, deipara, q̄ tanto illis omnimodo est excellentior, illosq; tā supe- Sap.3
rat, q̄ distat solis splendor à radio lunæ, & q̄ excedunt minora sydera sol & luna: quādo-
quidē quæ illa sit mulier (vt est in Apocalypsi) amicta sole, & luna sub pedibus eius, in ca Apoc.12
pite suo habeat coronā stellarū̃ duodecim. Nōne illa vocata, carni infirmæ, id est, homini
peccatori à iudice sedēte, veniā est & gratiā impetratura? Vtiq; filius, Solomon ver° ma- 3.Reg.2
tri suæ nihil negabat, quū alius in figura Solomon matri suæ dixit: Pete mater mea, neq;
em̄ phas est, vt auertā faciē meā. Certe honorabit in re tā pia filius matrē, qui parētes tan Actc.14
topere honorādos voluit, idemq; p̄cepit. Propter illam igitur electissimā matrem suā de
us Opt. tempus illud tribulationis & angustiæ abbreuiabit.

D ¶Cæterū̃, quæris, q̄n futurū̃ sit hoc tēporis ipsum? Incertū, respondeo, fore, nec esse ho
minis, nosse tēpora vel momēta, q̄ in sua posuit potestate pater, imo q̄d nec homini cōsta
re queat, dicēte ipso dño: De die aūt illa vel hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; fi- Marc.13
lius, nisi pater: quādoquidē ait Apostolus: Dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Cū em̄ di- 1.Thess.5
xerint, pax & securitas, tūc repētinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero haben
tis, & nō effugient. Et hoc est, q̄d dñs ait: Videte igit, & vigilate & orate. Nescitis em̄ q̄n Matth.24
tēpus sit. Vigilate ergo inquā. Nescitis em̄, quādo dominus domus veniat, sero, an me- Marc.13
dia nocte, an gallicantu, an mane, ne cū venerit repente, inueniat vos dormientes. Luc.21.

E ¶Verū rursus interrogas: Erūt ne signa, quibus apparebit propinquā esse eā diem iu-
dicij? Erunt, inquā, aliquot certissima eius diei signa, & quidē tam propinqua, vt ipsa eue
stigio dies sit subsequutura, de quibus hodie euangeliū, quæ breuitatis causa nūc p̄termit-
temus. Erunt & aliquot signa & ipsa eā diem antecedētia, sed paulo remotiora, at quidē
certissima, ita vt quasi omni momēto perinde in foribus sit ipsa dies. Quorū̃ quasi p̄cipua
recenset dominus quatuor in euangelio.

F ¶Primū ē, q̄ appropinquāte nouissimo die, multi suborient pseudoprophetæ & mgri mē
daces, atq; multos ad viā iniqtatis seducēt. Sint ne isti hac tēpestate, nō ē vt multis arguā.

G ¶Secundū est, q̄ sint & audient plia & opiniones præliorū̃. Age quādo frequētiora &
terribiliora q̄ nunc in Christiano orbe, & contra eundē prælia & bella fuere?

H ¶Tertium est, q̄ futura sit fames vnā cum pestilentia. Et hoc quoq; ipsum late patet,
adeo vt opus probatione haud censuerim.

I ¶Quartū est, q̄ tū frigescet charitas multorū̃, sicq; abundatura sit iniquitas, vt eā pene Matth.24
homines non putabūt esse iniquitatē, cui indulgebunt isti, donec præ foribus sit dies dñi. Luc.17
Sicut em̄ (inqt veritas) in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hoīs. Sicut em̄ erāt in diebus 2.Petr.3
ante diluuiū, comedētes & bibentes, nubentes & nuptui tradētes, vsq; ad eum diem, quo
intrauit Noe in arcā, & nō cognouerūt, donec venit diluuiū, & tulit oēs, ita erit & aduētus
filij hominis. Nōne, obsecro, hoc nūc factitant hoīes, quod illi quondā? Nec interim ad- Gen.7.

Esa.53 monitionibus horrendi iudicij acquiescunt,& quidem adeo,vt pijssimi quiq; diuini verbi
Roma.10 præcones recte cum propheta dicere possint:Dñe,quis credidit auditui nostro? K

¶Iam vero,agite fratres charissimi,videamus an ne iniquitas hac misera,calamitosaq;
tempestate abundet,inchoantes à supremo vsq; ad infimum.Et sane inuenietis,nullã sub
Psal.13 sole cõditionẽ eẽ rectã,& ita qdẽ,vt vix sit,q faciat bonũ,possitq; mõ vere propheta dice
re,imo dñs de cœlo prospiciẽs:Oẽs declinauerũt simul,inutiles facti sunt,nõ est, q faciat
hi deniq̃ altiloqui & spũ vtẽtes,incõuincibilibus pene argumẽtis negãt iã demũ hoc verbo
Chri,Hoc est corpus meũ,ex pane fieri corpus Chri,nec idipsum habere verbum.

¶Cui primum respondeo,Hanc rem,quam credimus, esse multo grauiorẽ, quàm vt H
ipsa coniecturis fulciatur,& rhetoricis coloribus impugnet, nempe vbi dispendio gloriæ
Christi, & animarum fallitur.

Psal.118 ¶Deinceps respondeo,non ilico credendũ ob id aliquid esse verum,vel maxime ver I
bo Christi iam aperto reluctante (quod in æternum est mansurum) quoniam ab his effluat,
qui vel sancti,vel sapientes,vel altiloqui,vel spũales videnẽ, non q̃d despiciam,qui
eiusmodi sunt,sed q̃a in dubio sit,an eiusmodi sint. Nonne & Iesus saluator noster futurorum,
vt deus omnium præscius præmonuit fore, vt venirent in nõie suo multi,qui se
Matth.24 esse Christos dicerẽt,& multos seducerent. Veꝝ si quis nobis diceret,Ecce hic est Chri
Marc.13 stus,ecce illic,non credatis. Exurgẽt eñ(inquit)pseudochristi,& pseudoprophetæ, &
Luc.21 dabũt signa & portẽta ad seducendos,si fieri potest,etiã electos. Et Paulus q̃q̃ tales alio
1.Timot.4 in loco futuros adserit. Id si nunc nõ verum redditur,nescio quãdo aliàs magis verificari
possit,quum tam ad omnia huius temporis cõditio Christi verbis istic quadret. Haud sane
dubitamus,vel in hac re potissimũ nobis tam salutari,sæpe Satanã,q̃ mille artifex di-
2.Cor.11 citur(vt ait Apostolus)in angelum lucis transfigurari,& quidem ea transfiguratiõe longe
aliud à fronte fingere,quàm in recessu prodere. A fronte sua diabolica prætextu se verissima
& sanctissima dicere & agere,in recessu vero non nisi pessima quæq̃ tradere. Id
quod aliàs sæpe,nuper tamẽ in misera illa populari seditione nõ sine magno superioris
Germaniæ incommodo experti sumus,qua malignus ille spũs p seditiosos istos pcones
initio se fingebat euãgelicæ veritati ac charitati, simulq̃ Christianæ libertati adfuturꝫ,
ac pauperes idioeas oneribus leuatuꝝ,q̃ tamen ex odio primũ motus,ex humanis adfectibus,
priuatoq̃ ductus cõmodo,interim nihil nisi periuria,rapinas,homicidia, licẽtiã,
inobediẽtiã,libidinẽ,crapulã,& plane omne illud meditabat, q̃d adeo erat ab Euãgelio
alienũ,vt eo nũc euangelica veritas plus q̃ vnquam alias apud illos periclitet. Qui & idẽ
cacodæmon nũc in Eucharistia,re euãgelij multo maxima nequiter p aliquos molitur,
q̃s fuco suo diabolico sanctos q̃dẽ fingit,alioqui oĩbus carnalib⁹ desiderijs deditos æque
vt erãt,q̃ tpe Apostoloꝝ pseudoapostoli & subdoli operarij se in apl̃os Christi transfigura-

figurabant,ſigna etiã more apoſtolorũ diabolico aĩo,deo interim in probationẽ permit
tente,falſo operãtes,ceu Paulus ex aĩo cõqueritur.Quales etiamnũ fuere,qui & miracu- 1.Cor.11.
lis apparentibus tanquam prophetæ ſancti,aduerſus Moſen virum ſanctũ coram Pha- Acto.8.
raone decertabãt,ſed merito iuxta factũ exitũ.Hinc non oẽs ſancti qui videntur,quales ta- Exod.7
men,neſcio q̃d iudices, quum in pleriſq; vita quam agũt,ſanctitati repugnet prorſus,&
K fructus adeo belle ſuã arborem ſignificet. ¶Sic nec ſapientes quidem oẽs apud deũ,q̃ Matth. 7
nobiſcũ ſunt ſapientes,verũ(vt Paulus ait)ſtulti,q̃rũ cor inſipiẽs ſuis cogitationibus ob-
ſcuratur,nimirũ dñs nouit eorũ cogitationes vanas,ideo ipſe eos in aſtutia eorũ cõprehen- Roma.1
dit,q̃ perdet per ſuã verã ſapiẽtiã ſapiẽtũ huius mũdi ſapiẽtiã,& prudentiã eorũ reprobabit. 1.Cor.3
L ¶Sic nec ilico credendũ ei,qui vel alte,vel eleganter,vel docte loquitur. Nã res nõ ideo Pſal.92.
vera eſt,q̃m ab hmõi hoĩe docto quopiã proficiſcitur, ſed q̃a homo candidus idẽq; verax Eſa.29
protulerit.Sane Paulus ſcribit ſe non venisse ad docendũ in ſublimitate ſermonis aut ſa- 1.Cor.1
pientiæ,nec in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis,qui nec ea q̃ à deo habebat,lo-
quutus eſt in doctis humanæ ſapiẽtiæ verbis,ſed in doctrina ſpũs qui humiliũ eſt & par-
uulorũ,quibus vel ſolis (vt ſcriptũ eſt) ſapientia datur & intellectus. Quare,dic Paule,vt Pſal.18
fides,inquit, veſtra non ſit in ſapientia hoĩm, ſed in virtute dei,q̃ verbo dei continetur per Iaco.4
oĩpotentiã ipſius.Hinc(vt idẽ ait)placuit deo per ſtultitiam p̃dicationis ſaluos facere cre- 1.Pet.4
dentes,idq; adeo vſq; vt ſane non multos ſapientes & potentes,& nobiles ſecundũ car-
nem,ſed q̃ ſtulta ſunt mũdi elegit deus,vt non glorietur oĩs caro in conſpectu eius. Nõne 1.Cor.1.
Petrus & Iohannes illiterati piſcatores:q̃s ideo Iudæi admirabantur,q̃a hoĩes eſſent ſine Acto.4
literis & idiotæ,at habuerunt,quo verã & piã ſcientiã plene ſunt edocti. Vides ergo ni-
hil facere ad negationẽ,corpus Chriſti non eſſe ſub ſpecie panis conſecrati, q̃m pleriq;
M perinde atq; ſancti & excellenter ſapientes & docti iam deniq; negant. ¶Quos etiam
ne ſpm̃ quidẽ ſanctũ quo verbotenus ſuperbiunt,illos habere facile p̃ſuadebis,quẽ vnita- Ephe.4
tis,nõ diſſidij ſpm̃ Apl̃us nominat,q̃ in vinculo pacis continetur. Quàm vero hoſtes iſti im-
pietatis & falſitatis ſint ſuſpecti,argumento eſt,q̃ non modo inter ſe,ſed à ſibiipſis diſſi-
deant,id q̃d ex multis eſſet liquido videre.Veruntamen tẽpi parcentes vnũ aut alterũ ar- Pſal.118.
gumentũ refutationis eorũ adducemus,q̃bus reliqua deinde oĩs q̃ ſint vana & friuola,ne Matth.24
dicã impia,vel puer intelliget,& intelliget plane veriſſimũ eſſe,q̃d propheta dicit: Ver- Marc.13.
bum dñi in æternũ manere.Et q̃d Chrũs ait:Cœlũ & terrã trãſitura, non etiã verba ſua Luc.21
Id quod non dubitamus & dixiſſe de hoc verbo:Hoc eſt corpus meũ, quia etiã eius eſt.
N ¶Id quod temere nonnulli fateri conati ſunt mendacium,& non eſſe panẽ virtute ver-
bi corpus Chriſti,q̃m Chrũs hoc verbo,hoc eſt corpus meũ,ſuum corpus,quo p̃ſens in
cœna erat,intellexerit,& q̃ vellet panẽ quẽ porrigebat diſcipulis,ſuũ eſſe corpus: verũ
quia vel grãmatices primordia & ex p̃cedẽtibus & ſequentibus verbis relationẽ ad pa-
nem,non ad viſibile tum Chriſti corpus dirigũt. Ideoq; cauillatoria iſtorũ opinatio p- Matth.7.
inde atq; domus in arena conſtructa funditus corruit, vel apud ipſos.
O ¶Quibus iam nuper collapſis venerunt alij non minus temerarij, dicentes, Chriſtũ,
hoc verbo non ſuum propriũ corpus,ſed figurã corporis nobis reliquiſſe, ſui memoriã,
P vti ſignum dũtaxat quoddã,atq; hoc ipm̃ verbo. ¶Eſt,probari, quod aliquando pro
denotat,ſignificat,repreſentat,figuratq; accipi cõſueuit.Ah q̃ bella dialectice, & q̃ argu-
tum cauillũ.Eſt,aliq̃n pro ſignificat capitur,ergo ſemper.Modo etiam ſequeretur,ſi dixeris
deũ eſſe oĩpotentẽ,deum non vere dicas oĩpotentẽ,q̃m ſignificet dũtaxat omnipotentẽ
Sic quoq; quũ diceres coruũ eẽ nigrũ,ſequi & cygnũ eſſe nigrũ,vel coruũ non eẽ nigrũ,
ſed repreſentare nigrũ. Item,ſequeretur, q̃ vbi Petrus dicit Chriſtũ eſſe filiũ dei, adeoq; Matth 16
Meſſiam in lege promiſſum,Chriſtũ non fuiſſe(vt Iudæi nũc ab ijs animati,vt antea,im-
pie gloriantur)verũ Meſſiam & dei filiũ,ſed repreſentaſſe ſolummodo,q̃d abſit,ne cogite-
mus quidẽ.Quo ſane pacto iuxta iſtorũ interpretationem tota ſcriptura,imo tota fides
Chriſtiana cũ omnibus ſuis articulis corrueret,id quod nunquam fiet.Quare & horum
opinionẽ dices merito falſiſſimã.Sumitur aũt,eſt, pro ſignificat, quando à natiuo ſuo ſi-
gnificato in tranſlatitium transfertur,quod vel in parabolis,ſomnijſq; exponendis, vel Gene.41
vbi quid obſcurius exponitur,fieri ſolet,quorũ neutrũ hic fit,veluti alias ſcribitur:Septẽ bo- Matth.23
ues pulchri,ſunt ſeptem anni vbertatis,ager eſt mũdus,Chrũs eſt vitis,vbi certo ſermo- Iohan.15.
nis proprietas expoſcit tropũ in tranſlatione,q̃ in hoc verbo,hoc eſt corpus meum,nõ
reperitur,quũ eſt,inibi ponitur in proprio ſignificatu,q̃d vel vnica clauſula cõſequens, quod
Q pro vobis tradetur,ſole clarius demonſtrat. ¶Alij vero & ipſi videntes,q̃ iſtis male ſua
ceſſerit interpretatio non minus falſi,falſiſſimum addunt ſine vllo ſcripturæ teſtimonio,
corpus pro figura corp̃is accipi adfirmãtes,Id q̃d nunquã, vel apud æthnicos rectæ lin-
guæ authores eſt lectũ.Sileant igitur impij cum tanta abſurditate, vel apud fatuos.
R ¶Quibus & ipſis pudore confuſis, accedunt & alij non minus q̃ præcedentes ignaui,

Matth.14 addentes, videri ſuperſtitionẽ eſſe & multis videri, vbi credimus panẽ eſſe Chriſti cor-
Marc.6 pus. A quibus quæro, propterea Chrũs nõ erat Chriſtus, qa ſupra mare ambulãs turbæ
Iohan.8 & diſcipulis phantaſma viſus ſit? Aut q̃d ob impietatẽ viſus ſit Iudæis dæmoniũ habere.
Nonne dudũ Chrũs crucifixus, Iudæis quidem ſcandalũ, & (vt dicit Paulus) gẽtibus fuit
ſtultitia? Et propterea nos ſumus ſuperſtitioſi ꝙ credimus dei filiũ carnem eẽ factum &
crucifixum & reſurrexiſſe? Nequaquam eſt nobis pie credentibus, ſacramentũ altaris ſu
perſtitio q̃t aliquot eſt impijs, q̃m cor eoꝝ ſit obcæcatum. ¶Adoriuntur modo alij, ad S
Iohan.6 quos demũ deuicti ex dictis perinde transfugæ, ceu ad anchorã confluunt, dicẽtes: Non
Matth.26 eẽ panis ſpecie carnẽ Chriſti, quandoquidẽ ea ſit inutilis & ridicula, q̃m Chrũs ipſe di-
xerit: Carnẽ non prodeſſe quicquã, ſpiritũ vero eſſe, qui viuificet. Si igiẗ caro nihil pro-
ſit, certe non erit caro in ſacramẽto. Quibus puto vt Iudæis olim Chriſtus, inter cætera
reſpondendũ, erratis, neſcitis ſcripturas neq; virtutẽ dei. Credendũ quippe eſt, carnem
Iohan.6 Chriſti virtute verbi ex pane fieri, quæ nimiꝝ profuit, qa à peccatis nos redemit, q̃m in
ara crucis pro mũdi vita ſit data, quam proinde in fide edens, vitã habet ęternã, Chriſto
teſte, qui ipſa eſt veritas. Quod vero inibi diciẗ, carnẽ non prodeſſe quicquam, intellige
ſine fide manducãti, imo magis obeſt, vt Iudæ, quales erãt Iudæi, qui & ipſi increduli, &
virtutẽ dei non attendẽtes, arbitrabanẗ carne veſcendũ qualis in cadauere dilaniaretur,
aut in macello venderetẗ, non q̃uo ſpũ vegetaẗ. Sic dicimus, ſcientiã inflare, vtpote ſine
I.Cor.12 charitate, ædificare vero cũ charitate. Ita & hoc loco. Caro ſine ſpũ, q̃ eſt fides, nihil, cũ
ſpiritu aũt plurimũ per fidẽ prodeſt. Sic etẽm & Chriſtus eo in loco, non modo qui caro
ſua vere ſit mãducãda, docet, ſed & aditores carnales, qa oĩa ſecundũ carnẽ, id eſt, ſen-
ſualitatem intelligebãt, carnis, id eſt, carnalis ruditatis, quæ p carnẽ in ſcripturis intelli-
Matth.26 gitur, perinde vt incredulos arguit, in quo ſignificatu aliàs capiẗ: Spũs quidẽ promptus
Marci.14 eſt, caro aũt infirma. Sic aliàs: Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Sic ſane carnẽ accipimꝰ
Matth.16 pro rudi illa ſenſualitate, & carnales, q carnales ſunt & ſenſuales, & ſine ratiõe rudes.
¶Quo modo ait Aplus: Qui ſecundũ carnẽ ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui vero ſe- T
I.Cor.2.3 cundũ ſpiritũ ſunt, quæ ſunt ſpũs ſentiunt. Sic aliàs idem ad Corinthios adhuc rudes: Et
ego fratres (inqt) non potui vobis loqui quaſi ſpũalibus, ſed quaſi carnalibus. Nondũ eñ
poteratis, ſed ne nũc quidẽ poteſtis, adhuc eñ carnales eſtis. Animalis enim homo non
Roma.8 percipit q̃ ſunt ſpũs dei. Huiuſmodi fortaſſis hõ carnalis fuit Nicodemus apud Chriſtũ,
Iohan.3 de homine renaſcendo differens, cui nimiꝝ caro primũ, id eſt, intellectus carnalis & ru
dis nihil profuit, donec ſpũs virtute & Chriſti expoſitiõe intellexit. Tales q̃q; ſunt, & q-
dem magis carnales, q vtcũq; dei verbũ ſole clarius ante oculos vidẽt, legũtq; hodie, ta
men credere & intelligere nolũt ſub panis ſpecie virtute verbi corpus Chr̃i cõtineri.
¶Cuiuſmodi ſunt. q vel ideo panẽ eſſe Chriſti carnẽ negãt, q̃m nũc paſſim in aliquot V
finitimis Germaniæ ſuperioris ciuitatibus impunes turpiſſime altaris ſacramẽtũ tractãt
Si eñ inquiũt tã eſſet ſanctũ, tãq; venerabile Euchariſtiæ ſacramẽtũ, vtpote veꝝ Chri-
ſti corpus, nequaquã ſineret deus impunitos, q in id tã turpia ridicula agũt, vel maxime
q̃n olim Oza morte à dño repẽtina pcuſſus fuerit, q̃m auſu temerario manus in arcã in-
2.Regũ.6. ieciſſet, quã ex officio illi cõtingere haud licuit. Quid ais? forte es inſipiens, de q̃ Dauid, q
in corde ſuo dixit, nõ eſſe deũ, qa impij lætarẽtur? Et quare obſecro, Chrũs, q deus erat
Pſal.13 & homo, nõ eueſtigio pœna affecit Iudæos, q ipſum & alapis, & flagellis, verberibusq;
cædebãt, & in cruce quidẽ in duriſſima paſſione verbis & factis ſubſannarũt? An qa tum
Eſa.53 nõ erat deus, qa patiẽs vt ouis obmutuit? Quare Pharaonẽ & huius magos nõ cõfeſtim
Exod.7 mulctauit, q (vt tyrãni olim ĩ martyres) in ſuos, Moſe vtcũq; diuia miracula faciẽte, plu
rimũ ſæuiebat? An qa Moſes nõ erat ſanctus, aut deus nõ erat deus? Abſit hoc ſentiamꝰ. X
¶Sed ſcias deũ pro ſapientia & iuſtitia & miſericordia ſua ineloquibili, malis ſuã pœ-
nam ad ſuũ tẽpus vel tẽporale vel æternale plerũq; reſeruare, & ad vindicãdũ eſſe tardũ,
ſed ſupplicij tarditatẽ grauitate cõpenſare. Id q̃d in diluuio vniuerſali, id q̃d in ſubmerſo
Gene.6 Pharaone, & in deſtructione Hieruſalẽ ſatis aperto & in alijs quoq; cõſtat. Non eſt igiẗ
Lucæ.9 vt peccator ſibi p impunitatẽ blandiaẗ, diuitias bonitatis (vt ait Apoſtolus) bonitatis eiꝰ
Exodi.10. & patiẽtiæ & longanimitatis contẽnẽs. Imo ſciat p huiuſmodi benignitatẽ dei, ſe vel ad
Roma.2 pœnitẽtiã adduci, vel ſibi hic aut alibi maiorẽ pœnã futurã, q aliàs ſecundũ duritiã ſuam,
& impœnitẽs cor theſaurizat ſibi irã in die iræ, & reuelatiõe iuſti iudicij dei, q reddit vni-
cuiq; ſecundũ opa eius, vt ſacra vndiq; ſcriptura teſtaẗ. Cuius certe iudiciũ (q̃d in veri-
Matth.16 tate eſt) eos adfirmat Paulus mãducaturos & bibituros, q indigne bibũt, rei corporis atq;
Roma.2. ſanguinis dñi, in primis, qui corpus dñi nõ dijudicãt, q ipm nihil dicũt à pane materiali
I.Cor.11. differre. ¶Magis itaq; Paulo doctiſſimo gentiũ doctori credas, q̃ illis tã impie aduer- Y
ſus Chr̃i verbũ colluctantibus, nec dubites de pœna in eos, q vl' male tractãt Euchariſtiã
vel male de ea ſentiũt, quaſi impune id faciant. Videbũt ſane ipſi in tẽpore, q̃uis vel ideo
igno-

ignorem, q poſſint durius puniri, qui cũ Pharaone adeo ſunt cõtra fidẽ indurati, vt ob- Exo.10
cæcati plane fiut, in reprobũ ſenſum dati, q iniquitate repleti, neſciũt ob cæcitatẽ videre Roma.1.
quàm peſſime oĩa aduerſus veritatis verbũ agũt, & qdẽ contra hoc q̃q verbũ Chri, Hoc
eſt corpus meũ. Nolint velint iſti tam ſibi de impunitate ſua blandiri, nec nos quaſi bene
agerẽt, male ſeduci, q̃d videmus eos non formidare ſibi ſutura, quæ alibi miſere & mi-
raculoſe contra religionem prælıantes, authoribus præconibus, facta ſunt.

Z ¶Nimiꝝ ſimiles ſunt eoꝝ, qui (vt ait Euangeliũ) in diebus Noe ante diluuium come Matth. 24
dentes & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſq ad eũ diem, quo intrauit Noe in ar Luce.14
cam, & non cognouerũt, donec venit diluuiũ, & tulit omnes. Sic nimiꝝ agũt qui nũc mi 2.Petr.2
nus ſui erroris memores ſua agũt, quaſi deus nec videat nec puniat, donec repentinũ ve Gene.6
niat à deo ſuppliciũ, nec eſt q̃d alio miraculo moueant, quando nec Moſi, nec prophetis Luc.16
nec Chriſto in ſcripturis credũt ad morem fratrum in Euangelio diuitis.

& ¶Vos itaq illoꝝ diſſimiles credite verbo, Hoc eſt corpus meum, q̃d vobis ſit cõtra oĩa
omniũ argumenta, quæ vel quamlibet fortia (qualia iſti iactitãt) vidiſtis eſſe prorſus va-
na, friuola, planeq ſalſa: vnde facile colligetis, q̃ nulla ſint, q̃ adducũt reliqua, quũ, quę ab
diſtis maxima iudicent, vnde pendeãt, alia perinde leuiora. Nos, inquã, firma fide credẽ-
tes, verbo credamus, nos ſub ſpecie panis cõſecrati verbo verã Chriſti carnẽ & ſangui-
nem veꝝ ſumere. Et interrogati ab aliĳs, quare id fiat? Reſpondeamus, qa verbum dicit Nume.22
hoc, quo oĩa ſunt facta, & q̃d ne Balaam propheta (vt ſcribitur) vel in minimo immuta- Pſal.118
re potuit, deo prohibente, q̃d ne iſti immutabũt, ſiq dem in æternũ manſuꝝ, & cœlũ ci- Matth. 24
tius, ac terrã trãſitura q̃ ipſum prætereat. Præterea nec eſt, vt æquo ſolicitiores plura de Marci.13
hoc venerabiliſſimo Euchariſtiæ ſacramento inueſtigemus, de q̃ Apoſtolus tã circũciſe 1.Cor.11.
ſcribit, vtiq quaſi veritus, ne qd de tãto myſterio ſecus diceret q̃ oporteat, nũc aũt non-
nulli nihil nõ vel peſſimũ ſcribũt, obloquũtur, agũtq, in dubiũ vel ideo vertẽtes, à qbus,
quo tpe, quo cultu, quo ritu, qbus verbis conſecrari ſoleat panis ille myſticus, ac ſacroſan
ctum dñici ſanguinis poculũ, qa Apoſtolus de ĳs nihil ſcriptũ reliquerit. Nos certe ne-
quaquã dubitamus, veꝝ hactenus à tpe apoſtoloꝝ in eccleſia hoꝝ oĩm & rectũ fuiſſe cõ
ſecrãdi vſum, & vel ideo ab apoſtolis (qui ipm à Chriſto hauddubie didicerũt) literis nõ
eſſe traditũ, ne diuulgatis multitudine libris, rei tã ſacroſanctæ vſus apud aliq̃t peruerſos
(vt nũc prohdolor ſit) verteretur, viſum vtiq (qm̃ pauci tũc eſſent, qbus erat conſecrãdi
facultas) magis conducere, vt tã ſanctæ rei vſus viua voce, & quaſi ſingulare quoddã my
ſterium de vno ad aliũ ex officio idoneũ quaſi p manus ſine ſcriptis deuolueret, qui tãdẽ
increſcente conſecrantiũ multitudine, ſcriptis cũ ratione commẽdatus eſt, quẽ aliqui (vt
cætera vel quamlibet ſancta) nũc temere improbãt, ſed viderint ipſi. Quæ aũt pio homi
ni de eo auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento ſunt ſcienda, facile, deo docente, ex hoc
Dauidis oraculo, quo vice thematis vſi ſumus, oſtendemus.

A ¶Memoriã fecit mirabiliũ ſuoꝝ miſericors & miſerator dñs, eſcã dedit timẽtibus ſe. Pſal.110.
Sancte nimiꝝ & breuiter propheta regius, idẽq ſancto ſpũ adflatus, totũ, q̃d Chriſtia-
no homini de Euchariſtiæ ſacramẽto credere oportet, concinuit. Cuius qde inſtitutorẽ
innuit, Chriſtũ dñm, quãdo inqt, miſericors & miſerator dñs, dedit ſeipm eſcã. Nnimiꝝ
Chrs Ieſus ne nos tanq̃ orphanos hinc ad mortẽ trãſiturus ſine ſe relinqueret, & ipſe nõ Matth.28
modo p gratiã & oĩpotẽtiã ſuã nobiſcũ (vt aliàs dixi) ſed & corpaliter in ſacramẽto vſq
ad conſummationẽ ſeculi eẽt, ac vt poſt ſuũ diſceſſum haberemus pignus ſui erga nos a-
moris, ſimulq monimentũ, miſertus noſtri inſtituit hũc auguſtũ & ſupuenerãdũ Eucha Matth.26
riſtiæ ritũ, ſeipm eſcam. ſ. vitæ æternæ, ſpũs vtpote & aĩæ, inquiens: Deſiderio deſideraui Marci.14
hoc paſcha mãducare vobiſcũ antequã patiar. Et accepto pane, gratias egit & fregit, be Luc.22
nedicẽs, dedit eis, dicẽs: Accipite & mãducate, hoc eſt corpus meũ, q̃d pro vobis datur. 1.Cor.11
Vides ergo clare (q̃d & Paulus teſtat) ipm ſub panis ſpecie illud ipm corp⁹ ſuũ diſcipulis
dediſſe, q̃d paulopoſt erat crucifigẽdũ. Similiter & calicẽ poſtquã cœnauit, dicẽs: Bibite
ex hoc oẽs, hic calix nouũ teſtamẽtũ in ſanguine meo, q pro vobis effundet. Quibus, in-
quã, dedit? Euãgeliũ ait diſcipulis cœnãtibus. Dauid in ſpũ inqt, dedit timẽtibus ſe, qui ti
ment ipſum. Qui reuerẽtia, timoreq pleni p humilitatẽ ſuoꝝ pctoꝝ conſcĳ, ac apud ſe
memores, q̃ ſanctũ ſit & terribile nomẽ eius (qa ſanctus ſanctoꝝ & omni maieſtate & re-
uerẽtia plenus, in cuius noĩe omne genu flectitur) ad quem ſint acceſſuri, & quẽ ſunt ſum-
pturi, dĳudicãtes q̃ longe diſtet hic cibus, q Chrs eſt, ab aliĳs cibis, cum Cẽturione hu
militer vt indigni acclamãt: Dñe, nõ ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ, ſed tantum dic Danie.9
verbo, & ſanabitur anima mea. Illis nimiꝝ ita timẽtibus, Chrs ſeipſum dedit eſcam in Phil.2
ſalutem & vitã æternã. Cæteri vero (inqt Paulus) nõ cõſiderantes quanto cum tremore Matth.8.
ſumendũ ſit corpus dñi, nec ſeipſos, antequã accedũt, probãtes, iudicĳ pœnas ob propha 1.Cor.11
natũ myſteriũ dabũt, veluti q tũc irreuerẽter ſuſceperãt, ptim male valebãt, partim in-

h 3 firma-

firmabantur, partim moriebant, nimirum eo pacto ob indignã acceptionem corpis Chri-
sti perinde tpaliter à dño castigati, ne in æternũ cũ mundo damnarent. Vnde certissimũ
argumentũ habes sub sacramẽto Eucharistiæ longe aliud q̃ panẽ esse, siqdem verũ Chri
sti corpus, cuius rei alioqui nõ essent æterni iudicij, q tanto timore nõ sumerent. Quare
dedit, respondet propheta, in memoriã, id est, monumentũ suorum mirabiliũ. Sane Chri-
Psal.110. stus Iesus nostri misertus, passiõis suæ tpe redẽptionẽ (vt ait Dauides) populo suo, id ẽ,
in se creditutis ab æterna morte trãssumpsit, & tũc in perpetuũ memoriale ac monumẽ-
tum & recordationẽ salutifici trãsitus, & immolatiõis suæ & redẽptiõis & admirãdorum, q
pro nobis gessit, operum ijs, q eũ in timore venerant, amãt, colũtq; hoc sacramentũ sacro-
sanctũ & augustissimũ instituit, ac fieri in sui memoriã, mortisq; suæ annũtiationem cũ
laude & grãrum actione (vnde etiã hoc sacramentũ dici cœptũ est Eucharistia) præcepit.
Et sane q̃d Chrũs ait, in sui memoriã à nobis fieri Dauid dicit, in memorabiliũ suorum me
moriam, id q̃d plane idẽ sibi vult. Quãdoquidẽ Christi mirabilia apud nos deuotius cõ
Matth.11. memorantes nõ possumus nõ Christi eẽ memores, qm̃ ipsa vel sola Christũ, verum Messiã
Luc.7 arguũt. Id q̃d vel ipse Chrũs se verum esse Christum ostensurus ostẽdit, ad Iohannis Ba-
ptistæ discipulos, q ad Christũ missi erãt, vt rescirẽt, an ipse esset ille Messias, q esset ven-
turus, respõdet, Euntes, renũtiate Iohãni, q̃ audistis & vidistis, qa cæci vidẽt, claudi am-
bulant, leprosi mũdant, surdi audiũt, mortui resurgũt, pauperes euãgelizant, & beatus ẽ,
quicũq; nõ fuerit in me scandalizatus. His sane verbis recẽsione miraculorum, q̃ nemo, nisi
verus Messias facere potuit, & nõ alia nomẽclatura Chrũs se esse Christũ demonstrauit.
Recte igit propheta vaticinatus est, misericordẽ & miseratorẽ dñm se dedisse escã timẽ
tibus se in memoriã suorum mirabilium, q̃ vniuersa vnà cũ illius durissima & volũtaria pro
nobis passione, & in crucis immolatiõe in hoc sacrosctõ sacramẽto cõmemorant. Faxit
idẽ Christus, q vere sub specie panis continet, vt ipso digni efficiamur, iudiciũ effugituri.

HOMILIA XXXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST.

Iohan.13. Quũ dilexisset suos, q erant in mũdo, in finem dilexit eos, &c.

IN FERIIS COENAE DOMINICAE.



Olent, qui sunt alio discessuri, & q peregre proficiscunt, cum eis A
quos ex aĩo diligũt, tum demum & finaliter in charitate nõ ficta
2.Cor.6 conuiuare, inibiq; quæ eximiæ sunt familiaritatis & amicitiæ lo-
qui & agere, deindeq; discedẽtes, eisdem, q̃s vere synceriterq; a-
mãt, munus aliq̃d, q̃d charissimũ habẽt, donare, vt ipm sit mutui
ac veri amoris tam testificatio q̃ frequẽs memoria. Sic seruus ille
Gene.24 Abrahami, sanctus, idẽq; bñdictus discessurus post habitũ cõui-
uium fratrib⁹ & matri Rebeccæ dona obtulisse, deindeq; domũ
perrexisse tradit. Nimirum, suæ in illos charitatis atq; memoriæ te-
stimoniũ & signũ. Ita sane & Chrs dñs, Euãgelista teste, ante diẽ
festũ paschæ (vt Græce habetur) πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα. Ante festiuitatẽ autẽ paschæ,
id est nocte p̃cedẽte lucẽ celebritatis paschalis, sciẽs, quẽ nihil latuit: sciẽs, inquã, ab æter
Gene.24 no, q̃d venit eius hora, s. passionis, s. in die parasceues sequenti: siqdẽ in nocte parasceues
mãducauerit dñs agnũ paschalẽ cũ discipulis suis. Sciẽs, inquã, qa venit hora eius, vt trã
Heb.6. seat ex hoc mũdo ad patrẽ, & scilicet sibi instaret nouũ pascha, id est, nouus trãsitus, vt-
Mat.26 pote de passione ad crucẽ, de vita ad mortẽ, de morte p resurrectionẽ ad vitã deniq; se-
Marci.14 cundã, eãdemq; gloriosam, quũ dilexisset suos, q erãt in mũdo, in finẽ dilexit eos. Quàm
Lucæ.22 vero ille dilexerit suos, scilicet discipulos in mũdo existentes. (Sui em̃ q̃q; erãt defuncti,
Abrahã, Isaac, Iacob, hocq; genus alij sancti, sed rũ, qa mortui, in mũdo non erãt) passim
ex Euãgelio cõstat. Quod aũt eosdẽ in finẽ vsq; dilexerit, inde patet, q ipse eos relictur⁹,
maiorẽ eis demõstrauit amorẽ, nihil eorum derelinquẽs, q̃ eũ q valde ex aĩoq; amat, decet
facere, neq; hoc solũ à principio statim fecit, sed maiora postea adiecit, vt eorum augeat
familiaritatẽ, & multã eis p̃paret cõsolationem, ad ea, q̃ superuentura erãt. ¶Eius aũt B
amoris argumenta fuere. ¶Primo, q̃d discessurus vltimo, vt veri amici faciũt, cum eis C
Exod.12. cœnatus est agnũ, more Iudaico paschalẽ. Ait em̃ Lucas: Et cũ facta eẽt hora, discubuit
Lucæ.22 & duodecim Apli cũ eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ
anteq̃ patiar. Dico em̃ vobis, qa ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleat in regno dei
O amãtissima & plena charitatis verba. Quid em̃ hoc ẽ aliud dicere, q̃ vltima mihi vobis
cũ est cœna Propter q̃d & amabilis ẽ mihi, instat em̃ crux & passio mea multis ad salutẽ
quã fitio, futura. Sane ipse dñs desiderauit primo typicũ pascha cũ discipulis mãducare,
& sic passiõis suæ mũdo mysteria declarare, & qa sciebat cõem salutẽ oim, tradere desi-
derabat

derabat mysteriū,q̄d nō Iudæis & in Hierusalē solum,sed toti mūdo ac vbiq; cōpeteret, ingens & subdēs:Dico em̄ vobis,&c.Quo q̄dē verbo arguit se legalis pascha approbatore,& hoc ad suæ dispēsatiōis figurā docēdo ptinuisse, vetare ideoq; idipm vltra in figura carnaliter exhiberi.Siqdem ait Apl̄s: Hæc omnia in figurā cōtingebant illis. 1.Cor.10

D ¶Secūdo,q̄d ille nō mō cū suis vltimo cœnarit,sed & eoꝝ pedes lauarit,suā inibi nou mō magnā charitatē,sed & excellētē humilitatē ostēdēs, re ipsa probās,q̄d verbo docuerat,vtpote filiū hoīs nō venisse,vt illi administraret,sed vt ipse ministraret. Surgit(ait Iohānes)à cœna & ponit vestimēta sua,& cū arrepisset linteū,pcinxit se. Deinde misit aquā in peluim,& cœpit lauare pedes discipuloꝝ,& extergere linteo,q̄ erat pcinctus. O mira & inaudita hūilitas,q̄d q rex ē regū,dn̄s dn̄antiū,ideq; æterni dei fili⁹ in hoc ineffabilis hūilitatis signo hoīs fit minister ac seruus humillim⁹.Quàm ergo pie & vere tātā filij dei celsitudinē,simulq; humilitatē cōsiderauit Petr⁹,dicēs: Dn̄e,tu mihi lauas pedes? Et iterū:Nō lauabis mihi pedes in æternū.Siqdē ex cōsideratiōe diuinitatis & maiestatis Chr̄i territus & stupefact⁹.Q.d.Petrus.Nō decet,nō cōuenit,quū tu sis dn̄s,ego seruus: tu de⁹,ego hōstu creator,ego creatura,q̄d tu mihi misero,pauperrimo,humillimo piscatori lauas pedes sordidos,& infimū in corpe mēbrū tuis manib⁹ tāgas,qbus cæcis oculos aperuisti,leprosos mundasti,mortuosq; suscitasti.Nec sane deceret,mi dn̄e & mgr̄,q̄d tu lauādo pedes meos,an me misceꝝ hoīem & pctōrē corruens, q de⁹ es deoꝝ,rex angeloꝝ,filius altissimi,speculū sine macula maiestas dei.Tu(inquā)quē adorant angeli,& tremūt cœli cœloꝝ adeoq; ipsæ ptātes,an quē cōcidit oīs cœlestis hierarchia, an quē curuant,q portāt orbē. Tu(inquā)dn̄e an me flecteris,ante quē flectet oīe gen⁹ cœlestiū, & infernoꝝ? ¶Ah Petre, Petre,q̄d agis? Pie hauddubie sed indiscrete loqueris,ignorās discipulū nō debere indiscrete loqui de facto sui superioris,cuius nōdū nouit rām & rationē.Nō em̄ errat mgr̄ ille tuus,in q̄ oēs sunt thesauri sapiētiæ & sciæ,q oia benefecit qui vita,via est & veritas,sed sua humilitate nos docet verā ipsam humilitatē,quæ est,vt nos q alijs volumus eē dignitate & officio maiores,nos agnoscamus,nō simus supbi,sed ceteris humiliores.Iuxta scripturā dicētē:Quāto gradu es altior,tāto sis humilior.Hinc ipse ait:Exēplū dedi vobis,vt queādmodū ego feci,ita & vos faciatis,&c.s. vt qcūq; voluerit inter vos maior fieri,sit vr̄ minister.Et q voluerit inter vos primus eē, erit vr̄ seruus,Sic filius hoīs venit nō ministrari sed ministrare. Atq; vtinā illū sequerent oēs,q officio ceteris pesse cōtēdūt.Sed heu video tn̄ adhuc post tātā Chr̄i humilitatē,perq̄ plurimos vicarios & successores Chr̄i,cū Lucifero supbire,q Chr̄o celsitudine potius q̄ vitæ humilitate ac virtute eē pares malūt. Hæc itaq; mirabilis & humilis pedū lotio secūdū fuit argumētū,q̄ Chr̄s suā in suos charitatē testatus est. ¶Tertio & postremo, q̄d post factā cœnā & pedū lotionē,hoc q̄d charissimū habuit, suis paulopost hinc ad patrē iturus .s.corpus suū sanctiss.pro cibo & viatico tradidit māducādū. Accepto em̄(aiunt vnanimiter Euāgelistæ)pane,grās egit & fregit,& dedit eis dicēs: Accipite & māducate,hoc ē corpus meū,q̄d pro vobis tradet,hoc facite in meā cōmemorationē,&c. Sane arguens hoc ipm suū corpus,quod se antea datuꝝ promiserat,in signū sui erga suos amoris,& in suæ passionis memoriā tradere,Apl̄o hortāte & scribēte:Hoc facite(ait dn̄s)quotiēscūq; bibetis in meā cōmemorationē.Quotiēscūq; em̄ māducabitis panē hūc & calicē bibetis, mortē dn̄i annuntiabitis,donec veniat. Etem̄ Chr̄us,inqt Chrysostomus,hoc fecit,ducēs nos ad maius amicitiæ fœdus,suāq; charitatē declarans erga nos,præstās se non solū videri desiderātibus,sed & palpari,& comedi,& amplecti,& totū adfectū expleri.

Sap.7 | Apoc.19 | Esa.6 | Dani.7 | Philip.2 | Coloss.2 | Marc.9 | Iohan.14 | Eccl.3 | Matth.20 | Marci.10 | Esa.14 | Matth.26 | Marc.14 | Luc.22 | Iohan.6 | 1.Cor.11 | Matth.20 | Marc.10 | Apo.1 | 1.Timo.6 | Matth.11 | Luc.7

G ¶Is nimiꝝ & tātus est veri spōsus & mariti in spōsam & cōiugē suā affectus, vt si ab ea sit discessurus,xeniū q̄ddā meditās,si fieri posset, seipm in ipso xenio relinqueret. Nā & principes,q curāt imagines efficacissime sui rēpsentatrices depingi vel donādas vel mittendas amicis,eadē facilitate,si pstari p eos posset, seipsos donarent sub imaginibus illis. Animus certe pstādi istud nō deest,tametsi potentia & arte careāt,q̄ minus illud valeant exequi.Cæteꝝ,qa Chr̄us suæ ē ecclesiæ dilectæ tā charus & beneuolus spōsus, vt pro ea nō recusarit corpus suū oibus ærūnis & cruciatib⁹ mortis exponere, pariter & vniuersum sanguinē effundere,cur alienū ab huius amoris imēsitate putari debet,vt nobis eadem tribuat in memoriā sui? Vt & ipse de se,& Paulus de ipso testat:maxime q̄d illi potentia nō defuerit,q & īperio suo rūcta fecit ex nihilo,q & verbo virtutis suæ oia portat, cui⁹ etiā verbo p fidē intelligimus aptata eē secula,vt ex inuisibilibus visibilia fierēt. Neq; illi demū defuit sapia,qua tā cōmode præstet hoc ipm,vt & citra quāuis iniuriā sui corpis, & citra crudelitatē & horrorē edentium, suā nobis carnē edendam impendat.

Cant.1 | Iohan.3 | Apoca.1 | Matth.27 | Marc.15 | Luce.23 | Iohan.19 | Gene.1 | Hebr.1.11 | 1.Cor.1

H ¶Si em̄ nobis adeoq; suis oibus corpus suū in ea specie,qua nūc residet ad patris dextrā in summa gloria dedisset,qs ferre posset fulgorē tātæ maiestatis? Vel si dedisset in mortalis cuiusdā hoīs effigie,qs tā crudelis est,vt dentibus carnē tā pretiosam lacerās tan- Matth.16 | Acto.4

 tamin-

tam iniuriã Chr̃o faceret? Si deniq; portiunculã aliquã carnis crudæ nobis exhibuisset,
Sap. 9. quis nõ abhorreret, sub eo simulachro cibũ eiusmodi mãducare? Modũ igit aliũ excogi
tauit summa illa dei sapiẽtia, quo nobis suã carnẽ donaret edendã in sui memoriã. Nimirũ
Roma. 11 impassibilẽ & sub specie panis, ita vt nec ipse vllã pateret iniuriã, neq; nos horrorem ali-
quem ex ipsius esu caperemus. Imo cũ Paulo exclamaremus: O altitudo diuitiarũ sapiẽ
Matth. vlt. & sciẽ dei. Cõsentaneũ igit fuit, tã ardẽti, tã potẽti, tã sapienti amatori & sponso, vt cũ
per corporalẽ præsentiã eẽt à charissima sua spõsa, s. ecclesia discessurus, seipm in monu-
mẽto q̃dã relinqueret in cibũ, spũaliter nutrientẽ, & interim integre manentẽ. Vti sol se
oĩbus exhibet & infundit, oĩaq; penetrat & nutrit, interim in suo esse pseuerãs, nihilo mi
Matth. 20 nor neq; maior q̃ antea. Pauperculũ sane munusculũ fuisset & prorsus indignum tanto
Marci. 14 principe & spõso, pro monumẽto sui, frustulũ donasse panis, vel figurã quandã, & ondã
Lucæ. 22 representationẽ sui tribuisse. Id q̃d ipse multo aliter suis arguit verbis, q̃ nunq̃ sunt tran-
situra, inquiẽs: Accipite & mãducate, hoc ẽ corpus meũ. Nec est nisi plane impius, q̃ ne-
get verũ Chr̃i corpus post tã potẽs verbũ sub specie panis cõtineri. Sane panis ante cõse
cratiõẽ, panis est cõis, sed vbi verbo Chr̃i cõsecrat, mysterio fit & dr̃ corpus Chr̃i verũ
Iohan. 14 nõ typicũ, nõ mysticũ, nõ figurale. ¶ Nec dubites (ait Cyrillus) an hoc verũ sit eo corã I
palamq; sine tropo aliq̃ dicẽte: Hoc est corpus meũ. Sed potius suscipe verba saluatoris
in fide. Cũ em̃ ipse sit veritas, nõ mentit, in eo p̃sertim q̃d ipse facere debuit, ab eoq; fieri
oportuit, vt nõ obscure ppulchra Euãgelistarũ in scribẽdo series huius facti saluatoris ar
guit, nequaq̃ insinuãs hic solũmodo eẽ simplicẽ panẽ, sed q̃dẽ longe maius, vtpote nouũ
& verũ, nõ vetus & figurale pascha. Anteq̃ em̃ nouũ incipit pascha dñs, suũ corpus dein-
de traditurus. ¶ Primo, cũ discipulis cœnat, qua in cœna ipse dñs legis obseruator nõ K
Matth. 5 solutor, vetus celebrat pascha, agnũ accipiẽs typicũ, vtpote figurã quãdã corpis Christi
Luc. 22 argumẽto, q̃d inibi figura finiret, & veritas sequeret, & pro legali agno, subsequens esset
Iohan. 1. verus ille agnus innocẽs & immaculatus, quãdoquidẽ ipse dñs finitis paschæ veteris so-
lennijs, trãsiturus erat ad nouũ pascha, q̃d in suæ redẽptionis memoriã ecclesiã frequen-
Gene. 17 tare desiderabat, pro carne agni & sanguine, suæ carnis sanguinisq; sacramẽtũ in panis
Psal. 109 ac vini figura substituẽs. Sacerdos in æternũ factus secundũ ordinẽ Melchisedech, & ita
Hebr. 7. quidẽ vt tũ deinde agnus typicus locũ non haberet, sed verus ipse agnus scilicet Chr̃s
1. Cor. 5 nostrũ esset pascha, Apostolo dicẽte: Etenĩ pascha nostrum immolatus est Christus.
¶ Secũdo, an̄ nouũ pascha atq; sui corpis traditionẽ, suis discipulis summa humilitate L
lauit pedes, docẽs & significans, q̃ esset sanctũ pascha Eucharistiæ, q̃d ipse paulopost erat
traditurus. Nẽpe ante cuius susceptionẽ & comestionẽ opus esset lotione pedũ, id est, spi
1. Cor. 11 rituali mundatione oĩm adfectuũ, qui p pedes designãtur. Siq̃dem suscepturus tã sacro-
1. Regũ. 21 sanctũ eucharistiæ sacramentũ, debet oẽs suos sensus & adfectus ab omi pctõ mundare,
vt idipm digne suscipere ad vitã (puto æternã) possit. Et hoc est q̃d Paulus ait: Probet
Iohan. 6 autem seipm homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Nec mirũ, quũ Abimelech
olim ex cõstituto noluerit, neq; Dauidi psecutionẽ Saul fugiẽti, nec eius famulis impar-
tiri panẽ propositionis & sanctificatũ, vtpote typũ panis huius sanctissimi & viui, de cœlo
descendẽtis, nisi eẽnt mũdi, & maxime à mulieribus nõ coinquinati. Quãto magis opus ẽ
mũditia cordis in esu corpis Chr̃i veri, agni paschalis sanctissimi, cuiusmodi se daturum
plane dñs arguit tã solicita pedũ lotiõe vt puriores eẽnt discipuli sui ad esum tãti sacri.
¶ Adde q̃d & p̃miserit ille, se magno desiderio desiderasse nouũ istud pascha, in q̃ verꝰ M
ipse agnus cõtinebat, vnà cũ discipulis mãducare. Id q̃d ante typicũ agnũ in cœna nequa
1. Cor. 11 quàm fecit. ¶ Absit igitur fratres charissimi, absit, audientes hodie Christũ dicere: Ac- N
cipite & mãducate, hoc est corpus meũ. Vel caro mea vere est cibus. Cũ perfidis Iudæis
dicamus: Quõ potest hic suã nobis carnẽ dare ad manducandũ? Durus est hic sermo, &
quis potest eũ audire? Nauseat nobis sup cibo isto. At potius in fide stemus, Christi po-
tentissimi & veracissimi credentes verbo: Caro mea vere est cibus. Hoc est corpus meũ.
Et dicamus cũ discipulis manentibus: Dñe, ad quẽ ibimus, verba vitæ æternæ habes? Si-
namus nobis cũ Petro lauari pedes p Christũ, cõfessione & cõtritione peccatorũ humili-
ma, ne indigne tantũ sacramentum suscipiamus, memores horrẽdi verbi ipsius Aposto
1. Cor. 11. li: Quicũq; manducauerit panẽ, & biberit calicem dñi indigne, reus erit corpis & sangui
nis dñi, & sibi iudicium mãducat, vtpote indignum se faciens tam pretioso munere, quo
suum Chr̃s erga nos amorẽ plane ostendit, quo suos in finẽ vsq; dilexit.

HOMILIA XXXVI. DE EO QVOD PRAEFARI potest in sacrosanctam Iesu Christi passionem.

IN FERIIS DOMINICAE PARASCEVES.

Hodie

A 
Odie fratres in dño charissimi, dies est illa toto terrarũ orbe de- Esa. 53
cãtatissima, qua pro nobis & propter pctã nostra dñs noster Ie- Sap. 2
sus Chrũs, idẽq; saluator noster passus est innocẽtissime citra a- Philip. 2
liquam suã culpã, quã prorsus nullã habuit, mortẽ longe & ama- Deuter. 21
rissimã & turpissimã, vtpote mortẽ crucis, q̃ tã fuit olim ignomi Gala. 3
niosa, vt maledictus plane haberetur, qui in ligno pẽderet. Quia
igit Chr̃s ipse pro nobis vt Paulus scribit, factus est maledictũ,
vt nos de maledictiõe, cuius obnoxij eramus, redimeret, qs erit
tã duro, tã lapideo, tã inhumano, tã deniq; corde ingrato & aio,
qui nõ summa deuotiõe, Chr̃o dño suo & saluatori pijssimo non
sit cõpassurus qñdo eidẽ oĩa in mundo creata, quasi singulari dolore, cõpassa sint?

B ¶Hodie qdẽ illo creatore suo patiẽte & moriẽte, Sol mirabiliter obscuratus est, nõ po
tẽs adspicere tã probrosas & nefandas iniurias qbus pfidi Iudæi semoto omni pudore
Christũ adfecerũt. Terra ẽ mota, q̃si non potẽs tolerare, q̃ Chr̃o inferebant. Petræ scissæ
sunt, pinde p̃ dolore cõmotæ, vt filiæ cũ vidẽt patrẽ suũ dilectũ suprema pati ĩfirmitate.
Velũ tẽpli scissum ẽ, ostẽdẽs nullũ eẽ nec fore similẽ dolorẽ, dolori, quẽ Chr̃s hodie pas-
sus ẽ, de se alioqui q̃rulus, dicẽs: O vos oẽs, q trãsitis p viã, attẽdite, si ẽ similis dolor, sicut Threñ. 1
dolor meus. Hodie etiã sepulchra sunt apta, ex qbus mortui prodire visi sunt & ingredi
sanctã ciuitatẽ, quasi deplangẽtes innocẽtissimã mortẽ sui creatoris. Si ideoq; hodierna
die inaĩata ipsa Chr̃o dño pinde cũ gemitu & dolore cõpassa sunt, cur ipsi hoĩes eidẽ nõ
cõpatiamur & cõdoleamus, quũ nõ propter inaĩata ipe, sed ppter nos & pctã nr̃a passus
sit, soluẽs ea, teste propheta, q̃ nõ rapuit. Siqdẽ captus ẽ, vt nos ab æterna captiuitate, q̃
ad qnq; millia annorũ detinebamur, liberaret ductus ẽ ad falsos iudices, vt nos ab æter- Psal. 68.
no iudicio cõseruaret. Velatus ẽ, vt velamẽ culpę à cordib⁹ nr̃is auferret. In capite pcus-
sus ẽ, vt caput nr̃m Adã sanitati restitueret. Et ĩ cruce deniq; mortuus ẽ, vt (Apl̃o scribẽ Hebr. 2
te) p mortẽ suã destrueret eũ, q habebat mortis ĩperiũ. i. diabolũ, & liberaret nos, q timo Osee. 13.
C re mortis p totã vitã obnoxij eram⁹ seruituti. ¶At (inqunt) mõ hęretici isti indurati, & Luc. 23.
bis inhumani & ingratissimi, ab oĩ deuotiõe & charitate prorsus alieni, qbus nihil non
ludibrio est, inquiũt, dico: Quid ergo patiamur, doleamus & ploremus hodierna die pas
sionis Iesu Chr̃i, quinimo poti⁹ rideam⁹ & collętemur, qm̃ nihil nobis mali, sed oĩe bo
num ex Iesu passiõe obortũ sit, quẽadmodũ ex ordine iã partim audiuim⁹? Maxime q̃d Luc. 6
hodie Chr̃s ad mõtẽ Caluarię, sua cruce exiẽs, phibuerit flere matres plorãtes, dicẽs: Fi Matth. 5.
liæ Hierusalẽ, nolite flere sup me, sed sup vosipsas flete, & sup filios vr̃os. Nõ est ergo, di Lucæ. 7
cũt ipsi, vt doleam⁹ & plorem⁹, verũ bñ habeam⁹ & rideamus. At dñs ipe horrẽda voce Iacob. 5.
ipis r̃ndit, inquiẽs: Væ vobis, q ridetis nũc, qa lugebitis & flebitis, qñquidẽ lamẽtauimus
& nõ plãxistis, vester risus in luctũ vertet, qñquidẽ ipsi estis pctõres, q̃rũ (vt ait scriptura)
narratio ẽ odiosa, & risus illorũ in delictis pcti. Lugẽdũ proinde est hodie & cõdolẽdũ
D Chr̃o passo. ¶Nec interim obstabit, q̃d Chr̃s prohibere visus sit mulierib⁹, ne plora-
rẽt: siqdẽ respõderim, nõ simpliciter prohibuisse. Sed quare nũc pij flere debuerint, & q̃-
re impij, q nũc nõ flent, olim sint ploraturi subindicat. Sane plorabãt mulieres more hu
mano illi cõpatiẽtes, q̃si eũ qd magni mali inde sequeret, quũ tñ nõ mõ nostrã in sua pas
sione opatus sit salutẽ, sed & p eã sibi meruit claritudinẽ æternæ gloriæ, & introitũ cœle
stis patriæ, ad quã vti hõ sine passiõe alioqui ingredi nõ potuisset, eo dicente: Nonne hæc Luc. 24
oportuit pati Chr̃m & ita intrare ĩ gloriã suã? Ipse eñ (scribit Apl̃us) proposito sibi gau Heb. 12
dio sustinuit crucẽ, cõfusione cõtẽpta, atq; in dextera dei sedet. Cæterũ debuissent mulie
res vnà cũ Iudæis plorasse, qm̃ tantã passionẽ, nõ ob ipsius quam nõ habuit, sed ob suam
& nostri oĩm culpã sustineret, charitate erga nos maxima duct⁹, cui eẽnt ingratæ, quod
nec recognoscerẽt, nec gratę eẽnt, quũ nec interim veniã precãtes ab incredulitate desi-
sterẽt, q̃d debebãt merito deplãgere, qm̃ propter incredulitatẽ, & qa Iudæi sola iniqtate
ducti Christũ crucifixerũt, sup eas in suppliciũ vẽtura erat tãta clades, quãta à seculo au-
dita nõ fuit, q̃ cõsummata ẽ, quũ pro vindicta, deo ordinãte, Romani Hierosolymã fun-
ditus bello deleuerũt, interimq; partim misere citra oẽm misericordiã trucidãtes, ptim
turpiter in ignominiosum laborẽ vẽdẽtes, reliqs pestilẽtia & alio mõ crudelr cõsumptis.
Quã sane cladẽ Chr̃s dñs ĩ admonitionẽ aliàs flẽdo, vt cõuerterent, crederẽt & pęniterẽt
E ¶Primo, illis p̃dixit in die Palmarũ Hierosolyma ingrediẽs, dicẽs: Quia si cognouisses Luc. 19.
& tu. Et qdẽ in hac die tua, q̃ ad pacẽ tibi, nũc aũt abscõdita sunt ab oculis tuis. Quia ve-
nient dies in te, & coangustabũt te vndiq;, & ad terrã prosternẽt te, & filios tuos q in te
sunt. Et nõ relinquẽt in te lapidẽ sup lapidẽ, eo q̃ nõ cognoueris tp̃s visitationis tuæ.
F ¶Secũdo, hodie q̃q; prædixit, inquiens ad mulieres plorantes: Filij Hierusalem, nolite
flere super me, i. quasi aliqd mali in hac passione mihi sit futurum, sed sup vosipsas flete,
& sup

& sup filios vestros.i.qd in me nō creditis,nec pœnitetis,& impœnitētes,me ex sola in-
uidia & malitia occiditis,id qd plane vobis est deplorādū nō in salutē,sed in æternā per-
ditionē,qm pro vestra incredulitate nō modo æternā cladē,si nō couersi fueritis, sed &
tpalem ruinā vos & filij & successores vri patiemini.Qm ecce venient dies,in qbus dicēt
Beatæ steriles,& ventres q nō genuerūt,& vbera q nō lactauerūt.Hinc incipient dicere
Matth. 26. mōtibus,cadite sup nos,& collibus operite nos.Vere frēs charissimi,nos hodie nō eā ob
Luc.7. causam ploremus,ob quā istæ mulieres,quas Chrūs adfatur,sed ob eā, qua lachrymat⁹
est Petrus,qua lachrymata est Magdalena,nimirū ex vera cōpassione, qd Chrūs tā inno
Hebr.6 center & tā crudelr & volūtarie passus sit propter pctā nra,cui sumus tā ingrati,qd nec-
dum à peccatis desistimus,imo ipm nris iniqtatibus adhuc qtidie crucifigimus ostentui
habētes.Hæc nimirū lachrimatio & tristitia, est illa tristitia,q deo grata est & salutaris.
2.Cor.2. ¶Primo,qd est secundū deū,pœnitentiā(vt ait Paulus)in salutē stabilem operans.Illa G
aūt fuit seculi,& operatur morte. ¶Secundo,qm ex vera & naturali dilectione proce- H
1.Cor.12 dit,qnquidē natura fieri solet,vt si patiat vnū mēbrū,cōpatiant & reliqua, mō Chrūs est
mēbrū nostrū.i.caput,qa & ipse hodie passus est & ei cōpatiemur ex vera dilectiōe. Si-
1.Iohan.4 quidē ita Chrūs nos dilexit,vt pro nobis pati & mori nō renuerit, ergo & ei cōpatiētes
redigamus,dicēte Iohāne:Nos ergo diligamus deū,qm deus prior dilexit nos. Eā ve-
Iohan. 16 ro dilectionē qūo apertius ostēdemus,nisi vbi pœnitētes ei cōpatiemur, dolētes & flētes
qm non propter se,sed propter pctā nra vsqadeo passus sit,ad quē modū vbi hodie fleueri-
mus,si nō oculo exteriore saltē interiore,nō dubitabimus,Chrm minime ad nos dictuꝝ
Matth 5 Nolite flere sup me,sed sup vos &c.Imo audiemus eum ad nos dictuꝝ: Amen amen di
Luc.6. co vobis,qa plorabitis & flebitis vos,mundus autem gaudebit,vos aūt contristabimini,
sed tristitia vestra vertetur in gaudiū.Qm beati q lugēt, qm ipsi consolabuntur.
¶Lugebimus igit hodie fratres dilectissimi,ex vera in Christū charitate,q & ipe eā in I
Iohan.15 nos habuit charitatē,qua maiorē habuit nemo,vtpote qui suā hodie animā nō pro ami-
cis,sed inimicis posuit,nihil obmittens,quo non suum in nos amorem ostēderet, veluti
ex euangelica historia eius amarissimæ passionis, ipso fauente intelligemus.

HOMILIA XXXVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,

Mat.26.&.27.Marc.14.&.15.Luc.22.&.23.Ioh.18.&.19.Hæc quū dixisset Iesus:
Egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron &c.

In ferijs dñicæ parasceues in sacrosanctā Iesu Chri Opt.Max. passionē.



T hymno dicto:Egressus est Iesus cū discipulis suis trās torren- A
tem Cedron,scdm consuetudinē in monte oliuaꝝ,venit in villā „
Gethsemani,vbi erat hortus,in quē introiuit ipse & discipuli e- „
ius.Sciebat aūt & Iudas,q tradebat eū locū,qa frequenter Iesus „
cōuenerat illuc cū discipulis.Tūc dixit discipulis suis:Sedete hic „
donec vadā illuc & orem.Et adsumpto Petro & duobus filijs Ze „
bedæi, cœpit cōtristari & mœstus eē,pauere & tædere.Et ait il- „
lis:Tristis est aīa mea vsq ad mortē.Sustinete hic & vigilate me- „
cum,& orate,ne intretis in tentationē. ¶Primo lector audi B
torq Chrianæ,collige ex hmōi Chri operatiōe (quæ nra eē de-
Acto.1. buerit instrnctio,quā facere cœperit & docere) dicere facta refectiōe aīæ & corpis,deo
opt.gratias ante oīa agere de acceptis beneficijs.Sic Chrūs gratias egit, anteq sacramy
1.Timo. 4 steria discipulis daret,vt & nos gratias agamus:Hymnū dixit postq dedit,vt & nos hoc
ipm faciamus,quādoquidē deceat mēnsam hymnū incipere & finire. Hinc Aplus:Quia
Gene.3. oīs creatura dei bona est,& nihil reijciendū qd cū gratiaꝝ actiōe pcipit. Sanctificat ēm C
Esaie. 53 per verbū dei & orationē. ¶Secūdo collige,Christū incepisse nostrā in horto salutē,
quia illā in horto.i.paradisi deliciaꝝ,amiserimus:argumento vtiq,vt sciremus illū pati D
propter pctā nostra q in horto inceperūt. ¶Tertio collige, cœpisse pauere & tædere
Luc.19. &c.Nō timore patiēdi,q ad hoc venerat vt pateret,sed propter infidelissimum Iudā,&
Hebr.4 scandalū oim Aploꝝ & reprobationē populi Iudæoꝝ,& euersionē miseræ Hierlm,sup
Phil.4 quā & aliās fleuerat.Et sane hæc & alia passus est dei filius vere secundū illud secundum
qd pati poterat.i.substantiā adsumptā.Ipse ēm(ait Paulus) noster pōtifex, q pōt cōpati
Matth.6. infirmitatibus nris,tētatus aūt p oīa pro similitudine absq pctō.Ipse qdē semetipm exi-
Luc.11. naniuit,formā serui accipiēs,in similitudinē hoīm factus, & habitu inuentus vt homo.
¶Quarto,nos debem⁹ orare,ne intrem⁹ (vt dns aliās docuit)in tētationē,i.ne ab ipa E
superemur,nō aūt ne tētemur.Impossibile qdē est hūanā aīam nō tētari, nec pōt q squā
sine tētatione,nec sibi ipsi nec alij eē probatus.Est aūt(ait Aplus)deus fidelis,q nos oran-
tes eius

tes eius suffragiũ, nõ patieť tẽtari supra id q̃d possum⁹, sed faciet etiã cũ tẽtatione prouẽ
F tum, vt possimus sustinere. Vnde ait: Orate, ne intretis in tentationẽ. ¶L Et ipse pro- 1. Cor. 10
“ gressus pusillũ, auulsus est ab eis, quantũ iactus est lapidis, & positis genibus procidit sup
“ terrã in faciẽ suã, orabat, vt si fieri posset, trãsiret ab eo hora. Et dixit: Abba pr̃, oĩa tibi
G possibilia sunt, si vis, trãsfer calicẽ hunc à me. Sed nõ q̃d ego volo, sed q̃d tu.⌋ ¶Primo
collige, aĩo debere attẽto & corde quieto colloqui cũ deo sublimi. Non vt videamur, sed
secreto in corde oro. Vñ Chr̃s à loco discipuloꝝ semotus orauit. Et hoc est, q̃d idẽ aliàs
docet, inquiẽs: Tu aũt cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio tuo, ora patrem
H tuũ in abscõdito, & pr̃ tuus q videt in abscõdito, reddet tibi. ¶Scd̃o, nos oẽm debere
nostrã volũtatẽ reꝝ nostraꝝ siue ꝓsperaꝝ, siue tristiũ, omnẽq; nostrã petitionẽ cõfor
mare volũtati diuinæ, q̃nquidẽ q̃no oremus & qd optet orare (Aplõ teste) ignoramus, Roma. 8.
& sæpe male petim⁹, ideoq; nõ exaudimur. Deus aũt q scrutať corda nouit, qd dare ex- Matth. 20
pedit, scit etiã q̃ nobis est opus anteq̃ petam⁹. Et hoc est q̃d nobis in exẽplo Chr̃s ob car Matth. 6
ois fragilitatẽ vt hõ videť recusare passioẽ, scd̃m vero adfectũ diuinũ adfectãter eã su-
I biit, se totũ pr̃is volũtati subijciẽs ac dicẽs: Verũtñ nõ mea volũtas, sed tua fiat. ¶L Et
“ venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiẽtes. Et dicit Petro: Simon, dormis? Sic nõ
“ potuisti vna hora vigilare mecũ? Vigilate & orate, vt nõ intretis in tẽtationẽ. Spũs qdẽ
“ prõptus ẽ, caro aũt infirma. Iteꝝ scd̃o abijt & orauit, dicẽs: Pr̃ mi, si nõ pt̃ hic calix trã-
“ sire, nisi bibã illũ, fiat volũtas tua. Et venit iteꝝ, & inuenit eos dormiẽtes. Erãt eñ oculi
“ eoꝝ grauati, & ignorabãt qd r̃nderẽt ei. Et relictis illis, abijt iteꝝ & orauit tertio eũdẽ
“ sermonẽ, dicẽs: Apparuit aũt illi angel⁹ de cęlo, cõfortãs eũ, & factus in agonia prolixi⁹
“ orabat. Et factus ẽ sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã. Et cũ surrexisset
“ ab orone, & venisset ad discipulos suos tertio, inuenit eos dormiẽtes p̃ tristitia. Et ait illis
“ Quid dormitis? Dormite & reqescite, sufficit. Ecce appropĩquabit hora, & fili⁹ hoĩs tra
“ deť in manus pc̃tõꝝ. Surgite eam⁹. Ecce appropinquabit, q me tradet. Ecce q me tradet
K prope est.⌋ ¶Primo collige, nos nõ ita ẽẽ debere temerarios vt qcqd crediderimus,
putem⁹ nos cõsequi posse, sed q̃tũ ex mẽtis ardore cõfidim⁹, tñ nos debere ex fragilitate
carnis timere. Hinc dñs ait: Spũs qdẽ prõptus ẽ, caro aũt infirma. Sempq; itaq; dñs ẽ orã
dus, in q̃ oĩa possum⁹. Qui hodie vt hõ ab angelo cõfortatus ẽ, forte ad eum dicẽte: Dñe Philip. 4
tua est virt⁹, tu nãq; potes cõtra mortẽ, & infernũ genus hũanũ liberare: tristis tñ ꝓpter Sap. 16
ꝑsecutores, q̃s sciebat in malis sacrilegij pęnas daturos. Scd̃o collige, dñm hodie appro- 1. Regũ. 2
pinquãte morte, nr̃æ mẽtis ĩ se certamẽ exp̃ssisse, q vim terroris ac formidinis patimur
cũ p solutionẽ carnis ęterno iudicio appropĩquam⁹. Nec ĩmerito, qm̃ aĩa post hoc inue
L nit, q̃d in æternũ mutare nõ p̃t, vt satis patet ex diuite Epulone apud Lucã. ¶L Et ad- Luc. 16.
“ huc eo loq̃nte: Ecce Iudas Scariotis vnus de duodecim, & cũ accepisset cohortẽ, & à põ
“ tificib⁹ & pharisæis ministros, venit, & cũ eo turba multa, missi à principib⁹ sacerdotũ &
“ scribis & seniorib⁹, cũ gladijs, & lignis, & fustib⁹, cũ laternis, facibus & armis. Qui aũt tra
“ didit eũ dedit eis signũ, dicẽs: Quẽcũq; osculat⁹ fuero ip̃e ẽ, tenete eũ & ducite eũ caute.
“ Et antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt osculareť eũ. Et cõfestim cũ venisset, acce
“ dẽs ad eum ait: Aue rabbi. Et osculatus est eũ. Dicit illi Iesus: Amice, ad qd venisti? Iuda
M osculo filiũ hoĩs tradis?⌋ ¶O Iuda ꝑfidissime nequã, sceleratissime & ingratissime hõ?
qd ꝑpetras? O pessime inimicoꝝ, q melle venenũ propinas, panẽ manu mõstras, gladio
interficis alteranimiꝝ amoris pignore vuln⁹ infligis, pacis instrumẽto mortẽ irrogas.
Seru⁹ dñm, discipul⁹ mgr̃m, elect⁹ authorẽ, immeritus prodis bñfactorẽ tuũ, sed filiũ ho
minis, hoc ẽ, mãsuetũ & mitẽ, q si nõ eẽt mgr̃ & dñs tuus, qa tñ suauiter se erga te gessit,
suũ te fecit discipulũ ex duodecim, nũmulariũ & dispẽsatorẽ, nõ esset à te prodendus. An
nõ, qa desperat⁹ es, & odio indurat⁹, cũ Caymo possis inclamare q̃uis falso. Maior ẽ ini- Gene. 4
N quitas mea, q̃ vt veniã merear. Oĩs q inuenerit me, occidet me. ¶Sed ad te venio dul-
cissime & mitissime dñe Iesu, q amicũ appellas & ꝓprio noĩe, q inimicissimus erat, vtiq; Sap. 12.
ostẽdẽs q̃ sis erga pc̃tõres patiẽs & misericors, omniq; die & hora parat⁹ eos ad gratiã tuã Ezech. 18
O recipere, mõ velint ac cupiãt. Id q̃d cõsiderẽt pc̃tõres inueteratissimi. ¶Præterea do-
ces q̃ nõ sit cessandũ à fratrũ etiã maloꝝ admonitiõe, etiã si statim nõ ꝑsuaserimus: siqdẽ
forte aliqñ cõtẽti facere, q̃d nr̃a interest: Clama eñ (ais in Esaia) ne cesses q̃si tuba exalta Esa. 58.
vocẽ tuã, & annũtia populo meo scelera eoꝝ, & domui Iacob pc̃tã eoꝝ. Sic ip̃e & si scies
Iudã nõ cõuertẽdũ, nõ tñ destitisti facere, q̃ ipsius intererãt, inquiẽs: Amice, ad qd ve-
P nisti, osculo filiũ hoĩs ꝓdis? ¶L Iesus aũt sciẽs oĩa q̃ vẽtura erãt sup eũ, processit & di
“ xit eis: Quẽ q̃ritis? R̃nderũt ei. Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat aũt Iu
“ das, q tradidit eũ cũ ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierũt retrorsum, & ceciderunt in
“ terrã. Iteꝝ ergo interrogauit eos: Quẽ q̃ritis? Illi aũt dixerũt: Iesum Nazarenũ. Respon
“ dit Iesus: Dixi vobis, qa ego sum. Si ergo me q̃ritis, sinite hos abire, vt impleret sermo
quẽ dixit. Quia q̃s dedisti mihi, nõ ꝑdidi ex eis quenquã.⌋

¶Q.d.Si me q̃ritis nihil vobis ad hos cõe.Ecce meip̃m trado vſq; ad vltimã horã ad Q
ſuos dilectiõis cõſeruãtiã demõſtrãs,quũ em̃ ſuos dilexiſſet,in finẽ eos dilexit, oblatusq;
Heb 4 eſt,qa ip̃e voluit.Quia vero tenere volẽtib⁹ & nõ valẽtib⁹ ſuã diuinã oſtẽdit ptãtẽ. Vbi
Ecci.15. nũc militũ cohors,vbi terror & munimẽ armoꝝ,qñ vnica Chri vox turbã odijs ferocẽ,
armisq; terribilẽ ſine tẽlo vllo pcuſſit,repulit,ſtrauit.Deus etem̃(ait Aug.latebat i carne
& ſempitern⁹ deus ita mẽbris occultabat hũanis, vt cũ laternis & facib⁹ q̃rebat occidẽ-
dus à tenebris.O qd iudicatur⁹ faciet,q iudicãd⁹ hoc fecit.Sane ẽ quẽ nihil latet,ſed cui
apta ſunt oĩa. ¶L Tũc acceſſerũt,& man⁹ iniecerũt in Ieſum,& tenuerũt eũ. Vidẽtes R
aũt hi,q circa ip̃m erãt,qd futuꝝ erat,dixerũt:Dñe,ſi pcutim⁹ in gladio? Rñdẽs aũt Ie- »
ſus,ait:Sinite vſq; huc.Simon ergo Petr⁹ vn⁹ ex his,q erãt cũ Ieſu,hñs gladiũ, extẽdẽs »
manũ,eduxit eũ,& pcuſſit põtificis ſeruũ,& abſcidit auriculã ei⁹ dexterã.Erat aũt nõmẽ »
ſeruo Malchus.Dicit ergo Ieſus Petro:Mitte gladiũ tuũ in vaginã. Calicẽ quẽ dedit mi »
hi pr̃,nõ vis vt bibã illũ? Oẽs q acceperĩt gladiũ,gladio peribũt.An putas qa nõ poſſum »
rogare patrẽ meũ,& exhibebit mihi plus q̃ duodecim legiones angeloꝝ? Quõ ergo im »
plebunt ſcripturæ? Quia ſic optet fieri.Et cũ tetigiſſet auriculã eius ſanauit eũ.In illa ho »
ra dixit Ieſus turbis,ad eos q venerãt ad ſe pricipes ſacerdotũ & mgr̃atus tẽpli & ſenio »
res.Tanq̃ ad latronẽ exiſtis cũ gladijs & fuſtib⁹,cõprehẽdere me, quũ q̃tidie fuerim vo- »
biſcũ in tẽplo docẽs,nõ extẽdiſtis manus in me,& nõ me tenuiſtis. Sed hæc ẽ hora vr̃a, »
& ptãs tenebraꝝ.Hoc aũt totũ factũ ẽ,vt iplerent ſcripturæ prophetaꝝ.Tũc diſcipuli »
oẽs relicto eo,fugerũt.Adoleſcẽs aũt qdã ſeq̃bat eũ,amictus ſindone ſup nudo,& tenue »
rũt eũ.At ille relicta ſindone,nud⁹ pfugit ab eis.⌋ ¶Prĩo, ex his collige, qa ſeruũ dñs S
Matth.5 ſanarit,nos nõ debere malũ pro bono,ſed bonũ pro malo reddere.Et vt ip̃e aliàs docet
Luc. 6 bñfacere his,q nobis malefaciũt,imitariq; patrẽ cœleſtẽ,q ſolẽ ſuũ facit oriri ſup bonos
Roma.12 & malos. ¶Scd̃o,qa Petr⁹ iubet gladiũ ponere in vaginã,nõ debere ep̃m, eccleſiaſti- T
Exod.17. cũq; p̃latũ belligerare,ſed orare cẽteris bellãtib⁹,vt Moyſes faciebat.Sed de ijs ſuo loco
fortaſſis opportuniore, ¶Tertio,male his cædere,q nulla ſuperioritate, aut legitima V
ptãte,vel iubente,vel cõcedente in ſanguinẽ alicuius armãtur,q̃ etiã verbo dñs deterret
nos ab inceptiõe p̃lioꝝ & belloꝝ,ſi q dẽ incipientibus male cẽdat. ¶Quarto,Chriſtum X
noluiſſe defendi ab aliq̃,vt oſtẽderet ſe pro nobis volũtarie paſſuꝝ & pati,eſſeq; patri ad
Philip.2 mortẽ vſq; obedientẽ. Et hoc eſt q̃d Ap̃lus ait:Proprio filio nõ pepercit deus,ſed pro
Roma.8 nobis oĩbus tradidit illũ. Veꝝ,author calicis huius,eſt etiã ipſe q bibit. Vñ & idẽ Ap̃lus:
Chrũs(inqt)qui dilexit nos,& tradidit ſeip̃m pro nobis,quemadmodũ ſcripturæ,q̃ erãt
implendæ,dicũt:Sicut ouis ad victimã ductus eſt.Et aliàs: Ab iniquitatibus populi mei du-
Eſa.53 ctus eſt ad mortem.Et hactenus de primo.ſ.à cœna ad hortũ Ieſu Chri egreſſio,in q̃ ca
ptus eſt & ligatus,dicẽte Euãgeliſta. ¶L Cohors aũt & tribunus, & miniſtri Iudẽoꝝ, Y
cõprehẽderũt Ieſum,& ligauerũt eũ & adduxerũt eũ ad Annã primũ.Erat em̃ ſocer Cai „
phæ,q erat põtifex anni illi⁹. Erat ãt Caiphas q cõſiliũ dedit Iudẽis,qa expedit vnũ ho „
minẽ mori p populo.Sequebat aũt Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus. Diſcipulus „
aũt ille erat notus põtifici,& introiuit cũ Ieſu in atriũ põtificis.Petrus aũt ſtabat ad oſtiũ „
foris.Exiuit ergo diſcipulus,q erat not⁹ põtifici,& dixit oſtiariæ,& introduxit Petrũ.Di „
xit ergo Petro ancilla oſtiaria:Nunqd & tu ex diſcipulis es hoĩs iſti⁹? Dicit ille:Nõ ſum „
Stabãt aũt ſerui & miniſtri ad prunas,qa frigus erat & calefaciebant ſe.Erat aũt cũ eis & „
Petr⁹,ſtãs & calefaciẽs ſe.Quẽ cũ vidiſſet ancilla q̃dã,ſedẽtẽ ad lumẽ,& eũ fuiſſet intuita, „
dixit:Et hic cũ illo erat.At ille negauit eũ coram oĩbus, dicẽs:Mulier,nõ noui illũ, neq; „
ſcio neq; noui,qd dicas.Et exijt foras añ atriũ,& gallus cãtauit.⌋ ¶Quid dicis ò Petre? Z
Ah q̃ tuæ es pmiſſiõis imemor? Nõne dixiſti:Et ſi oportuerit me tecũ mori,ego te non
negabo? Vbi aĩoſitas,vbi fortitudo,vbi cõſtãtia tua? Quẽ times? Nũqd te miles armatus,
nũqd tyrãnus te aliqs cõpellit? Nequaq̃.Sed vilis oſtiaria,& qdẽ amiciorib⁹ & dulciori-
bus verbis.Nõ em̃ ait:Seductoris diſcipul⁹ es,ſed hoĩs illius,q̃d miſerẽtis erat. Sed quid
miꝝ,frẽs,ſi de⁹ vera p̃dixit,hõ aũt falſa p̃dixit, & qdẽ nõ ſine myſterio. ¶Sane pmiſit A
dñs Petrũ prĩo labi,q̃ erga peccãtes duriorẽ ſnĩam proprij caſus intuitu tẽperaret,q or-
Hebr.5 bis terraꝝ doctor & mgr̃ peccauit,& veniã ipetrauit,vt hæc indulgẽtiæ norma & regu
la iudicãtibus p̃beret.Siqdẽ hõ paſſibilis ſupra hoĩes ordinat,vt dũ ip̃e in alijs ſuas reco-
lit paſſiões,mitẽ ſe p̃beat & benignũ.Et hoc eſt q̃d ad ip̃m aliàs ait Chrs:Ego aũt rogaui
Luc.22 pro te Petre,vt nõ deficiat fides tua,& tu aliqñ cõuerſus cõfirma frẽs tuos. ¶Nõ eſt igi B
Matth.18 tur vt qſpiã vel quãlibet inueterat⁹ pctõr veniã adipiſcẽdi deſperet,maxime q̃d idẽ dñs
Luc.17 alibi ad Petrũ dixerit:Nõ tibi dico vſq; ſepties,ſed vſq; ſeptuagiesſepties. Diſcamus q̃q;
interea nr̃am cognoſcere fragilitatẽ,& q̃ oĩno nihil ſum⁹ ſine dei auxilio, q̃ nõ debueri-
1.Cor.4. mus nr̃is cõfidere virib⁹ q̃ prorſus ex ſe nihil ſunt.Hinc ap̃ls:Vt(inqt)diſcatis,ne ſupra q̃
1.Cor.10 ſcriptũ ẽ vn⁹ aduerſus alteꝝ iflet p alio.Et rurſus:Qui ſe exiſtimat ſtare,videat ne cadat.
¶L Pon-

C ¶ Pontifex ergo interrogabat Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Rñdit ei Ie
sus: Ego palã locutus sum mũdo, ego semp docui in synagoga & in tẽplo, quo oẽs Iudæi
cõueniũt, & ĩ occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, q̃ audierũt,
q̃d locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, q̃d dixerim ego. Hæc aũt quũ dixisset, vnus assistẽs mi
nistrorũ, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si male lo
cutus sum, testimoniũ perhibe de malo. Si aũt bene, quid me cædis?

D ¶ O q̃ se hic eũ eẽ pbat Chrs, quẽ Paulus dicit, vtpote in q̃ oẽs sciæ & sapiæ thesauri sunt Coloss. 2
abscõditi. Nimirũ interrogatus à põtifice subdole vt eũ accusaret, ita rñdit, vt tẽperãdo nec
veritatẽ taceret, nec se defẽdere videret iquiẽs: Quid me iterrogas, q̃d me cædis? &c. Quo
sane respõso oĩm dolos retudit & calũnias frustratus ẽ. Nihil aũt de discipulis, de q̃bus parũ
boni sciebat, rñdit: Nos instruẽs, nihil mali de eo debere loqui, de q̃ nihil boni sciremus, aut
loqui vellemus. Et hactenus de secũdo. s. de Anna egressu ad Caiphã, de q̃ nunc dicitur.

E ¶ Et misit eũ Annas ligatũ ad Caiphã põtificẽ, principẽ sacerdotũ, vbi cõuenerũt oẽs
sacerdotes & scribæ & pharisæi & seniores. Petrus aũt à longe secutus est eũ, vsq; intro in
atriũ summi sacerdotis. Et accẽso igne ĩ medio atrij, & circũsedẽtib9 illis, erat Petrus ĩ me
dio eorũ. Exeunte aũt illo ianuã, vidit eũ alia ancilla, & ait ijs, q̃ erãt ibi: Et hic erat cũ Iesu
Nazareno. Et post pusillũ, alius vidẽs eũ, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O hõ nõ sum.
Et iterũ negauit cũ cũ iuramẽto, q̃a nõ noui hoĩem. Et post pusillũ, interuallo facto q̃si ho
ræ vnius, accesserũt q̃ astabãt, & dixerũt Petro: Vere & tu ex illis es, nã & loq̃la manifestũ te
facit. Nã & Galilæus es. Dicit ei vnus ex seruis põtificis, cognatus eius cuius abscidit auriculã:
Nõne ego te vidi ĩ horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus, incipiẽs anathematizare, & dete Matth. 26
stari & iurare, q̃a nõ nouisset hoĩem istũ quẽ diceris. Et cõtinuo, adhuc eo loquente, statim Marci. 14
gallus iterũ cãtauit. Et cõuersus dñs, respexit Petrũ. Et recordatus ẽ Petrus verbi dñi Iesu Lucæ. 22
q̃d dixerat, priusq̃ cãtet gallus bis, ter me negabis. Et egressus Petrus foras, fleuit amare.

F ¶ O beati oculi tui dulcissime dñe Iesu, q̃ ita calefaciunt cor frigidũ, & accendũt in amo
rẽ tuũ, & illuminãt, vt videat hõ creatorẽ & errorẽ suũ. Quã eñ pijs oculis, q̃ misericordi
ter, q̃ efficaciter tertio negãtẽ respexisti. s. oculis tuis interiorib9, q̃ corporaliter intus eras
ligatus, Petrũ foris stantẽ, quãdo ille conuersus & in se reuersus, fleuit amare. O felix tu, Pe
tre apostole, lachrymæ tuæ, quæ ad diluendã culpã negationis, virtutẽ sacri habuere ba-
ptismatis, qui alioqui lachrymas tuas lego, satisfactionẽ aliam non inuenio.

G ¶ Discãt igit̃ pctõres & hodie Petrũ imitari, egrediant̃ ex atrio malignãtiũ, ĩ locũ lachry
mis aptũ, doleãt, lachrymẽt, fleãt cũ Petro amare diluãt lachrymis culpã, gemina q̃dẽ
amaritudine. s. cõtritiõis pro ipsis, & cõpassiõis ad Christũ. Flebat sane Petrus non pp̃ter
pœnã, sed q̃a dilectiss. magistrũ suũ & dñm negarat, q̃ sibi q̃libet erat supplicio molestius.
Negat aũt q̃s Christũ pctõ mortali, siquidẽ cõsentiẽs diabolo recedit à Chrõ. Ille igit̃ à
Chrõ respectus, q̃d fit admonitiõe peccatorũ, lachrymis saltẽ cordis cũ Petro defleat, di
cẽs: O Iesu saluator mi, & dñe mitissime, q̃ à Petro, aplorũ tuorũ principe, ter negari te ptu
listi, qui & ad eũ misericorditer respiciẽs, reatũ suũ amare flere fecisti: respice q̃so, me ocu
lo clemẽtiæ tuæ, cõcede me verbis & factis te nunq̃ negare, & pctã mea digne deflere.

H ¶ Principes aũt, sacerdotes, & oẽ cõciliũ, q̃rebãt testimoniũ cõtra Iesum, vt eũ morti
traderẽt, & nõ inuenerũt, cũ multi falsi testes accessissent, & conuenientia testimonia non
erãt. Nouissime aũt venerunt duo falsi testes, & dixerũt: Hic dixit, Ego dissoluã templum
hoc manufactũ, & post triduũ aliud nõ manufactũ ædificabo. Et nõ erat cõueniens testi
moniũ illorũ. Exurgens aũt summus sacerdos in mediũ, interrogauit Iesum, dicẽs: Non
rñdes quicq̃ ad ea, q̃ tibi obijciunt ab ijs? Iesus aũt tacebat, & nihil rñdit. Et princeps sacer Iohan. 2
dotũ ait illi: Adiuro te p deũ viuũ, vt dicas nobis, si tu es filius dei bñdicti. Dicit illi Iesus:
Tu dixisti, Ego sum. Veruntamẽ dico vobis, ammodo videbitis filiũ hoĩs sedentẽ à dex-
tris virtutis dei, & venientẽ in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotũ scidit vestimenta
sua, dicẽs blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam.
Quid vobis videt̃? Qui oẽs cõdẽnauerũt eũ, reũ esse mortis. Et viri q̃ tenebãt eũ, illudebãt
ei, cædẽtes. Tũc cœperũt quidã cõspuere in faciẽ eius, & velauerũt eũ, & pcutiebant faciẽ
eius, & colaphis eũ cædebãt, dicẽtes: Prophetiza nobis Chrẽ, quis est q̃ te pcussit? Et alia

I multa blasphemãtes dicebãt in eũ. ¶ Mane aũt facto, cõciliũ inerũt oẽs principes sacer
dotũ & seniores populi & scribæ aduersus Iesum, vt eũ morti traderẽt. Et duxerũt eũ in
cõciliũ suũ, dicẽtes: Si tu es Chrs, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, nõ creditis mihi.
Si aũt interrogauero, nõ rñdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hoĩs, sedens
à dextris virtutis dei. Dixerunt aũt oẽs: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, q̃a ego
sum. At illi dixerũt: Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi eñ audiuimus ex ore eius.

K ¶ O peruersissimi, o nequissimi Iudæi, Si ergo tantũ vnico verbo Chri Iesu defertis, & eũ
creditis verũ dixisse, q̃ subindicarit se dei eẽ filiũ, vti vere est, quur illũ blasphemũ dicitis,
& ipm

&ipm blasphematis? Quid o insana cæcitas, & cæca insania. O inq̃, infelicissimi Iudęi, cur scienter tã horribiliter, tã incessanter, tã q; execrabiliter expuitis simul & vnà, in tã amabilẽ
Matth. 13 in tã gratiosam, in tã speciosam & cœlestẽ faciẽ Iesu Chri? Quur tã malignę puertitis na
Luc. 10 turã cõspuẽtes, & fœdo aliquo centone ignominiosr & turpiter velatis faciẽ eius, in quã
tãtopere prospicere desiderãt angeli, quã venturã summo desiderio multi sancti patres,
reges atq; prophetæ, videre desiderarũt, nec tamẽ videre potuerũt? Sed ita cõtra vos im
Esa. 50 pletis scripturã dicentem: Faciem meã non auerti à confusione sputorum.

¶O Christiane hõ, cõsidera quæso, q̃ turpiter pro te hodie, pro salute tua Iesus Chrs L
sol iustitiæ velat, lumen veritatis abscondit. Cõsidera, inquã, quãtas pro te hodie amaritudines & turpitudines susceperit rex cœlorũ, princeps angelorũ, saluator mũdi, pretiũ seculi. Hæc, inquã, oĩa ignominiosa pro te sustinuit, vt ipse te de manibus crudeliũ inimicorũ tuorũ eriperet, vt imaginẽ tuæ faciei, ad imaginẽ dei creatæ illuminaret, te q; demũ ad lucẽ illã diuinã in æterna felicitate perduceret. Cõsidera, obsecro, & caue, ne aliquo modo faciẽ dñi tui, id est, animã tuã ad imaginẽ ipsius creatã, sputo peccati deturpes & male
1. Petr. 2 veles, quasi (vt Petrus ait) velamen habẽs malitiæ libertatẽ. At ora Christũ, vt det tibi, ne
2. Petr. 3 illã tuã faciem vnquã sordidis actibus & cogitationibus coinquines: quod (vt scribit Apostolus) impetrabis & velamen peccati abijcies, vbi ad deum conuersus fueris.

¶L Et surgẽs oĩs multitudo eorũ, duxerũt illũ vinctũ à Caipha in prætoriũ, & tradiderunt M
eũ Pontio Pilato p̃sidi. Et ipsi nõ introierunt in prætoriũ, vt nõ contaminarẽtur, sed vt mã »
ducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus foras ad eos. Tũc vidẽs Iudas, q eũ tradidit, q̃d dam »
natus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ & seniori- »
bus, dicẽs: Peccaui, tradens sanguinẽ iustum. At illi dixerũt: Quid ad nos? Tu videris. Et »
proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. ⌋

¶O infelix Iudas, proditor maledicte, & frater Caim. Falsa nimirũ est pœnitẽtia, qua te N
Gene. 4 maluisti q̃ denarios pdere, teipsum diabolo tradẽs. Cur desperas, & locũ pœnitẽtiæ nõ re
Ezech. 18 quiris, nec tẽpus pœnitẽtiæ obseruas? Nã alioqui certe audisses eũ, qui dixit: Nolo mortẽ
peccatoris, cuius vtiq; misericordiã flexisses, si eius omnipotentiã non negasses.

¶Sed isthæc ẽ maligna diaboli natura, q nõ pmittit eũ, q nõ vigilat, videre malũ, q̃d sug O
gessit, anteq̃ pficiat. De q̃ deniq; pfecto ita exaggerat tristitiã, vt ducat ad desperationẽ,
nõ ad spem, q̃ esse debet de indulgẽtia impetrãda vel quãlibet graui peccatori. Suspendit
aũt se Iudas, qm̃ cœlum & terrã perosus sit, qui cœli terræq; dñm & creatorẽ tradidit.

¶L Principes aũt sacerdotũ acceptis argẽteis, dixerũt: Nõ licet eos mittere ĩ carbonã, qa P
ptiũ sanguinis ẽ. Cõsilio aũt inito, emerũt ex ipsis agrũ figuli ĩ sepulturã peregrinorũ, ppter »
hoc vocatus ẽ ager ille lingua eorũ, Acheldemach, hoc ẽ, ager sanguinis vsq; in hodiernũ »
Zach. 11. diẽ. Tũc adimpletũ est, q̃d dictũ est p Zach. prophetã dicentẽ: Et acceperũt triginta ar- »
gẽteos, ptiũ appreciati, quẽ appreciauerũt à filijs Israel, & dederũt eos in agrũ figuli, sicut cõsti- »
tuit mihi dñs. Iesus aũt stetit ante p̃sidẽ. Qui dixit: Quã accusationẽ adfertis aduersus ho- »
minẽ hũc? Rñderunt & dixerũt: Si nõ esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eum. ⌋ »

¶O execrabile Iudæorũ mendaciũ, O q̃ sibi mentit iniquitas, dicẽs, Iesum malefactorẽ Q
de q̃ nuper tota turba dicebat cum veritate & admiratione: Bene oĩa fecit, & surdos fecit
Marc. 9
Matth. 11 audire & mutos loqui. Tu itaq; interroga eos Pilate, q sunt à Chro cæci illuminati, clau-
Luc. 7 di ambulãtes, muti loquẽtes, surdi audiẽtes, leprosi mũdi facti, & reliqui à spiritibus malis
& à cæteris infirmitatibus miraculose & misericorditer liberati & saluati. Illi dicent tibi,
Esa. 53 Christũ nõ esse malefactorẽ, sed qui oĩa bene fecit. Interroga deniq; Esaiã, qui tibi dicet,
Psal. 34 q̃ Iesus iniquitatẽ non fecerit, nec dolus in ore eius fuerit. Sed ita nimirũ p Iudæos imple
tur scriptura, in persona dñi, dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis.

¶L Dicit ergo Pilatus eis: Accipite eũ vos, & secũdũ legẽ vestrã iudicate. Dixerũt ei Iu R
Matth. 20 dæi: Nobis nõ licet interficere quenq̃. Vt sermo Iesu impleret, quẽ dixit, significans q̃ mor »
Marci. 10 te esset moriturus. Cœperunt aũt illum accusare, dicẽtes: Hunc inuenimus inuertentẽ gẽ »
Lucæ. 18 tem nostrã, & prohibentẽ tributa dare Cæsari, Et dicentẽ se Christũ esse regem. ⌋ »

¶At manifestissima falsitas ẽ & calũnia, cũ Chrs pie semp & inermia docuerit, obedire q; S
Matth. 22 vbiq; p̃ceperit Cæsari, q̃d eius est, reddi iusserit, fugiẽs alibi, ne rex à turba fieret, vt supra.

Marc. 12 ¶L Introiuit ergo iterũ Pilatus in prætoriũ, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæo R
Iohan. 18 rũ? Rñdit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Respõdit Pilatus: Nun »
quid Iudæus sum ego? Gens tua & pontifices tui tradiderũt te mihi, Quid fecisti? Rñdit »
Iesus: Regnũ meũ non est de hoc mũdo, si ex mũdo esset regnũ meũ, ministri mei vtiq; de »
certarent, vt nõ traderer Iudæis. Nunc aũt regnũ meũ nõ est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: »
Ergo rex es tu? Rñdit Iesus: Tu dicis, qa rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc »
veni in hũc mũdũ, vt testimoniũ perhibeã veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocẽ »
meã. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et quũ hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos, & dixit »
eis: Ego nullã inuenio causam in hoc homine. At illi inualescebãt, dicentes: Commouit "

populũ, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc.⌋
V ¶At illis verbis nõ Christũ, sed se accusant, docuisse em̃ pplm̃, & à pristini tpis ignauia
docẽdo cõmouisse, taliq; actu totã terrã pertransijsse, nõ criminis, sed virtutis est indiciũ.
X ¶L. Pilatus aũt audiẽs Galilæã, interrogauit, si hõ Galilæus eẽt. Et vt cognouit, q̃ de He
" rodis ptãte eẽt, remisit eũ ad Herodẽ, q & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes aũt
" viso Iesu, gauisus ẽ valde. Erat em̃ cupiẽs ex multo tpe videre eũ, eo q̃ audierat multa de
" eo, & sperabat signũ aliqd videre ab eo fieri. Interrogabat eũ multis sermonibus. At ille ni
" hil illi rñdebat. Stabãt aũt principes sacerdotũ & scribæ constanter accusantes eum.⌋
Y ¶Tacuit Chrs, malẽs à supercilientibus despici, q̃ ab incredulis vacua voce laudari. Nos. Math. 6
¶Primo admonens, vt & ipsi nihil faciamus propter vanã gloriam & iactantiam.
Z ¶Secũdo, ne proferamus ei sermonẽ, cui certo nihil illi proficere scimus, sed potius ob
esse, fieriq; cõdemnatiõis causam: quãdoquidẽ quũ sua peruersa omnino nõ mutet. Signi- Luc. 16
ficantur aũt in Herode oẽs impij, q si legi & prophetis nõ crediderint, mirabilia Christi
opera in euangelio videre nequeunt, sicut Abraham ad diuitem epulonem dixit.
& ¶L. Spreuit aũt illũ Herodes cũ exercitu suo, & illusit, ĩdutũ veste alba, & remisit ad Pila-
" tũ. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nã antea inimici erãt ad inuicẽ. Pila
" tus aũt vocatis principib' sacerdotũ, & magistratib', & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi
" hũc hoiem q̃si auertẽtẽ pplm̃, & ecce ego corã vobis interrogãs, nullã causam inuenio in
" hoie isto ex ijs, in qbus accusastis eũ. Sed neq; Herodes. Nã remisi vos ad illũ, & ecce nihil
A dignũ morte actũ ẽ ei. Emẽdatũ ergo illũ dimittã. ¶Necessũm aũt habebat dimittere eis
" p diẽ festũ vnũ vinctũ, quẽ voluissent. Et dicit eis: Est cõsuetudo vobis, vt vnũ dimittã in
" pascha. Habebãt tũc insignẽ, q dicebat Barrabas. Erat aũt Barrabas latro, q ppter seditio-
" nẽ quãdã factã in ciuitate, & homicidiũ, missus ĩ carcerẽ. Cõgregatis ergo illis, dixit Pilat'
" Quẽ vultis dimittã vobis, Barrabã, an Iesum, q dr̃ Chrs? Vultis ergo dimittã vobis regẽ
" Iudæorũ? Sciebat em̃ q̃ p inuidiã tradidissent eũ. Exclamauit aũt simul & vniuersa turba
" dicẽs: Tolle hũc, & dimitte nobis Barrabã. Iterũ aũt Pilatus locutus ẽ ad eos, volẽs dimitte
" re Iesum. At illi succlamabãt, dicẽtes: Crucifige, crucifige eũ. Ille aũt tertio dixit ad illos.
" Quid em̃ mali fecit? Nullã causam mortis inuenio ĩ eo. Corripiã ergo eũ & dimittã. Tũc
" apphẽdit Pilatus Iesum & flagellauit. Et milites p̃sidis cõgregauerũt vniuersam cohortẽ,
" exuẽtes eũ chlamydẽ coccineã, veste purpurea circũdederũt eũ, plectẽtes coronã de spi-
" nis, imposuerũt capiti eius, & arũdinẽ in dextera eius, & veniebãt ad eũ, & genu flexo ante
" eũ adorabãt eũ, illudẽtes & dicẽtes: Aue rex Iudæorũ. Et dabãt ei alapas. Et expuẽtes, cõ
" spuerũt in eũ, & acceperũt arundinẽ, percutiebãt caput eius. Exiuit iterũ Pilatus foras, &
" dixit eis: Ecce adduco eũ vobis foras, vt cognoscatis, q nullã inuenio in eo causam. Exi
" uit ergo Iesus, portãs spineã coronã, & purpureũ vestimentũ. Et dicit eis: Ecce homo.⌋
B ¶O lamẽtatiõe & vox cõpassione digna, Ecce hõ. Q. d. Videte & aspicite, qualis sit hõ
iste miser? Num hõ videri & æstimari pt? Cõmiseremini ei taudẽ, maxime innocẽti. Et si
in aliq̃ male egisset, tñ vltra cõdignũ punitus est, & ideo sufficere vobis deberet. Si regi in
uidetis, iã parcite, q eũ deiectũ videtis, flagellatus ẽ, spinis coronatus est, ludibriosa veste
amictus est, amaris cõuitijs illusus est, alapis cæsus ẽ, & ita vndiq; deturpatus & supplicijs
adfectus, vt à plãta pedis vsq; ad capitis verticẽ nõ sit in eo sanitas. Quis tã durus, tã lapi
deus, tã ferreus, q tam misero homini nõ cõpati velit? Præsertim in q̃ tantorũ suppliciorũ
nullã in eo causam inuenio. Ah q̃ lamentabile spectaculũ, qs à lachrymis tẽperãre possit? Esa. 1
C ¶Ah Chr̃e dulcissime, agnus mãsuetissime, iã denuo videm' impletũ, q̃d de te dixit pro
pheta: Videmus eũ despectũ & nouissimũ virorũ, virũ dolorũ. Et nos reputauimus eũ quasi
leprosum, & pcussum à deo & humiliatũ. Nõ est spẽs ei neq; decor. Ah dñe Iesu mitissime
O rex gloriæ, q̃ vere hodie dicere potuisti, q̃d olim p prohetã dicturus eras: Ego aũt sum Esa. 53
vermis, nõ hõ, opprobriũ hoĩm & abiectio plebis. Oẽs videntes me, deriserunt me, locuti
D sunt labijs & mouerũt caput. ¶Aspice Christiane hõ, quõ rex & dux tuus cõfusiõe reple Psal. 21
tur, & humilitee sustinet, vt te ab æterna cõfusione eriperet, & à superbiæ peste liberaret.
E ¶Monemur itaq; hodie, vt opprobria oĩa pro noĩe Iesu Chr̃i sustinere paratisimus, & Philip. 2
in oĩbus humiliari studeamus. Et hoc ẽ, q̃d Aplus ait: Hoc sentite in vobis q̃d & in Chr̃o Philip. 1
Iesu, q quũ in forma, &c. Idẽq; paulo ante: Quia vobis (inqt) donatũ est pro Chr̃o, nõ so
lum vt in eũ credatis, sed vt etiã pro illo patiamini. Et Petrus ait: In hoc em̃ vocati estis, 1. Petr. 2
qa Chrs passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplũ, vt sequamini vestigia eius.
F ¶L. Cũ ergo vidissent eũ põtifices & ministri, clamauerũt dicentes: Crucifige, crucifige
" eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos & crucifigite. Ego em̃ nõ inuenio ĩ eo causam. Rñde
" rũt eis Iudæi: Nos legẽ habemus, & secũdũ legẽ debet mori, qa filiũ dei se fecit. Cũ ergo
" audisset Pilatus hũc sermonẽ, magis timuit. Et ingressus p̃toriũ iterũ, dixit ad Iesum: Vn
" de es tu? Iesus aũt nõ dedit ei responsum. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nõ loqueris? Nescis qa

potestatē habeo crucifigere te,& potestatē habeo dimittere te? Rñdit Iesus:Nō haberes
ptātē aduersus me vllā,nisi tibi datū esset desup. Propterea,q me tradidit tibi,maius pctm̄
habet. Et exinde q̄rebat Pilatus dimittere eū. Iudęi aūt clamabāt,dicētes:Si hūc dimittis,
nō es amic⁹ Cęsaris. Oīs eñ,q se regē facit,cōtradicit Cęsari. Pilat⁹ aūt cū audisset hos ser
mones,adduxit foras Iesum,& sedit p tribunali,in loco,q dicit,λιθόστρωτος, Hebraice aūt,
Gabbatha. Erat parasceue,hora q̄si sexta,hora q̄si tertia. Et dicit Iudæis:Ecce rex vr. Illi
aūt clamabāt:Tolle tolle,crucifige eū. Dicit eis Pilatus:Regē vestrū crucifigā? Rñderunt
pōtifices:Nō habemus regē,nisi Cæsarē. Et accusabāt eū summi sacerdotes in multis. Et
cū accusaret à principib⁹ sacerdotū & seniorib⁹ populi,nihil rñdit,nec verbū vllū. Pilatus
rursus interrogauit eū:Non rñdes quicq̄. Vides in quātis te accusant? Et nō rñdit ei ad vl-
lum verbū,ita vt p̄ses vehemēter miraret. Sedēte aūt illo pro tribunali,misit ad eū vxor
eius dicēs:Nihil tibi & iusto illi, Multa eñ passa sum hodie p visum propter eum.
Gene. 3 ¶Nunc demū intelligēs diabolus per Christū se spolia sua amissurū,sicut primū p mu- G
Hebr. 2 lierem mortē intulerat,ita p mulierem vult Christū de manibus Iudæorū liberare,ne pre
eius mortē,mortis amittat imperiū. Per mortē eñ(ait Apostolus)Christus destruxit eū
Osee. 13 qui mortis imperiū habebat,eo ipso aliàs dicente:O mors,tua ero mors.
¶L Et eū ascēdisset turba,cœpit rogare,sicut semp faciebat illis. Principes aūt sacerdotū H
& seniores psuaserūt & cōcitauerūt turbā,vt peterēt Barrabā, Iesum vero pderent. Rñdit
aūt p̄ses,& ait illis:Quē vultis vobis dimitti? At illi dixerūt, Barrabam. Dicit illis Pilatus:
Quid ergo faciā de Iesu, q dicit Chrs? Dicūt oēs:Crucifigat: Ait illis p̄ses:Quid eñ ma-
li fecit? At illi magis instabāt,dicētes:Crucifigat. Et inualescebāt voces eorū. Vidēs aūt p̄
ses,q nihil pficeret,sed magis tumultus fieret,accepta aqua,lauit manus corā pplo dicēs:
Innocēs ego sum à sanguine huius iusti,vos videritis. Et rñdens vniuersus populus,dixit:
Sanguis eius sup nos,& sup filios nr̄os. Pilatus aūt volens populo satisfacere,adiudicauit
fieri petitionē eorū. Dimisit aūt illis eū,qui propter seditionē missus fuit in carcerē, Barra
bam,quē petebāt. Iesum vero flagellis cæsum,tradidit voluntati eorū, vt crucifigeretur.
¶O Pilate,qd agis? Lauas manus tuas,vt sis innocēs à sanguine toties iusto p te & alios I
c. nemo de approbato? Nō eñ te lotio aquæ iuuat,etiā si toto mari pfundaris? Quū tu Romanorū p̄
reg. iur. ses sis,iuxta quorū leges debueris iudicare,quare morti cōdēnas eū,q etiā,te teste,est sine cul
L. 1. §. Si qs pa? Qui neq̄ est spōte cōfessus,neq̄ testibus legitime cōuictus,qualiter fieri debuerat iux
vltro ff. de ta leges. Quid agis Pilate,q eū damnas,q à te iudice ex officio poterat saluus manere,quū
quest. ante dixeris,te habere potestatē dimittēdi ipm. Ex verbis etem̄ tuis cōdēnaberis. Etsi eñ
Matth. 12 quātū potuisti institeris,vt Iesum innocentē ex eorū manib⁹ liberares,à sanguine tñ huius
iusti innocēs eē nequis,quū iudex ipe tenebaris ex officio seruare iustitiā,nec timori cede
L. absentē. re:maxime,qa te leges tuæ docēt,Sāctius eē impunitū relinqui facinus nocētis,q̄ innocē
ff. de pęnis tē dānare? Nec te latet,te nō ex metu debere,nec ex aliq̄ hūano adfectu id sequi optere,
L. illicitas. qd conuenit sequi ex fide eorū,q̄ probabunt. At nihil plane pbatū est,quū oīa testimonia
§. veritas ff. fuerint falsa & incōuenientia. Male ergo & inique tradis sanguinē iustū volūtati Iudęorū
de off. p̄si. vt ijs satisfacias,qui legū æquitatē & iustitiā,non humanos adfectus sequi debueras.
¶Attendāt ergo hic iudices. Primo,vt ipsi cū Pilato nō importune & immature ad iudi K
L. testiū ff. candū procedāt,sed oīa prius diligēter cōsiderēt,explorētq̄,nec in accusatū quēpiā ferāt
de testib. sententiā,nisi is sit prius probis instrumētis cōuictus, aut facti euidētia,aut testibus inno
L. 1. § Si qs cētibus,aut spōte sine tormētis cōfessus,vel si post tormēta in cōfessione pseueret. Sic etsi
vltro. ff. de drus sciret peccatū Sodomitarū,dignatus tñ est per se inquirere,nō vt ignorans,vtrū cla
quæst.
2. q. 1. Nos mor Sodomorū opere esset cōpletus,sed vt iudicibus exemplū daret,ne p̄cipites in iudi-
in quenq̄. candis & discutiēdis essent negotijs. Siquidē sciant iudices,se nō magis iudicaturos alios,
q̄ se nō iudicādos,cū etiam ipsis magis q̄ partibus iudiciū terribile immineat. Siquidē liti-
Le. Rē non gatores cū hominibus. Ipsi aūt deo inspectore adhibito, causas proferūt trutinādas.
nouam. C. ¶Secūdo caueant iudices,ne cū Pilato sequant in iudicando humanos adfectus. Et sic L
de iudi.
11. q. 1. c. qui Christū sanguinē iustū inique iudicent & effundant,quādocunq̄ eñ vel cōsanguinitate
cunq̄ L. 2 vel amicitia,vel odio,vel inimicitia ducti iudicāt,peruertunt iudiciū Christi, q est iustitia
C. de pœ & fructum eius vertunt in amaritudinem damnationis.
na iud qui ¶Tertio, hic cōsiderent deuoti Christiani,quātæ passiones & angustiæ fuerint Christi M
male iudi amicis,vtpote gloriosæ virgini Mariæ,cæteris q̄ religiosis mulieribus atq̄ eius discipu-
dicant. lis,vbi audierunt sententiam mortis diffinitiuam contra Christum, cunctis Iudæis in eū
ignominiose insultantibus,esse latam? Quis dicere sufficiat.
Psal. 68 ¶Cōsidera igit. Christiana aīa,quō innocentissimus agnus,vt te à iudicio & lamento N
iustæ & æternæ dānationis eriperet,iniuste pro te iudicio damnari voluit,& soluere,quę
nō rapuit. Oremus igit ne vnq̄ iustā mortis sententiā aīæ vel corpis mereamur, dicentes.
¶Dñe Iesu,q sentētiā cōdēnatiōis ad mortē,mortē aūt crucis,innocēter subire volui-
sti,

sti, fac me iustā mortis sentētiā, siue in corpore, siue in anima nō mereri, & tui amore nun
quā hoim iudicia timere. Sane sicut saluator noster sustinuit pro nobis iniquā ab homine
cōtra se sententiā, sic & nos dei amore curare nō debemus iniqua hominum iudicia. Sicut
de se Apostolus: Mihi (inquit) pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. 1. Cor. 4

O ¶L. Tunc milites suscipiētes Iesum in ꝑtorio, & postq̄ illuserūt, & exuerunt eū chlamy-
de coccinea, & induerūt vestimētis suis, & eduxerunt eū. Et baiulans sibi crucē, exiuit in
eū, qui dicit Caluaria, locū, Hebraice aūt Golgatha, vt crucifigeret. Et cū ducerēt eū, ap-
prehenderūt hominē Cyrenæum, noīe Simonē, venientē de villa, patrē Alexādri & Ru
fi, hunc angariauerunt, vt tolleret crucē eius, & imposuerūt illi crucē portare post Iesum
Sequebat aūt illū multa turba populi & mulieꝝ, quæ plangebāt & lamētabant eū. Cōuer
sus aūt ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalē nolite flere sup me, sed sup vosipsas flete, & su-
per filios vestros. Q̄m ecce veniēt dies, in quibus dicēt: Beatæ steriles & ventres, qui non
A genuerūt, & vbera q̄ non lactauerūt. Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos:
& collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?⌋

P ¶Quasi dicat, Si ego qui peccatū nō feci, & sum vitæ lignū, sine igne passionis, nō exeo,
quid putas eis maneri tormenti, qui sunt fructibus vacui?

Q ¶L. Ducebant āt duo nequā cū eo, vt interficerent. Et venerūt ī locū, q dr̄ Golgatha, q̄d
est Caluariæ locus, & dederūt ei vinū myrrhatū bibere cū felle mixtū, & cū gustasset, noluit
bibere. Ibi crucifixerūt eū, & duos latrones, hinc & hinc, vnū à dextris, aliū à sinistris, mediū
aūt Iesum. Et impleta ē scriptura, q̄ dicit: Et cū iniqs reputatus ē. Iesus aūt dicebat: Pater Esa. 53
dimitte illis, nō eīm sciūt qd faciūt. Scripsit aūt & titulū Pilat⁹, & posuit sup crucē & caput
eius, & causam ipsius scriptā. Erat aūt scriptū: Hic ē Iesus Nazarenus rex Iudæoꝝ. Hūc er
go titulū multi Iudæoꝝ legerūt, qa prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus ē Iesus. Et erat
scriptū hebraice, grece & latine. Dicebāt ergo Pilato pōtifices Iudæoꝝ: Noli scribere, rex
Iudæoꝝ, sed qa ipse dixit, rex sum Iudæoꝝ. R̄ndit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.⌋

R ¶Vnde, q̄so, tāta Pilato cōstātia, q̄ nec Iudæis instātibus tituli inscriptionē dignat mu- Iohan. 14
tare? Nūqd à Pilato? Nequaq̄, sed à spū scō, spū veritatis, q (vt nihil nisi veꝝ suggerit suā
in psalmis vocē hācne corrūpas tituli inscriptionem) Pilato occulta qdā voce ꝑsonare
dedit, adeo qdē vis diuinæ ē operationis efficax, etiā in cordib⁹ ignorātiū. Vt eīm Caiphæ
suggessit, vt diceret de Iesu: Melius ē, vt vnus moriat pro toto ppl̄o, ne tota gēs pereat,
ita & hodie Pilato suggessit dicere: Q̄d scripsi, scripsi. Nō vero illud Caiphæ, sed spūs ve Iohan. 11
ritatis ꝑ ipm dici coegit, qa veritas erat. Chr̄s eīm (ait euāgelista) nō tantū pro gēte, sed vt
S filios dei, q erāt dispersi cōgregaret, moriturus erat. Sic & hoc nō Pilatus, sed ꝑ ipm spūs
veritatis dixit, q̄d scripsi, scripsi. ¶Iā vero quur nō ita diceret Pilat⁹, q̄d scripsi, scripsi, Num. 22
quū ad Balac dixerit Balaā: Nū aliud possum loqui, nisi q̄d iusserit dn̄s? Q̄n quidē nō est in Eccle. 8
ꝑtāte hoīs prohibere spm̄. Ego eīm (ait Petrus) qs erā, q possem prohibere deū? Q̄uo igit Acto. 11.
resisteret Pilat⁹ spiritui veritatis, adeoq̄ veritati ipsi, quū nec Paulus aliqd potuerit cōtra 2. Cor. 13
veritatē, vt nec voluit, siquidē veritas demū vincat, q̄ in æternū est māsura? Atqui veritas
erat, Christū esse Nazarenū regē Iudeoꝝ, ideo diuinitus scribi procuratū, Iesus Nazare- 3. Esdr. 3
nus rex Iudæoꝝ, nec immutandum, qua verissimum. Sane Christus erat Iesus, id est. Psal. 116.

T ¶Saluator, quia populum suū saluat à peccatis eoꝝ, vnde & nomen obtinuit, Samarita Matth. 1.
nis alibi testibus dicentibus: Audiuimus & scimus, quia hic est vere saluator mundi. Iohan. 4

V ¶Erat & Nazarenus, tū qa à Nazareth (euāgelista scribente) fuerit. Et veniēs habitauit Matth. 2
in ciuitate, q̄ vocatur Nazareth, vt adimpleret quod dictū est ꝑ prophetas: Quoniā Na- Esa. 11
zaræus vocabitur. Tum qa Nazaræus interpretat floridus, cuiusmodi fuit Iesus, q flos il-
X le est candidus, q de radice Iesse ascēdit. ¶Rex q̄q; erat Iudæoꝝ. i. oīm ipm cōfitentiū,
siquidē Iudæi sunt cōfitētes, siue secundū carnē sint Hebræi siue Gētiles. Ille quidē regna
bit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Ipse eīm est ille dn̄s fortis & potēs
Y in ꝑlio, qui dicit rex gloriæ. ¶Recte igit Pilate ais, q̄d scripsi, scripsi. i. scriptū mutare ne
queo, qa verissimū in decus Chr̄i, sed in Iudæoꝝ ignominiā cedit, q mūdi saluatorem & Luc. 1
florē innocentē crucifixerūt. Recteq̄ titulū hūc supra crucē ponis, qa nō humani corpo Psal. 23
ris, sed diuinæ ꝑtātis est regnū, q̄d habet Chr̄s. Recte idēq̄ scribis capitalibus orbis totius
linguis & idiomatibus, vt (teste Apl̄o) oīs lingua confiteatur, qa dn̄s Iesus Chr̄s in gloria Philip. 2
est dei patris, rex regū, dn̄s dominantiū, & vt perfidi Iudæi intelligāt illū pati pro populo
oīs linguæ, & eius dn̄ari in perpetuū, contra nostri tp̄is nōnullos, qui diuina mysteria in
lingua tantūmodo vernacula agi volunt, de quo aliàs multa diximus in nostra Crisi.

Z ¶L. Milites ergo cū crucifixissent eū, acceperūt vestimēta eius, & fecerūt quatuor par-
tes, vnicuiq; militi partē, & tunicā. Erat aūt tunica incōsutilis desuper cōtexta per totū.
Dixerūt ergo ad inuicē: Non scindamus eā, sed sortiamur de illa cuius sit, vt scriptura im
pleretur, dicēs: Partiti sunt vestimēta mea sibi, & in vestē meā miserunt sortē. Et milites Psal. 21

quidē

quidē hæc fecerunt. Et sedētes seruabant eū. Et ꝑtereuntes blasphemabāt eū, mouētes ca
pita sua & dicentes: Vah q destruis tēplū dei & in triduo illud reædificas, saluū fac teipm.
Si filius dei es, descēde de cruce. Similiter & principes sacerdotū illudētes ad alterutrū cū
scribis & pharisæis dicebāt: Alios saluos fecit, seipm non ꝑt saluū facere. Chrs si rex Israel
est, descēdat nunc de cruce, vt videamus & credamus ei. Cōfidit in deo, liberet eū nunc, si
vult. Dixit eñ, q filius dei sum. Et stabat populus expectās, & deridebant eū principes cū
eis dicētes: Alios saluos fecit, se saluū faciat, si hic est Chrs dei electus. Illudebant aūt ei &
milites accedētes & acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es rex Iudæorū, saluū te fac.⌋

Iohan. 2 ¶O ꝑfidissimi Iudæi, o impijssimi & summe blasphemi Iudæi, estis ne memores, q aliquot vestrū millia ex tēplo inermis eiecerit? Nū meministis, q vnico ipsius verbo, retro in terrā cecidistis, nō nisi eius voluntate resurrecturi? Quid nūc ipsum quasi inopē deridetis? Sed alium audietis die post mortē eius tertia, quando vicerit leo de tribu Iuda. A

¶⌊Idipsum aūt & latrones q crucifixi erāt cū eo, improperabāt ei. Vnus aūt de ijs blasphemabat eū, dicens: Si tu es Chrs, saluū fac teipsum & nos. Rñdens aūt alter, increpabat eum dicēs: Neq tu times deū, qui in eadē damnatione es. Et nos quidē iuste. Nā digna factis recipimus, hic vero nil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Dñe, memēto mei, dum veneris in regnū tuū. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso.⌋ B

¶Attēde o peccator, ne desperes, dic Chro ex toto corde humillime: Dñe, memēto mei in regno tuo. Vides rñ quāta Iesu clemētia & misericordia, q latronē solo verbo nudo, sola fide in paradisum retulit, ne tu post errores introitū desperes? De quo suo plura loco. C

¶⌊Stabat āt iuxta crucē Iesu mr eius, & soror matris ei⁹ Maria Cleophę & Maria Mag. Cū ergo vidisset Iesus matrē & discip. stantē, quē diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mr tua. Et ex illa hora accepit eā discip. in suam.⌋ D

¶O cōstātissima mr Maria, q viris aufugiētibus, ipsa mulier fragilis & imbecillis, sola iuxta crucē constās stetisti, documentū ꝑbens, q̄to studio suorū matres liberorū salutē expectare debēt, quū pia mr Maria pijs oculis in vulnera dilectiss. filij vidēs, mūdi salutē & redemptionē expectabas. Hanc imitamini piæ matronæ, q in vnico filio dilectiss. tantū maternæ virtutis exēplū dedit, neq eñ vos dulciores liberos habetis, neq illud virgo q̄rebat solatiū, vt aliū possit gñare filiū. O mœstissima mr, qs tuū hodie ꝓ filio tuo innocētissimo mœrorē, luctū & lamētū sufficiēter possit exprimere, qñ illū in publico tā despectū, nudū, derisum, extēsum, ꝑforatū, sanguinolētū vndiq, & supra q̄ dici ꝑt angustiatū, & ꝑinde ab oībus tā amicis q̄ inimicis derelictū, cui nec ipsa subsidiū ferre potueris? O mœstiss. o dolo E

Luc. 2 rosiss. mater Maria. Nōne, dic obsecro, hodie prorsus impletū est dictū ad te Simeonis in tēplo dicētis: Et tuā ipsius animā ꝑtransibit gladius? Nimirū hodie gladius immēsi doloris tuā animā ꝑtransijt, qñ vidisti eū mori, q ex te miraculose ꝓcreatus erat. Hoc sane aladuertēs filius tuus, nō te matrē, sed mulierē appellat, ne virgineū cor nimio dolore, eodēq materno dissileat & disrūpat. O mœstiss. o ꝑturbatiss. mater, q̄ta passio, q̄ amara tibi cogitatio, quū tibi dicit filius charissimus: Mulier, ecce filius tuus? Ah q̄ dissimilis cōmutatio, dat tibi matri Iohānē, vtpote seruū pro dño, discipulū pro magistro, hoīem pro vero deo, filiū Zebedęi pro filio dei, nepotē pro filio, sed tñ dilectū Iohānem, sed longe dissimilem.

¶O beate vereq felix Iohānes, q tātū, tāq nobile legatū. s. dignissimā Iesu matrē meruę ris recipere ex testamēto Iesu vltimo. ¶O fidelissime testator, dñe Iesu, publicū non mō ex cruce, sed & domesticū cōdēs testamētū, matrē tuā Iohāni, in summo etiā mortis agone legās. Nēpe ex eo ligno, vbi erāt fixa mēbra moriētis, cathedrā magistri docētis facto & verbo faciēs, q perdocuisti, q̄ta debet præ oībus filiorū in parētes eē pietas. Discāt hic à summo ꝑceptore filij, vt suis afflictis parētibus cōpatiant, necessitatib⁹ eorū subueniāt & prouideāt quocūq sint profecturi, vt Chrs præ cæteris oībus matrē suā singulariter ꝓcuratione Iohānis hinc ꝑ mortē discessurus, prouidit ipsam ad mortē vsq diligens. F G

¶⌊A sexta aūt hora tenebræ factæ sunt sup vniuersam terrā, vsq ad horā nonā, & ob- H

Malach. 4 scuratus est sol.⌋ ¶En q̄ obligamur ad cōpatiendū passioni & morti Iesu Chri, qñ illi etiam (vt deinceps latius audiemus) insensibilia compatiuntur. Sane sol obscuratur. I

¶Primo, vt ostenderet verum iustitiæ solem pati, vnde omnes illuminantur. K

Matth. 11. ¶Secundo, q nequiuerit iniurias sui creatoris adspicere. L

Lucæ, 10 ¶Tertio, vt ostēderet à ꝑfidis Iudæis solē iustitiæ merito subtractū & subtrahēdū, quū ab ipso noluerūt illuminari. M

¶Quarto, vt sol creatura insensibilis, Chro tñ cōpatiēs, corda etiā vel quælibet dura ad cōpatiendū prouocaret, qñquidem nō fuerit illa naturalis eclipsis, tū q tātisper. s. tres horas durarit, tū q a fuerit in oppositiōe solis & lunæ. s. e regione ad solē, tū q vniuersalis fuerit, quā etiā vidisse perhibet Dionysiū apud Heliopolim, q ea visa, stupefactus, dixisse fertur: Aut natura, aut deus naturæ patit, aut mūdi machina dissoluet. Adde & eas tenebras (vt tradūt) fuisse palpabiles & nigras, cuiusmodi in Aegypto fuisse sub Pharaone cōmemorāt, quū cæteræ sint ferrugineæ & aereæ & aliquātulū claræ. N

Pliñ. lib. 2 cap. 10

Exodi, 10.

O ¶L.Et circa horā nonā exclamauit Iesus voce magna: Eloi, Eloi, lama sabachtani, hoc
« est, deus meus, deus meus, vt qd dereliqsti me. Quidā aūt illic stātes & audiētes dicebant:
« Heliā vocat iste. Cæteri vero dicebāt: Sine, videamus, si venit Helias liberās eū, ad depo-
« nēdū eū. Postea sciēs Iesus, qa oīa cōsummata sunt, vt cōsummaret scriptura, dicit: Sitio.
« Vas āt positū erat aceto plenū. Et cōtinuo vn⁹ ex eis acceptā spōgiā ipleuit aceto, hyssopo
« circūponēs, iposuit arūdini, obtulit ori ei⁹ & dabat ei bibere, & nō accepit: ac noluit bibere
« Cū ergo accepisset Iesus acetū dixit: Cōsummatū ē. Iesus āt clamās iterū voce magna ait:
« Pr̄, i man⁹ tuas cōmēdo spm̄ meū. Et hęc dicēs: Incliato capite expirauit & tradidit spm̄.⅃
P ¶Et vos igit (frēs charissimi) inclinate capita vr̄a, toto simplicicꝗ corde cōpatiētes, tam
pro morte ipsius q̄ pro salute vr̄a grās agite dn̄o nr̄o Iesu Chr̄o vnico redēptori dicētes:
Q ¶O Iesu dn̄e misericors, q in cruce moriēs aīam tuā patri cōmēdasti, grās ago tibi hu-
millimas p passiōe tua & morte innocētissima & amarissima. Dep̄cor, da mihi in hac vita
tibi spūaliter cōmori, q̄tenus tu in hora mortis meæ digneris aīam meā miserā hr̄e com
mēdatā, & ex te audire illud dulcissimū verbū: Hodie mecū eris in padiso, amē. Pr̄ nr̄ &c.
R ¶L.Et ecce velū tēpli scissum ē in duas partes, à summo vsqꝫ deorsum. Et terra mota ē,
« & petræ scissæ sunt. Et monumēta apta sunt. Et multa corpa sctōꝝ q̄ dormierāt, surrexe
« rūt. Et exrūtes de monumētis post resurrectionē eius, venerūt in sanctā ciuitatē, & appa
« ruerūt multis. Cēturio aūt & q cū eo erāt custodiētes Iesum, viso terræmotu, & his quæ
« facta fuerāt, & q̄d sic clamās expirasset, timuerunt valde, dicētes: Vere filius dei erat iste.
« Et Centurio glorificabat deū, dicēs: Vere filius dei erat iste. Et oīs turba eoꝝ, quæ simul
« aderat ad spectaculū istud, & videbāt quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebant.
S ¶Stabāt āt oēs noti ei⁹ & mulieres multę à lōge, q̄ secutę erāt Iesum à Galilęa ministrā
« tes ei, de lōge aspiciētes & vidētes hæc. Inter q̄s erāt Maria Magdalena & Maria Iacobi
« minoris & Ioseph mr̄, & Salome, & mr̄ filioꝝ Zebedæi. Et mulıæ aliæ q̄ simul cū eo ascē
« derāt Hierosolymā. Iudęi ergo qm̄ pasceue erat, vt nō remanerēt corpa in cruce sabbato
« (erat eñi magn⁹ dies ille sabbati) rogauerūt Pilatū, vt frāgerent eoꝝ crura, & tollerent. Ve
« nerūt ergo milites & primi qdē fregerūt crura, & alterius q crucifixus ē cū eo. Ad Iesum
« āt cū venissent, vt viderūt eū iā mortuū, nō fregerūt ei⁹ crura. Sed vn⁹ militū lācea lat⁹ ei⁹
« aperuit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Et q vidit, testimoniū phibuit, & veꝝ est testi
« moniū ei⁹. Et ille scit qa vera dicit, vt & vos credatis. Facta eñi sunt hæc, vt scriptura im-
« pleretur: Os nō cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit: Videbūt in quē transfixerunt. Exod.12. Nume.9 Zachar.12
T ¶Cū sero āt factū eēt, ecce vir qdā noie Ioseph diues, q erat nobilis decurio, vir bon⁹ &
« iust⁹. Hic nō cōsenserat cōsilio & actib⁹ eoꝝ ab Arimathia ciuitate Iudææ, q & ipse expe-
ctabat regnū dei, eo q̄ eēt discipulus Iesu, occultus āt ppter metū Iudæoꝝ. Hic audacter
« introiuit ad Pilatū & petijt vt tolleret corp⁹ Iesu. Pilat⁹ aūt mirabat si iā obijsset. Et accer
« sito Cēturiōe iterrogauit eū, si iā mortuus eēt. Et cū cognouisset à Cēturiōe, donauit cor
« p⁹, & reddi iussit Ioseph. Ioseph āt mercatus ē sindonē, & deponēs eū, iuoluit sindone Ie
« su corp⁹. Venit āt Nicodem⁹, q venerat ad Iesum nocte primū, ferēs mixturā myrrhæ &
« aloes q̄si libras cētū. Accepert ergo Iesum, & ligauert eū lintheis cū aromatib⁹, sicut mos
V est Iudæis sepelire. ¶Erat āt in loco vbi crucifixus ē, hort⁹, & in horto monumētū nouū
« q̄d erat excisum de petra, in q̄ nōdū q̄sq̄ posit⁹ erat, ibi ergo ppter pasceuē Iudæoꝝ, qa
« iuxta erat monumētū posuert Iesum. Et aduoluit saxū magnū ad ostiū monumēti, & abijt
« Et dies erat pasceues, & sabbatū illucescebat. Subsecutę āt mulieres q̄ cū eo venerāt de Ga
« lilæa, viderūt monumētū, & quēadmodū erat positū corp⁹ ei⁹. Erat āt ibi Maria Magdale
« na & altera Maria Ioseph sedētes cōtra sepulchrū. Et reuertētes pauerūt aromata & vn
« guēta, & sabbato qdē siluerūt scd̄m mādatū. Altera āt die, q̄ ē p⁹ parasceuē, cōuenerūt pri
« cipes sacerdotū & pharisęi ad Pilatū dicētes: Dn̄e, recordati sumus, qa seductor iste dixit
« adhuc viuēs, p⁹ tres dies resurgā. Iube ergo custodire sepulchrū vsqꝫ i tertiū diē, ne forte
« veniāt discipli ei⁹ & furent eū, & dicāt plebi: Surrexit à mortuis. Et erit nouissim⁹ error pe
« ior priore. Ait illl Pilat⁹: habetis custodiā. Ite, custodite sicut scitis. Illi āt abeūtes municrūt
X sepulchrū, signātes lapidē cū custodib⁹.⅃ ¶Hæc ē (frēs dilectiss.) sūma amarissimę Iesu
Chr̄i p nr̄a salute passiōis & mortis crucis. Sūma (inq̄) ē, nō vl̄a, qppe q̄ tāta fuit, vt nulla
plane nec āgeloꝝ, nec hoim lĩgua vnq̄ sit enarratura, nec tota alicui nisi vsqꝫ ad extremū Thren.1
diē ruelāda, dn̄o ipo p ꝓphetā dicēte: O vos oēs q trāsitis p viā attēdite, an ē sił̄s dolor vt
Y meus. ¶Quid igit agemus hodie, & semp pro tāta p nobis Iesu Chr̄i passiōe & morte
ac gr̄a: Cōdoleam⁹ Chr̄o, capiti nr̄o, siqdē q amor sit noster, dulcedo nostra, spes nostra
btitudo nostra, cōsolatio nostra, passus in omi tp̄e vitæ eius, in toto corpe. Q̄nquidē tp̄e
infantiæ passus est angustias vteri, paupertatē, asperitatē, & humilitatē præsepij, psecutio
nē aduersarij, fugā Aegypti. Tempore adolescētiæ, disputationē & p̄cipitationē. Tempo
re iuuētutis amarissimā & turpissimā mortem & passionē. Passus est (inquā) toto corpore.

In capite duris spinis, in oculis effusionē lachrymarum, in auribus auditū cōtumeliarum & blasphemiarum, in genis molestiā alaparum, in naribus foetorē sputi, in ore amaritudinē aceti &
Psal.21 fellis, in manibus vincula, & in pedibus afflictionē plagarum, & in toto corpore flagellationē,
Esaiæ 53 & quidē tātā inibi extēsionē, vt oīa eius ossa & nerui potuerint nūerari. Condoleamus (inquā) grato aīo, quī hæc oīa propter nos passus est. Vulneratus quippe ē (ait Esaias) propter pctā nostra attritus est propter scelera nostra, vt plagæ ipsius sint vulnerum nostrorum medicina.

¶Cōsiderate vt & ideo doleret hodie psonæ sctissimæ & isensibiles creaturæ. Siquidē mulieres lachrymant, lachrymat piscator, lachrymant insensibilia, suamque demōstrāt, naturæ stupenie, cōpassionē. Sol obscurat, terra tremit, lapides discindunt, mortui resurgunt, monumenta aperiunt, velum templi scinditur. N

Psal.21 ¶Lachrymamini ideo & vos, & dño Iesu pro tanta passione grās agite, vt vespertinus
Gala 6 vester fletus in matutinum, s. resurrectiōis gaudium vertat. X
Hebræ.12 ¶Absit denique vt gloriemur, nisi cū Apl'o in cruce dñi nostri Iesu Chri, p quē nobis mūdus crucifixus ē, & nos mūdo, in q nr̄a ē salus, vita & redēptio. Deponamus igit frēs, oē pōdus, & circūstans nos pctm̄, p patiētiā curramus ad propositū nobis certamē, adspiciētes in authorē fidei & cōsummatorē Iesum, q proposito sibi gaudio sustinuit crucē, cōfusione cōtempta, atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate (inquā) eū, q talē sustinuit à peccatoribus cōtradictionē aduersus semetipm, vt nō fatigemini animis vr̄is deficientes, sed vt hic à peccatis ad virtutes, & in nouissimo die in gloria resurgatis, sessuri cū Chro in coelis in gaudio, q hodie cū eodē moesti lachrymamini. Id qd nobis idem dn̄s & redemptor noster misericorditer donet. Cui sit laus & gratiarum actio, Amen.

¶HOMILIA XXXVIII. IN CONCLVSIONEM SACROsanctæ Iesu Christi passionis, vice Epilogi.



Zach.12 Hæc est (chariss̄imi frēs) passionis & crucis dñi nostri Iesu Chri summa & A
Iohā.3 nō oīs de ea historia, vtpote qa Chrm tot et tāta passum credimus, quot
Rom.8 & quāta scribi nequierint, nec nisi sciri posse oēs iniurias & cōtumelias, qui-
Galat.6 bus Chrm Iudæi adfecerūt, donec in extremo iudicio ipm visuri sunt, in quē trāsfixerunt. Hæc aūt scripta sunt, vt credamus, qa Iesus est filius dei, quē ipē pr̄ nimio in nos amore motus pro nobis tradidit. Est aūt hæc ipsa Iesu Chri passio & crux sola, in qua (vt Paulus fecit) nobis gloriandum est.

Ephe.2 ¶Primo, quod nobis p eam crucifixus est dn̄s noster Iesus Chrs, q solus sua nos passio- B
1.Petr.1 ne & cruce ab æterna morte redemit, patrique suo olim indignabundo recōciliauit gratis, aplo dicēte: Deus q diues ē in misericordia, propter nimiā charitatē qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos in Chro. Et Petrus ait: Sciētes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi & incontaminati. C

1.Cor.2 ¶Secundo, qa in ea passiōe oīs nostra ad salutē scia reposita est, qua discimus cōseruare salutē, quā ille nobis acqsiuit p passionē. Et hoc est, qd Apl's inqt: Ergo cū venissem ad vos frēs, veni, nō in sublimitate sermonis, aut sapiæ annuntians vobis testimoniū Chri.
Coloss.2 Non em̄ iudicaui me scire aliqd inter vos, nisi Iesum Chrm, & hūc crucifixum, vtpote in quo sunt omnes thesauri sapiæ & sciæ absconditi. Et sane quemadmodum Iohannes recenset tria peccata præcipua, qbus hic mundus damnat. s. superbiam, concupiscentiā carnalem, & auaritiam. Sic ediuerso tres sunt virtutes, qbus hic saluat mundus, quas Chri-
Esa.53 stus in sua nos passione perdocet. s. humilitatem, continentiam & moderationem.
1 Pet.2 ¶Primo, cū hodie Chri passionē ex animo meditabimur, humilitatē docemur, vbi co- D
Psalm.144 gitauerimus eū, q innocēs est manibus & mūdo corde, q pctm̄ nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, q fecit coelū & terrā, & oīa quæ in eis sunt, imo q & cūcta fecit, tenet, regit, protegit, q & dei filius, verus deus, summe potēs, sapiēs & bonus, tā mitis & humilis in sua fuerit passiōe, vt ad quālibet maximas blasphemias, & ad falsissima, q sibi obijciebant, crimina, ne qdē verbū rn̄derit, de se p prophetā dicēs: Ego āt tanq surdus nō audiebā, & si-
Psal.37 cut mutus nō aperiēs os suū. Et factus sum sicut hō nō audiēs, & nō habēs in ore suo redargutiōes. Quātis vero cōtumelijs & opprobrijs & derisiōibus fuerit adfectus, innuit prophe-
Johan. 20 sctm hodie p' Ascēsionē mittēs, pacē in eis cōfirmauit. Eant nūc isti noui pcones ac de-
blaterēt, Chrm q̃q; cōcitasse tumultū & aplos. Et referre vt euāgeliū tumultuose pdicet.
At cōfusi silēāt. ¶Nec obstat, q ille se venisse ait: Nō vt pacē mittat, sed gladiū. Qn̄ quī F
dē primo idipm tū fuerit verificatū, qn̄ increduli euāgelio ex sua malitia seditiose resiste
bāt, Chrm eē drū negātes, q ppterea illis factus est lapis offensiōis & ruinæ, & signū, cui
Esa. 8 cōtradicebat. Et sane tū fuere vel in vna domo, q relicta incredulitate, Chrm & ei' aplos
Roma. 9 cōtra etiā volūtatē domesticorū, p fis. s. & mris volūtatē seqbant. Alij vero increduli, indu
1. Petr. 2 rati Antichrm & pseudoaplos secuti sunt q̃ mō recte Chrs dixit: Se non venisse pacē mit
tere in terrā, sed gladiū, imo separare hoīem aduersus patrē suū, vtpote incredulū, & filiā
aduersus matrē, vtpote incredulā. Nō qa Chrs eā fecerit separationē, sed illorū malitia,
sicut scriptura etiā dicit: Dedit eis oculos de' vt nō videāt. Id q̃d apud nos nūc hre locū
nō pt, q dei gr̃a ad fidē dudū Chri sumus cōuersi, quē vtinā tam ope referamus q̃ noie.
¶Præterea Chrs hoc suo & in hodierno qdē dicto duplicē eē pacē significauit. Malā G
& bonā. Malā cū diabolo, cū carne & corpe, cū mūdo & pctorū cōsortio. De pria euāge
Luc. 11 liū: Cū fortis armat' custodit atriū suū, in pace sunt oīa, q̃ possidet. De secūda Apls: Qui
Romañ. 8 scdm carnē sunt, q̃ carnis sunt, sapiunt. De tertia propheta: Zelatus sum sup iniqs pacem
Psal. 72 pctorū vidēs. Quæ sane pax mala, q d aliud est q̃ pniciosa q̃dā cū diabolo, cū carne, cū pec
Ephe. 4 cantibus in oībus neqtijs & desiderijs cōcordia & cōsensio? Ad hanc qdē pacē Chrs nō
Hebræo. 4 venit, sed potius ad eā tollendam misit gladiū. i. verbū suū euangeliū, quo qcqd vitiorū
est rescindat, quū sit omi ancipiti gladio acutius. Hanc pacē hodie Chrs nō dicit se dare,
Sap. 2 quippe quam mundus. i. hō mundanus dat. Q̃uo dat? His qdem verbis: Venite & frua-
mur

mut bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanq̃ in iuuẽtute celeriter, vino & vnguẽto nos
impleamus, & nõ ꝑtereat nos flos tẽporis. Atqui hæc pax, nõ est pax, qa magis pugna est Sap. 2
q̃ secũ certat, si hostẽ non habet. Est aũt impioꝝ hmõi pax, qui pacẽ verbo ꝑdicantes, pa
cẽ disturbare sub ꝑtextu euangelico conant. De qbus Hieremias & Ezechiel: Quia dice- Hiere. 6. 8
bant, pax, pax, & nõ erat pax, qa vere illi, quanq̃ exterius pacem habere videant, intus tñ Ezech. 13
multas discordias patiunt, de quibus propheta: Viam pacis nõ cognouerũt, nõ est timor
dei ante oculos eoꝝ. Illi aũt nõ secus atq; venenũ sub melle vitandi sunt, qui foris ouinis
vestibus amicti, intus sunt lupi rapaces: nuper plerisq; q̃ mihi notiores facti. Matth. 7

H ¶Bona vero pax, est trãquillitas ordinis, id est, quieta & suauis cõcordia, debitũ ordinẽ Acto. 20
ad deũ in fide sub æterna lege, & ad seipsum & proximũ cõseruans, q̃ sua vnicuiq; loca di
stribuit. Nã vbi ordo nõ est, ibi cõfusio. Vbi cõfusio, ibi pacis perturbatio. Vbi nõ est pax, Matth. 12
ibi diabolus, omniũ bonoꝝ inimicus. De qua pace, in principio, quã hodie Chr̃s testamẽ Marc. 12
to nobis reliquit, q̃ in alia vita tandẽ perfecta erit, Christo dicẽte: In mundo pressurã ha Luc. 10
bebitis, in me aũt pacẽ. Hæc aũt pax ad deum est, quũ eius mandatis cõsentimus. Ad nos- Iohan. 16.
ipsos, quũ ratio nobis contra carnẽ constat. Ad proximũ, quũ nobis cum illo in omni bo
no est cõsensus, & quum ipsos ac nosmetipsos candide diligimus.

I ¶Ad quã, inquã, pacẽ Ap̃lus vnà cũ Chr̃o hortat: Si fieri (inquiens) ꝑt, q̊d ex vobis est, cũ Roma. 12
oibus hoibus pacem habẽtes. Cui prouerbiũ accedit: Iniquam pacẽ esse æquissimo bello
meliorẽ. Id q̊d vtinã tam principes q̃ infimi corde perciperẽt. Certe tũ sibi longe melius
consulerent: qui sane viderẽt sibi Christũ. i. eius gratiã lucrari, & res omnes crescere, quæ

K discordia vel maxime dilabuntur. ¶Continget aũt hæc pax, quũ subditi recordabũtur Roma. 13
se omni potestati, tanq̃ à deo datæ, ad obediendũ esse obligatos, & in suo ordine manere. Heb. 13
Superiores vero ad defensionẽ, nõ offensionem se esse datos meminerint. Nimiꝝ, Eccle- Ephe. 6
siastici recordent se suũ à deo habere gladiũ. i. verbũ diuinũ, quo iugulẽt vitia & cupidita- Coloss. 3
tes humanas. Habent & seculares gladiũ suũ ferreũ ad terrendũ malos, vbi ecclesiasticis 1. Petr. 5
parere noluerint, & ad honorandũ bonos. Quia vero suo fortassis gladio vtriq; abutunt,
fit, vt neutri suã dignitatẽ & tranquillitatẽ tueant. Non aũt abutentur, vbi hodierni dicti
euangelici meminerint: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

HOMILIA L. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 3. Hoc est aũt iudicium, quia lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem, &c.

Feria secunda pentecostes.



A Olent plerũq; recte nõnulla ad suũ tẽpus & locũ velideo seruari
& remitti, q̊d aptius quędã vno tpe & loco, q̃ alio, & quidẽ vtilius
tã dici & doceri, q̃ & audiri & intelligi cõsueuerint. Quod cũ nuք
locũ istũ euãgelij tractarẽ. Et cũ venerit ille, arguet mũdũ de p̃ctõ Iohan. 16
de iustitia, & de iudicio, aĩaduertẽtes, partẽ dũtaxat thematis ex-
ponẽdã putaui, q̃o. s. paraclet⁹ mũdũ de p̃ctõ arguat & de iustitia
reliquã vero partẽ ad hodierni euãgelij locũ vtiliter reseruãdam
censui: quippę in q̊ & de iudicio pari mõ dñs disserit, rationẽ red
dens, quare in hoiem mũdanũ pronũciet iudiciũ. i. quæ sit causa
iudicij dãnationis ipsius, vt deinceps rite de iudicio possit argui.

B ¶R̃ndet aũt, hoc eẽ iudiciũ. i. dãnationis causam, qa lux venerit in mũdũ, & dilexerũt
hoies magis tenebras q̃ lucẽ. Et sic q nõ credit in noie vnigeniti filij dei, iã iudicatus ẽ. i. ha
bet i se causam manifestã suæ cõdẽnatiõis: æque vt ille mortuus dr̃, q iã habet causam ma
nifestã mortis, vt q hoiem occidit. Sic Adã mortuus dicebat, qñ peccauit. Quæ tñ causa Gene. 3
dãnatiõis dabit exequutiõi in secũdo Chr̃i aduẽtu. Siquidẽ mortuo ob causam dãnatiõis
manifestã in tẽpus exequutiõis plerũq; fit interpellatiõis locus, adeo vt possit aliquo mõ à
supplicio supremo redimi. Sic & is, q nũc nõ credit, iudicatus ẽ. i. causam dãnatiõis habet,
locũ itidẽ pœniæ habẽs vsq; ad extremũ pũctũ vitę suæ tpis, intra q̊d ad fidẽ se poterit cõ
uertere, quẽ deus nequaq̃ sit abiecturus, q paratus ẽ hoiem (pro cui⁹ salute filiũ suũ vnige
nitũ morti tradẽdũ nõ dubitauit) oñi hora acceptare vsq; ad vltimũ p̃ctõris momentũ.

C ¶Qui velideo ꝑ paracletũ vult mũdũ argui, q̊ suũ peccatũ, videlicet incredulitatis agnos
cat, iuxtaq; cõuertat, aut nõ cõuersus iudicet, quũ iã tũ propterea sciuerit eẽ iudicatũ prin
cipẽ huius mũdi, ad cui⁹ similitudinẽ & sequaces iudicent nõ cõuersi, vtpote, q in incredu
litate ꝑseuerãtes tenebras magis q̃ lucẽ diligũt. Hoc aũt q̊d aliud est, q̃ neglecto Chr̃o &
eo, quo iã iudicatus est mũdi princeps, iudicio sequi eundẽ principẽ in p̃ctis. Q̃nquidẽ ꝑ
tenebras intelligant peccata. Sicut & apud euãgelistã: Qui odit fratrẽ suũ, ambulat in te- 1. Iohan. 2
nebris, & nescit vnde veniat, aut q̊ vadat. Sane p̃ctã, veluti tenebræ, lumẽ veritatis obscu

Iohan.11. rant ac repellũt, ac grã luce amouẽt, oculos'q intellectus obnubilãt, ne videãt, q̃ ad salutẽ
Iohan.12. ptinẽt. Ita quidẽ, vt q ambulat in tenebris.i.pctis, offendit se, qa lux.i.dei gra, in eo nõ ẽ
Iohan. 8.9 siquidẽ lux sit Chrs, q de seipso ait: Ego sum lux mũdi. Et alias: Ego lux in mũdũ veni. Et
Luc. 2 alibi: Quãdiu sum in mũdo, lux sum mũdi. De q̃ euãgelista: Ipse erat lux vera, q̃ illuminat
Matth. 2 oẽm hoiem veniẽtẽ in hũc mũdũ. Et em Chrs a natiuitate, vti lux ort⁹, cõuersatiõe virtutũ,
Iohan. 1. vti lux pgressus, morte vti lux obtenebratus ẽ, resurrectiõe vti lux redijt, depulsis tenebris
Psal. 111. ¶Hæc nimirũ lux in tenebris.i.pctoribus illuxit, at tenebræ suo pprio impedimento eã
Luc. 1. nõ cõprehenderunt, qm̃ magis peccata, quæ hic tenebræ nũcupantur, & authorem pecca D
Esai. 15 torũ.i.diabolũ mundi principẽ, q̃ ipsam lucẽ dilexerunt. Cuius gra iudiciũ sibi acquisie-
Lucæ. 23 runt.i.causam dãnationis. De quo spũs sanctus ipsos mundanos hoĩes arguit p scriptu-
Iohan. 1. ras & pdicantium ora. Quomodo vero arguat, videre est in nuper dictia.
Sap. 2

1. Iohan. 3

HOMILIA LI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 10. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium, &c.

Feria tertia pentecostes.



Matth 23 Git nullo nõ tpe Iesus redẽptor noster, q̃d & doctissimi & fidissi-
Iohan. 13. mi agere solẽt pceptores: nẽpe, q solus idẽ'q vnicus à deo magi- A
1. Cor. 1. ster, dei patris sapia, in qua oĩm sciẽtiarũ thesaurus, oẽs instruẽdi
Coloss. 2 ad doctrinas veras alliciendi modos q̃sierit, q̃ apud auditores dis-
Matth. 10 cipulos pficeret, sui'q illos ĩ omĩ bono fides redderet: qm̃ sufficiat,
2. Timo. 4 vt discipulus sit sicut eius magister, q mõ (vt Paulus admonet) in
omni vel patiẽtia & doctrina increpãdo, mõ vel opportune instã
do, mõ vel importune arguẽdo, obsecrãdo'q discipulũ ad discen
dũ allicere satagit, qui'q illũ aliq̃ñ etiã verbis blãdis, & sermone
plerũq aliũ de recepto mollire solicitius conat. ¶Id q̃d inter oẽs B
vel maxĩe summus ille magister, Iesus Chrs apud suos & discipulos & apud Induratos q̃q
Iudæos factitasse videm⁹, q̃s (vt plurimũ) trãslatitio & parabolico sermõe sibi adiũgere pa
Iohan. 4 terne studuit. Nũc aquã viuã se vocãs, vnde q biberet, cõciperet in sese fontẽ aquæ saliẽtis
Ioh. 8. 9. 12 in vitã æternã. Nũc lucẽ mũdi, q̃ illuminat oĩm mẽtes. Nũc filiũ ac legatũ dei patris, cui q
Iohan. 3 crederet, salutẽ cõsequeret æternã. Sic & hoc q dẽ loco idẽ agit, q̃ magis & altius insideat
Matth. 15 animis oĩm ouiũ, q̃d est totius salutis hũanæ caput.s. neminẽ eẽ posse ducẽ ac pastorẽ, nisi
Mat. 25 prius ipse sit ouis Chri, veri pastoris oĩm ouiũ, q̃ collocãdæ sunt à dextris in die supmo.
¶Ita nimirũ mihi collibet huius euãgelij verba interptari, q̃uis nõ ignorẽ vel maximos C
Coloss. 4 autores aliter exposuisse, qui p ostiũ scripturã ipsam intellexerunt, freti hoc exẽplo Pauli
dicẽtis: Orãtes simul pro nobis, vt deus aperiat nobis ostiũ sermõis ad loquẽdũ mysteriũ
Chri. Quod illi nõ inepte deducũt: nimirũ, qa Chrs dixerit Iudæos esse cæcos in intelle-
ctu scripturarũ, q vtiq Chri aduentũ ex testimonio scripturarũ, quas habebãt, cõsiderare
debuerãt, quod qa neglexerũt, pastores esse nequierũt, q̃s se esse gloriabant, verũ fures & la
trnes. Qm̃ vero Chrs venit p determinationẽ sacræ scripturæ (q̃ & tẽpus & locũ & mo-
dũ veniẽdi determinat, vt alias docuimus) ideo verus pastor sit, quũ & p ostiũ.i. sacrã scri
pturã ingressus est. ¶Atqui vt hũc ego intellectũ, perinde subtilem dixerim, ita minus D
Coloss. 4 hoc loco idoneũ probarim: tũ q apud Paulũ malim ostiũ pro apertura oris seu loquẽdi li
bertate, q̃ pro scriptura accipiẽdũ. Paulus em̃ scripturã edoctus vel ideo eã docere haud
potuit, qm̃ carcere detineret, tum qa nunq̃ velim eẽ interpres, cuius ipse author sit inter-
pres, q nemo suũ sensum melius intelligat, q̃ qui loquit ipse. Quũ proinde Chrs hic seipm
interpretatur, nõ est quod secus exponã. Inquit vero Chrs se dici & esse ostiũ ouiũ. Et il
lum esse pastorẽ ouiũ, qui p ostiũ.i. per ipm ingredit in ouile, qui vero aliunde ingredit,
fur sit & latro. Debẽt vtiq, qui volunt esse pastores (quo vocabulo intelligẽdos duxerim,
reges, principes, epos, platos, psides, & demũ omnes, qui alijs, vel qualibet paucis, psunt)
Iohan. 10 in primis ingredi ouile p ostiũ.i. per Christũ. ¶Porro quid est intrare p Christũ: nisi in E
trando imitari Chrm, q pastor est bonus, idem'q ostiũ. At q̃uo intrauit Chrs In ouile.i. in
Iohan. 3 hũc mũdũ, vnde ecclesiã instituit? Nõ vtiq à seipso intrauit ac venit, sed cũ humilitate, cũ
bona intẽtione. Nimirũ vt saluaret, pasceret'q oues cũ omni subiectione obediẽtiæ. Chrs
em̃ nõ ipsi sibi pastoris nomẽ aut officiũ aut possessionẽ ouiũ vsurpauit, sed à patre iussus
Lucæ. 15 & missus curã requirẽdæ ouis cẽtesimæ, q̃ perierat, obediẽter suscepit, q̃d vel ipse attesta-
Ioh 8 tus est. Neq em̃ (inqt) à meipso veni, sed ille me misit. Qui & nõ semetipm clarificauit, vt
Heb. 5 pontifex fieret, sed q loquut⁹ est ad eũ, dicẽs: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et alio
Psal. 2 in loco: Tu es sacerdos in æternũ, secundũ ordinẽ Melchisedech. Qui adeo gradũ sibi nul
Psal. 109 lũ vsurpauit, vt etiã alibi, regiã dignitatẽ prorsus fugerit, qñ Iudæi in panũ multiplicatio
Matth. 14 ne miraculũ vidẽtes, eũ facere regẽ sategerunt. Nimirũ exemplo nobis, ne ad honores no
strapte adspiraremus, verũ oblatos p humilitate respueremus. Id q̃d ppheta Hieremias

vſqueadeo obſeruauit, vt à deo ꝓdicatũ mittẽdus, dixerit: A, a, a, dñe deus, ecce neſcio lo- Hiere.1
F qui, qa puer ego ſum. ¶Hũc igit vt diſcipulũ, illũ vti magiſtrũ ſeq debemus, ingrediẽdo
ouile, q̃d vbi fecerim⁹, dicemur ꝑ oſtiũ intraſſe. Quo nõ ingredi intelligunt, q vel violẽtia
vel ꝓce, vel fauore, vel ꝓtio, vel aliq̃ priuato cõmodo, vel hoc genus mõ alio, ingrediunt,
Qui nec pñt eſſe paſtores, ſed mercenarij, quũ lanã dũtaxat & lac ouiũ. i. ſua tñ cõmoda, 1.Cor.10
cõtra Chri & Pauli doctrinã, q̃rũt, ideoq; fures ſunt & latrones, & plane pro paſtorib⁹ lu Matth.7
pi rapaces intus, vtcũq; foris ouiũ veſtimẽtis amicti, q̃ pietatis & ꝓbitatis ꝓtextu oues ipſas
facilius decipere poſſint, & à deceptis lucra melius furari, q̃ ſua nõ ſunt, & demũ oues ipſas
in aĩa plerũq; & corpe mactare, q̃d latronũ eſt, q ab onib⁹ plerũq; ſemꝑ, rebus oĩbus ſubtra
G ctis, aufugiũt, oues ipſas lupis & hoſtib⁹ mactãdas relinquẽtes. ¶Id q̃d hauddubie faciũt
quicũq; ꝑ oſtiũ nõ ſunt ingreſſi in ouile, ſed Annæ & Caiphæ ſiles, q reuera aliũde aſcẽde-
rãt, ideoq; nõ mirũ ꝙ furabant & mactabãt & ꝑdebãt, cũ fures & latrones fuerit, vtpote q
H cõtendẽdo irruẽtes, alter ſup alterũ, venale ſacerdotiũ in partes annuas ſciderũt. ¶Cæ 1.Cor.1.
terũ, qa Chrs æterni patris ſapĩa ad eũ modũ phariſæos facere reſciuerit, qui tñ paſtores
videri voluerũt, reſciretq; ille pleroſq; fore, q ſibi ad eũ modũ, vel in hypocriſi eẽnt occu-
paturi ouile, ne ouiculæ ipſæ in illis eo pacto ingreſſis deciperent, mactarent, ꝑderẽturq;
argumẽtũ reliquit, q̃ cognoſcerent veri paſtores à furib⁹ & latronib⁹, ſubindicãs, eos vel
ſolũ dici ac eẽ paſtores, q in ouile ꝑ oſtiũ intrarẽt, q̃ intrarẽt, qui ꝑ ipm intrarẽt. Per ſe in Hebr.5
trarẽt, q ipm intrãdo imitarent. i. q nõ propria authoritate in caulas irruerẽt, ſed (vt Pau 1.Petr.5
lus docet) vocati à deo, ſicut Aaron, eũ ſibi honorẽ haberẽt, q nõ à ſeipſis venirẽt, nec ſe-
ipſos cõmendarẽt, verũ q vel à Chro ſummo miſſi paſtore, vti Aaron, q & ipſe miſſus intra 1.Timo.3.
uit, vel miſſi ab ijs, qbus à deo hæc tradita ẽ authoritas, legitime primũ vocarent, deinde
ordinarent, qui vel eorũ, qui foris ſunt, teſtimonio probati, tandẽ ceu idonei mitterent.
I ¶Quẽ ſane intrãdi ad dignitatẽ vel paſtorale officiũ, ritũ & modũ Chrs primũ exẽplo Marc.3
& abſeruauit & docuit obſeruare, qui eũ dicit paſtorẽ ouiũ, q intrat ouile ꝑ oſtiũ. Hunc ſe- Lucæ.6
quuti ſunt apoſtoli, de qbus euãgeliſta ſcribit: Aſcẽdit in montẽ Ieſus, & vocauit ad ſe, q̃s Matth.10
voluit ipſe. Et fecit duodecim, vt eſſent ſecũ, & vt mitteret eos ad ꝓdicandũ. Quod & apo Acto.13
ſtoli deinde factitaſſe & ſeruaſſe ſat ſupq; intelligunt in ipſo in primis Paulo & Barnaba, q
ꝑ apl'os, ſpũ ſancto monẽte, in opus, ad q̃d accerſiuit ille eos, ſunt ſegregati, vocati, ordi-
nati & miſſi. Ad q̃rũ ſimilitudinẽ vocati & miſſi ad verbi miniſteriũ fuiſſe cæteri nõ dubitã
tur: nimirũ Chri exẽplo & doctrina ad ouile ꝑ oſtiũ palã ingreſſi, ideoq; hoc ordine digni
Quibus oſtiarius. ſ. ſpũs ſanctus, idẽq; Chrs aperuit, vt ipſorũ ſtudiũ ouibus ꝓſit, audito-
K rũ corda ꝑ grãm ꝓueniens. ¶Hi, inquã, digni habent, ꝑ q̃s ſpũs ſanctus ad dei gloriam
auditorũq; ſalutẽ fructus euãgelicos, ſalutiferos operet & nõ ꝑ alios: ſiquidẽ oẽs, quotq̃t
ꝑ eccleſiæ ꝓſides ad ea munia legitime vocati fuerint & inſtituti, nõ aliter q̃ ab ipſo ſpũ q
ꝑpetuo reſidet in eccleſia, cõſtituti credãt. Cæteri vero, q hoc mõ per eccleſiæ ꝓſides rite Matth.28
nec vocant, nec mittunt, ſed ſua temeritate vel alioqui intrudunt, plane fures ſunt & latro
nes, neq; fructifere ꝓdicare poſſunt, qm̃ (vt Apl'us ait) miſſi non ſunt. Qui ꝑ oſtiũ legitime Roma.10
nõ ingreſſi, oſtiariũ propitiũ nõ habẽt, nec oues eorũ voces ad ſalutẽ audire queũt. Id q̃d
etſi teſtimonio ſcripturarũ plus q̃ notũ & verũ ſit, oĩno tñ ipſo facto (q̃d dici ſolet) verũ eſſe
dignoſcit: ſiquidẽ cõſtet, ꝙ q hactenus apoſtatæ & plane nullius frugi hoĩes fidefragi, ſe-
ductores ad ꝓdicandũ ſua ſe potius temeritate q̃ autoritate paſtores & ꝓcones intruſerũt,
nihil prorſus ædificarũt. Verũ ad omne malũ plebẽ ipſam & ꝓuocarũt & imbuerũt. Qui
ꝑperã euãgelicis verbis vſi, ꝑperã etiã profecerũt. In q̃ tam ipſi peccarũt, q̃ qui eos cõtra
eccleſiæ normã admiſerũt, haud ſane neſcij, eos nõ fore paſtores, ſed fures & latrones, q
aliunde q̃ per oſtiũ aſcenderẽt. Sed ita fit, vt in Oſea ſcribit, vt nobis ex furore dat dñs re Oſee.13
gẽ, quẽ nobis nõ per ipm fecimus, nec ꝑ eius conſiliũ, ſed nr̃a potius temeritate, aſpernati
omnẽ Chri & aplorũ doctrinã, qua cõſtat ſolũ eſſe & dici paſtorẽ, qui ꝑ oſtiũ, vti Chrs. i.
L vocatiõe, inſtitutiõe, miſſioneq;, ouile ingredit. ¶Quia vero nihil adeo in repub. ſit cu-
randũ, q̃ habere idoneũ ſuperiorẽ. i. paſtorẽ: ſiquidẽ prouidendũ ſit, vt mẽbra corporis
rite collocent, quãto magis elaborandũ eſt, vt rectũ cõſtituat caput? qm̃ totũ reipub. cor
pus deprauat & perit, ſed q̃d requirit in corpore, nõ inueniat in capite. Ideoq; magnope
re curandũ eſt in electiõe eiuſdẽ, vt ipm ſit idoneũ, in q̃ vt oĩm eſt ſalus, ita & omne inde
M pendet periculũ: quippe, ꝙ capite languẽte, & mẽbra languẽt. ¶In tãta igit re prouidẽ
da ſanctiſſime monuit Apl'us: Manus (inquiẽs) nemini cito impoſueris. Ideo in eligendo 1.Timot.5
ꝓpoſito plane ſequẽdæ ſunt cõditiones, quas hodiernũ euãgeliũ in paſtore bono exigit, q̃
in vno Aarone ſunt repertæ. Quas facile oẽs in virga, qua ille à deo vocatus & electus ſi- Num.17
N gnificabat, eſt inuenire. Siquidẽ ea virga. ¶Primo, ex cõmunitate cõmunis accipiebat:
argumẽto eligendũ reipub. & cõmunitati, q aliorũ, nõ ſua cõmoda quærat, nec ſibi magis 1.Cor.9
proſit q̃ alteri. Vnde Paulus ait: Omnibus oĩa factus ſum, vt oẽs lucriſacerẽ. Nõ quærens 1.Cor.10

quod mihi vtile est,sed q̃d multorũ. ¶Secũdo,erat in ea virga germinatio,delinquentiũ O
Esa.11 correctionē in charitate notās.Vnde Esaias:Egredietur virga de radice Iesse,q̃d interp̄tatur
Sap.1. zelus.Siquidē probata virtus corrigit insipientē.Vnde ad terrendũ malos,inquit Ap̄lus,
Roma.13 gladiũ portat potestas. ¶Tertio,erãt in ea flores,quibus notantur eligēdi bona op̄a,exem
Eccl.4 pla virtutũ & vitæ.Q̃siquidē flores mei(inquit ille)fructus honoris & honestatis.Hinc ad P
1.Timot.4 Timoth.Paulus:Exēplo esto fideliũ in verbo,in cõuersatione,in charitate,in fide,in ca-
stitate. ¶Quarto,in ea erãt frondes & folia,quibus eligēdi notantur piæ & paternæ admoni
Psal.1. tiones ad populũ anteq̃ puniat,cuius foliũ nõ defluat.Hinc Ap̄lus ait:Rogamus vos frēs, Q
1.Thess.5 Corripite inquietos,cõsolamini pusillanimes,suscipite infirmos,patientes estote ad oẽs.
¶Quinto,erãt in ea amigdala significãtia misericordiã & amorē verũ in eligēdo ad po
pulũ,q ita debet regi à p̄lato,vt magis ametur q̃ metuat,& rector malit amari q̃ metui.Id q̃d R
Hebr.5 fit lenitate sermonũ & morũ,Siquidē pium verbũ iram sedat.Hinc Paulus eũ dicit verũ
Nume.17 ep̄m,q suis cõdolere possit.Qui ergo p̄latus ad hunc modũ virgæ Aaron vocatus est,ille
sumpsit à Chr̄o honorē,tanq̃ à dñ̄o vocatus,& p ostiũ ingressus,bñ̄ ouile gubernabit.

HOMILIA LII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,

Ioh.3.Si terrena dixi vobis,& nõ creditis:quõ,si dixero vobis cœlestia,credetis?&c.

In ferijs sanctissimæ indiuiduæq́ trinitatis.



IEsu Christi pijssimi seruatoris nostri ad Nicodemũ sunt verba.Quibus. A
¶Primo,redarguit p̄fidã Iudæorũ incredulitatē,qa illi indurati adeo in B
Christũ & Chr̄o nõ crediderũt,vt ne crederēt quidē,q̃ terrena sunt,si lue-
rim cœlestia.Terrena aũt sunt,q̃ terra quasi crassiore elemēto constãt,vtiq̃
q̃ aliquoties carnalia sunt & animalia,q̃ sensibus vtcunq̃ cõprehenduntur,ra-
tioni in primis obuia,expositaq́.Hinc scriptura:Sum quidē & ego morta-
Sapiæ.7 lis homo,similis oĩbus,& ex genere terreno illius,q prior factus est,& in ventre matris fi
Sap.9. guratus sum caro.Et paulo post:Corpus enĩ quod corrumpitur,aggrauat animã,& terre-
na inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē.Inde terrena appellãt,quæ rudia sunt,
Phil.3 eadēq́ prorsus aperta,& vnicuiq̃ obuia.Et gloria (inquit Ap̄lus)in cõfusione ipsorũ,qui
terrena sapiũt.Sic etiamnũ hoc loco Chr̄s ait,Iudæos ea nõ credere,q̃ terrena sunt,id ē,
quæ perinde in terra fiunt,eaq́ crassiora,omninoq́ credibilia. ¶Quæ erãt illa terrena, C
Iohan.2 q̃ isti nõ credebãt,ab ipso tñ̄ dicta certo futura?Nimirũ,ꝙ is dixerat,templũ aliqñ̄ soluen
dũ,seq́ illud tribus diebus reædificaturũ:nēpe,q̃d illorũ sensu terrenũ erat,cũ ipsi de tēplo
Iohan.19 factũ manu intelligebãt,ille vero de tēplo sui sentiret corporis,q̃d vtiq̃ isti dei p̄missu p
violentiã passionis & crucis soluturi erãt,eiusq́ latus lãcea patefacturi.Quorũ hauddubie
neutrũ fore crediderũt,etsi primũ illi,nõ secũdũ intellexerũt:quēadmodũ & aliàs plerũq̃
factitarũt.Modo(inqt dñ̄s)si terrena dixi vobis.i.quæ sensui vestro sunt terrena(& reue
ra sunt terrena,quõ verba foris sonãt)vltra q̃ sensus vester terrenus nõ ascēdit.Et nõ cre-
ditis,vtpote templũ manufactũ(vt vos intelligitis)à me tã breui tēporis spatio posse fie-
ri,nimirũ longiore ædificatũ spatio.s.quadraginta & sex annis,proinde ab hoĩbus factũ
opus est terrenũ.Atqui ignorãtes,me esse verbũ,quo mũdus,& q̃ in illo sunt,sex diebus
Gene.1.2 condita sunt.Si hæc,inquã,tã terrena,tamq́ intellectu facilia,à me dicta,me facere posse
nõ creditis,quõ credetis,si cœlestia dixero:vtpote,quõ corpus illud meũ cœleste cœlitus
ædificatũ,nõ manufactũ,sed à deo cõditũ,à vobis p passionē solutũ,ego à morte resurre-
cturus reædificarē.i.resuscitarē,vnde demum hoĩes renascerentur,à peccatis resurgentes?
Quomodo,inquã,hæc cœlestia si dixero credetis,qui leuiora & terrena non creditis?
¶Quid si etiã terrenũ dixisset baptismũ,de q̃ hic disputatur?vt q vel ideo terrenus dicitur D
qm̃ in terra sub elemēto sensibili.s.aqua,efficiatur.Vel ideo terrenus,ꝙ ip̄m Chr̄s sensibili
exēplo,vtpote de vēto flante in terra desumpto declararit.Quasi enĩ dicat Chr̄s:Quum
itaq́ alia sit nascēdi ratio,nõ est,q̃d mireris,homini secundũ carnē nato,vt sit filius hoĩs,
eidē secundũ sp̄m esse renascendũ,vt possit eē filius dei,q sp̄ũs est,& aptus regno cœlorũ,
q̃d sp̄ũale est,nõ carnale.Quod si nondũ aĩo cõsequeris,sume tibi imaginē ab ijs rebus,q̃
cũ sp̄ũalibus nõnihil habēt cõgruitatis,& tñ̄ corporeis sensibus percipiunt.Deus simpli-
cissimus est sp̄ũs,proculq́ semotus ab oĩbus sensib⁹ corporeis,sed hic aer,quo vegetamur
& cuius tantã vim & vtilitatē sentimus,qm̃ ad nr̄a corpora collatus,subtilior est,sp̄ũs di-
citur.Atq́ hic sp̄ũs nõ cohibetur hominũ arbitrio,sed impetu suo fertur,quo visum est,per
oĩa sese diffundēs,mirificã vim inferēs rebus corporalibus,aliqñ̄ vitã adferēs,aliqñ̄ mor
tē.Nunc trãquillus ac tacitus,nũc rursus violētior.Interim ab oriente spirãs,interim ab
occidēte,interim ab alijs atq́ alijs mũdi partibus,& effectu se prodit,ac vocē illius audis,
quũ nullũ corpus videas,nec sit,q̃d possis manibus apprehēdere.Sentis p̄sentē,nec videa
venientē,nec vides quo se proripiat abiens.Tale quiddã habet hæc sp̄ũalis natiuitas.Ar-
canis

ſanis afflatibus mẽtes hoĩm à dei ſpũ rapiunt ac trãſformant. Vis ex effectu ineffabilis ſentitur, nec tñ oculis cernit, id q̃d agit. Et q ſic renati ſunt, nõ iam agunt humano, carnalíq; ſpũ, ſed ſpũ dei, q viuificat ac moderat oĩa. Sic renati, ex deo nati dicunt, nõ ex ſanguinibus, nec ex volũtate viri. Ob hæc, inquã, fortaſſis baptiſmũ dixit terrenũ, veluti nõ infimi Iohan.1.
E autores ſenſerũt. ¶Quãuis equidẽ vel ideo terrenũ dici putẽ, ſermonẽ de tẽplo reædificãdo, qm̃ de ipſo nõ ad vnũ ipm̃ Nicodemũ dũtaxat, ſed ad plurimos Iudæos Chr̃s erat locutus: queãdmodũ hic nõ vnitatis, ſed multitudinis nũero vſus: Si (inq̃t) terrena dixi vobis & nõ creditis, qũo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? Non vtiq; ſolũ Nicodemũ, ſed & ſcribas potius ac phariſæos intelligẽs, cõtra q̃s paulo ſupra diſputarat. Niſi diceres, Nico
F demũ nõ ſolũ ad Ieſum veniſſe, ſed cũ comitatu, vt ẽ principis. ¶Sed qd, ſi adhuc baptiſmũ Chr̃s dixiſſet terrenũ? Qui nimirũ nihil aliud q̃ natiuitas ſpũalis. i. ex aqua & ſpũ regeneratio plane ſit terrena, vtpote cõparata ſtupẽdæ illi natiuitati, q̃ eſt ex ſubſtãtia patris, Eſa.53
quã & illi quærẽtes & deniq; à Chr̃o auditã nõ crediđiſſent. Nẽpe ſecundũ quã Chr̃s à patre diuinitus ẽ ab æterno generatus, cũ ab vtroq; ſpũs ſanctus ꝓcedat, q̃ tandẽ mõ trinitas Acto.8
ꝑſonarũ in vnitate eſſentiæ diuinæ oĩno cõſtituit, & ſic diuina illa natiuitas eluceſcit adeo admirãda, vt de ea nõ immerito ꝓpheta exclamarit: Generationẽ eius qs enarrabit? Qui locus tanq̃ ſtupẽdus & difficillimus à diuo Philippo ẽ Eunucho illi explanat⁹. Eapropter Chr̃s ſolus, idẽq; mitiſſimus, doctiſſimusq; magiſter: Quũ vobis (ait) hactenus dixerim de tẽplo materiali, vt ipſi intelligitis, & de baptiſmo. i. regeneratiõe ſpũali, q̃ tñ pene terrena ſunt, & tñ non creditis, qũo credetis, ſi dixero vobis cœleſtia. Nimirũ nullo ſenſu nec
G captu humano perceptibilia? ¶Secũdo, proinde documẽtũ hic dedit Chr̃s, ea q̃ difficiliora ſunt, myſteriáq; ſecretiora, infirmioribus vel ſiniſtre quærẽtib⁹ minime detegi oporteret: Nimirũ, q illi ꝓpterea ſe aliq̃ñ magis ſcãdalizãt q̃ ædificãt. Hinc aliàs Chr̃s inq̃t: Nolite ſanctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas vr̃as ante porcos, ne forte cõculcent eas Matth.7
pedibus ſuis, & canes cõuerſi dirumpãt vos. Hinc Paulus ait, ſe ſapiẽtiã inter ꝑfectos tantũ docuiſſe. Quod vtinã hactenus à nr̃is fuiſſet cuſtoditũ, profecto tãtus ſacramẽto eccleſiæ & fidei catholicæ, eiuſdẽq; miniſtrorũ deſpectus nõ eẽt ſubſecutus. Tutius igit Chr̃m 1.Cor.2
hodie ĩ hoc genus fidei myſterijs & difficiliorib⁹ rebus imitabimur, dicẽtes ad ſimpliciores & carnales q̃q; hoĩes, vbi altiora curioſius interrogauerint. Si terrena dixerimus vobis, &
H nõ creditis, qũo, ſi dixerim⁹ vobis cœleſtia, credetis? In q̃bus etiã verbis. ¶Tertio Chr̃s monet, ne nimis alta qs inueſtigare conet. Id q̃d admodũ ſapiẽter q̃q; admonet Ap̃ſus: Diuitibus (inquiẽs ad Timo.) huius ſeculi ꝓcipe, nõ ſublime ſapere. Et aliàs: Noli altũ ſapere, 1.Timo.6
ſed time. Et rurſus: Nõ plus ſapere q̃ oportet, ſed ſapere ad ſobrietatẽ. Quod & Eccleſiaſticus monet: Altiora te, ne quæſieris. Plurima quidẽ ſupra ſenſum homini oſtẽſa ſunt tibi, q̃rũ ſuſpitio multos ſupplãtauit, & in vanitate ſenſus eorũ detinuit. Hinc recte cũ Chr̃o Roma.11.12
hodie dicemus ad eos, q tã ſubtilia ſupra captũ quærũt. Si eñ terrena dixerimus vobis, & Ecci.3
I nõ creditis: qũo, ſi dixerim⁹ vobis cœleſtia, credetis? Quibus & ille verbis innuit. ¶Quarto, ea q̃ ſunt cœleſtis vel miraculoſæ doctrinæ, nõ humanis ꝑcipi ratiõibus, ſed fide potius cõprehẽdi. Hinc aliàs dñs ait: Si potes credere, oĩa poſſibilia ſunt credẽti. Et alibi ad duos Marc.9
cæcos clamãtes: Miſerere nr̃i, fili Dauid, ait: Creditis, q a poſſum hæc facere vobis? ſecundũ fidẽ veſtrã fiat vobis, & aperti ſunt oculi eorũ. Et iterũ apud Marcũ: Noli timere, tantũmodo crede. Et vere quidẽ, q a nõ eſt impoſſibile apud deũ omne verbũ, quũ (vel Paulo Matth.9
teſte) nihil vnq̃ ſit tã arduũ, q̃d fide credentiũ non fieri poſſit. Hinc Eliſabetha ad deiparã Mariã: Et beata q̃ credidiſti, qm̃ ꝑficient ea, q̃ dicta ſunt tibi à dño. Igit ſi ſunt, q illa q̃ altioris ſunt & fidei & intellectus credere nolẽtes altius q̃ſierint, ad eos recte dicemus cum Marci.5
Chr̃o hodie: Si terrena dixim⁹ vobis, & nõ creditis: qũo, ſi dixerim⁹ vobis cœleſtia, crede Luc.1.
K tis? In q̃bus verbis. ¶Poſtremo occultũ admonet, Ea q̃ fidei ſunt, qm̃ vltra captũ ſunt humanũ & vltra naturã & omnẽ rationẽ, humanis rõnibus nec poſſe ꝓbari nec oſtẽdi (dicit eñ Ap̃ſus, fidẽ nõ eſſe in ſapiã hoĩm) ſed q̃dẽ argumẽtis æque atq; exẽplis ꝑſuaſibilib⁹ Heb.11.
debere à nobis tãtũmodo doceri. Id q̃d primũ Chr̃s hodie fecit, q exceſſa dogmata tãgẽs Luc.1
propter audiẽtis infirmitatẽ ſe detinet, nec illis ſua magnitudine dignis immorat, ſed magis ad exẽpla q̃ condeſcenſionẽ habẽt, accedit, qui ſciebat illis altiora & cœleſtia minime 1.Cor.2
credibilia, q quæ ante oculos & tanq̃ terrena erãt, nõ credebãt. Sic ab angelo diuæ Mariæ Lucæ.1.
viri nõ conſciæ, & tñ filiũ pariturę, ideóq; rogãti, qũo idipſum fieret, quũ virũ nõ cognoſceret, Nihil aliud eſt reſpõſum (ſiquidẽ fidei erat de incarnatiõe Ieſu Chr̃i negotiũ) q̃ ſpũs ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideóq; & q̃d naſcet ex te ſanctũ, vocabit filius dei. Et mox miraculo in Eliſabetha tantũ myſteriũ certo futurũ ꝑſuadere ſatagit. Sic Paulus alibi fidẽ reſurrectiõis mortuorũ oſtẽdere volẽs, quo vtitur argumẽ 1.Cor.15
to dialectico? Nullo nimirũ, niſi vnico ꝑſuaſibili exẽplo de grano, q̃d ſeminatũ nõ viuificatur, niſi prius moriat. Nudũ vtiq; granũ ſeminat, vtpote tritici, q̃d prorſus mortuũ, re-

niuiscit deniq;, sic & homo resurgẽs. Si id in causa fidei resurrectionis Paulus, quippe tan
1. Cor. 12 tus ad oĩa Apl'us, qui in tertiũ raptus cœlũ, vel incõprehensibilia audiuit? Qui vtiq; incre-
dulis & vltra quærẽtibus respondisset: Si terrena dixi vobis & nõ creditis: quõ, si dixero vobis
cœlestia, credetis? ¶ Quid nosipsi hodierna die disputemus de summa, eadẽq; gloriosiss.
diuinæ vnitatis trinitate, cui hæc dies est dicata? vtpote altissimo fidei articulo, q nullo pt L
ingenio, nec aliqua via cõprehẽdi, q̃d summæ trinitatis mysteriũ, nõ nisi diuina reuelatio
Marci. vlt. ne capit: de quo tantũ credere debemus, q̃tũ ipsa, nostrũ sciens imbecillũ captũ, referare
Iohan. 3 nobis & patefacere dignata est. Verũ, qd aut q̃tũ illa nobis de se reuelauit? Reuelauit, in-
Heb. 11. quã, nobis de bñdictissima trinitate spũs sanctus in Cõcilio Niceno, symboloq; Athana-
siano epõ Alexãdrino, fortissimo cõtra Arrianã impietatẽ athleta, ecclesia deniq; vnani-
miter accedẽte, Fidẽ catholicã, sine q̃ nemo saluat, hãc esse, vt vnum deũ in trinitate, & tri
nitatẽ in vnitate cõfiteamur, veneremurq;. Neq; cõfundẽtes psonas, neq; substãtiã separã
tes. Sic trinitatẽ in diuinis nihil aliud eẽ definimus, q̃ vnã ad oĩa in trinitate psonarũ, pris,
filij, spũsq; sancti deitatẽ. Sũma enĩ & supsancta trinitas vnus ẽ deus. Et sane in cõfessiõe
veræ sempiternæq; deitatis in psonis adorãda est & profitẽda proprietas: qñquidẽ cuiq;
psonarũ sua ẽ singularis proprietas, p quã habet discretionẽ ab alijs. Vt patris proprietas ẽ,
esse ingenitũ, Filij, eẽ genitũ, Spũs vero sancti, procedere. In essentia vero deitatis, adorã-
da ẽ vnitas. Nã patris & filij & spũs sancti vna ẽ essentia, substãtia & natura. Deniq; in ma
iestate deitatis, adorãda ẽ æqualis ad oĩa. Nã æqualis ẽ maiestas patris, filij, & spũs sancti:
vt nõ sit maior patris virtus & potestas, q̃ cæterarũ psonarũ, aut minor filij, aut spũ sancti,
q̃ patris, sed sunt ipsæ tres psonæ, maiestate, sapiẽtia, bonitate, pfectiõe coæquales, virtuteq;
pares. Hæc nimirũ vnã cũ mysterio Chri humanitatis, catholica ẽ fides, quã nisi quisq; in
tegrã, inuiolatãq; seruauerit, absq; dubio in æternũ peribit. Hæc, inquã, profitẽda sunt &
credẽda de sanctissima in diuinis trinitate, quã nullũ vnq̃ alicuius ingeniũ adeo excogita
re, quo pacto res haberet, & discutere potuit, vt quo quis altius eo tendere p rationẽ sate-
git, hoc depressius ceciderit, & quo quis propinquius eo adspirarit, hoc remotius discesse
rit. Id quod in infelici hæresiarcha Arrio, eiusq; sequacibus supra modum est notum.
¶ Ad quos, quia eã ipsam sanctã trinitatẽ rationibus vel negare vel inuenire moliti sunt M
recte dici potuisset à quopiã Christiano: Si terrena dixi vobis, vtpote in euãgelio protri-
ta, & nõ creditis, quõ credetis, si dixero cœlestia? Absit igit, vt quis tã arduũ, tam profun-
dũ, tã cœleste ex omni parte gloriosæ trinitatis mysteriũ, aliqua dialectica, eaq; humana
rõne peruestigare tentet, q̃ sit nefas & adeo stultũ, vt fortassis iã nõ sit stultitiæ arguẽdus,
Luc. 1 qui cocleari in paruiusculã foueã oceanũ effundere velit. Quid ergo in negotio tã arduo
faciundũ? Quo cõfugient infirmi? Vtiq; ad fidẽ, qua pie oĩa credunt cũ merito. Siquidem
Iohan. 20 diua Maria ideo fuerit dicta beata, qm̃ angelo, q̃d apud hoĩes impossibile est, crediderit.
Sic à Chr̃o beati tradunt, qui credũt & nõ viderũt. s. nec carnali oculo, nec intellectuali.
Marci. 9 Quũ vero qs ad fidẽ tãtæ rei se sentit paulo imbecilliorẽ, is exclamet cũ illo de turba, cui
Luc. 17 filius erat mutus à maligno spũ: Credo (inquiẽs) dñe, adiuua incredulitatẽ meã. Exclamet
inquã, is cũ apl'is: Dñe adauge nobis fidẽ. Quod si fecerit, futurũ est, vt q videbat fide infir
mus, erit vel maxĩe fidelis, q̃d totũ deo attribuit, se crediturũ innuẽs, quatenus in sua sit fa
Ephe. 2 cultate. Verũ, fides dei donũ est, Apl'o adfirmãte. Ita nimirũ habes meũ cõsiliũ circa nego
tiũ sanctissimæ trinitatis, quã puto tutius adorandã in vera essentiæ vnitate, quã perscrutã
dã rõne, q̃ nulla est in ea re, q fidei est. Cæterũ, quõ satisfaciemus crasso illi, rudiq;, adeoq;
instãter percontanti Nicodemo. i. vnicuiq; in fide de sancta trinitate imbecillo, infirmoq;
ad credendũ Christiano, ne rei difficultate & admiratione cõpunctus scãdalizet, retroq;
1. Petri. 3 cedat? Qui vtiq; à doctore vere Christiano vtcũq; est adiutandus. ¶ Equidẽ Christum N
summũ nostrũ doctorẽ sequuturus in tã ardua causa, tã excelsorũ dogmatũ ad ea, quæ cõ-
1. Cor. 5 descensionẽ habent, cõfugiam, more Pauli, exẽplis persuasiuis, seu (vt appellãt) inducti-
nis ad credendã trinitatẽ personarũ in simplicitate vnitatis, vsurus. ¶ Et sane deum esse O
trinũ in personis, & vnũ in essentia, persuaderi potest scripturis, figuris, creaturis.
1. Iohan. 5. ¶ Scripturis, apud Iohãnẽ: Tres sunt, q testimoniũ dant in cœlo, pr̃, verbũ, & spũs san-
Matth. 28 ctus, & hij tres vnũ sunt. Chr̃s apud Matth. Euntes baptizate oẽs gentes, in noĩe patris &
Galat. 4 filij & spũs sancti. Et Paulus: Qm̃ autẽ estis filij dei, misit deus spm̃ filij sui in corda vestra
2. Cor. 13 clamantẽ: Abba, pater. Et idẽ: Gratia dñi nostri Iesu Chr̃i, & charitas dei, & cõmunica-
Romañ. 11. tio sancti spũs sit semper cum oĩbus vobis. Idem: Qm̃ ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt
oĩa, ipsi honor & gloria in secula seculorũ. Sic in hodierno euangelio trinitas personarũ
exprimit. Persona quidẽ filij loquitur, persona patris exprimitur, qñ dicitur: Scimus, quia
à deo venisti magister. Persona spũs sancti, quũ dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
Iohan. 10 spũ. Hinc etiã filius vel solus loquẽs, pluraliter inquit: Quia q̃d scimus, loquimur, & quod
Iohan. 17 vidimus, testamur, & testimoniũ nostrũ non accipitis. Et hoc quidẽ coniunctim, deinde
discretim. De patre Chr̃s: Ego & pater vnũ sumus. Pater, clarifica filiũ tuũ: Iterũ: Psaltes

Dñs dixit ad me, fili⁹ me⁹ es tu, ego hodie genui te. De spū scṫõ. Psal. Emitte spm̃ tuũ & cre- Psalm. 2
abunt. Et quãlibet ex ijs tribus psonis eẽ æque deũ oñdit pphecta, ioquiẽs: Benedicat nos Psalm. 103
deus. s. pr̃, deus nr̃. s. filius, bñdicat nos deus. s. spũs scṫũs. Et vt iotelligat voitas eẽntiæ sub Psal. 66
iũgit: Et metuãt eũ oẽs fines terræ. Accedit Euãgelistæ testimoniũ, vt supra itẽ notatũ est.

Q ¶ Io figuris trinitas in vnitate deitatis. Qñ Abrahæ stãti in meridie io cõualle Mãbræ Gene. 18
occurrerũt tres viri. s. angeli in figura humana, q tres vidẽs, vnũ adorauit. Vidit & Esaias Esaiæ. 6
dñm sedeotẽ &c. & Seraphio clamãtia: Sãctus, sanctus, saoctus dñs deus Sabaoth. Itẽ Io- Matth. 3
hannes Baptista vidit filium dei baptizatum io carne, Patrem audiuit in voce loquentem
Hic est filius meus dilectus. Spiritum sanctum io forma columbæ. Et trinitas quoque

R ¶ In creaturis notat, qñquidẽ vniuersum sit vnũ à deo totũ creatũ, distĩctũ in triplex ge-
nus creaturaꝝ, qñ vnũ ẽ substãtiaꝝ spũaliũ. i. angeloꝝ. Aliud genus substãtiaꝝ, ptim spũa-
liũ, partim corpaliũ, vt hoim. Tertiũ est substãtiaꝝ oino corpaliũ. Et io hoie q̃q; trinitas
repñtat. Nimiꝝ vna est hoĩs aĩa, tres hñs potẽtias, quaꝝ voa nõ ẽ altera. s. memoria, itelle-
ctus & volũtas. Et vna scd̃m actũ ab alia pcedit. Intellect⁹ em̃ nõ intelligit nisi mẽoriæ il-
lud occurrat. Et volũtas nõ vult nisi q̊d mẽs recolit, & ĩtellect⁹ aliq̃ mõ intelligit. Sic pr̃ &
fili⁹ & spũs scṫũs tres psonæ, voa substãtia, voa eẽotia. Et filius qdẽ nascit de prẽ. Spũs san-

S ¶ Cui oimiꝝ summæ trinitati, simplici deo, vna est diuinitas (ctus pcedit ab vtroq;.
æqualis glĩa, coæterna maiestas. Siqdẽ pr̃ cũ vnigenito filio suo & spũ scṫõ, vnus est deus
vnus est dñs. Nõ in vni⁹ singularitate psonæ, sed in vnius trinitate substãtiæ. Quod em̃ de
prẽ (ipso reuelãte) credimus, hoc de filio eius, hoc de spũ scṫõ, sine differẽtia discretionis
sentimus. Ita qdem (vt diximus) in cõfessiõe veræ sempiternæq; deitatis, & in psonis pro-
prietas, & in essentia vnitas, & in maiestate adoret æqualitas. Et hæc de sanctissimæ trini-
tatis in vnitate, & vnitatis in trinitate psonaꝝ mysterio, q̊d secus inuestigare temeritas ẽ,
credere pietas, nosse vita æterna, quã certe habituri sunt, q & terrena iuxta atq; cœlestia Iohan. 17
credũt, & hãc de trinitate catholicã fidẽ tenẽt (Chr̃o teste) q ait: Hæc ẽ vita æterna, vt co- Lucæ. 1
gnoscãt te patrẽ, ad quẽ loquebat Iesum Chr̃m, q est fili⁹ eius, quẽ misisti. i. incarnari fe-
cisti, quod opus est spũs sancti, quo operante, idem in vtero Mariæ conceptus est.

¶ HOMILIA LIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST: Iohannis. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus &c.

In ferijs sacrosancti corporis Iesu Christi.

A Matth. 24



Erbum est Chr̃i Ieso ipsissimæ veritatis adeoq; veꝝ, vt ipm̃ non Marci. 13
trãseat, cœlũ vero & terra sint trãsitura. Adeo (inquã) veꝝ, vt vel Lucæ. 21
pphecta ipm̃ pmanere in æternũ dixerit, qppe q̊d (vt scriptura te- Psal. 118
stat) imutari oõ possit. Q̊d & Petr⁹ adeo viuũ nũcupauit, vt plane Nume. 21
in æternũ sit pmãsuꝝ. Nec qdẽ miꝝ, quũ ab eo sit dictũ, q & ipse 1. Petri. 1
ab æterno sit verbũ, ipsaq; veritas & vita, q̃ iuxta pphetã, à gene- Iohã. 1
ratiõe in generationẽ est pmãsura. Cui (vt scriptura dicit) cõtra- Iohan. 14
dicendũ nõ est, qm̃ ab eo pcessit, q verus deus est idemq; hõ, qui Psal. 118
(teste Apl̃o) metiri neqt. Qui solus potẽs, solus verax, solusq; ad Eccl. 4
oĩa mirabilis. Verbum hoc (inquã) est in multaꝝ positũ ruinam Titum. 1
& lapis factũ est scãdali, in quo psidi Iudæi, exq; dñi discipulis, adeoq; scãdalizati haud sa- Esai. 8
ne pauci, vt iocõparabilem magistrũ deseruerint, ab eoq; defecerint, & retro abierint. 1. Pet. 2

B ¶ Hoc (inquã) est verbũ ei⁹ verbi, cuius verbi oĩpotẽtia, qcqd in cœlo ẽ ac in terra, factũ Gene. 1
est, cui nihil ẽ impossibile, cui⁹ dicere ẽ facere, qm̃ vt ait pphecta: Dixit & facta sunt. s. vni- Psal. 144
uersa. Hoc ẽ (inquã) verbũ adfirmãs, q̊d alio in loco (vt est apud tres euãgelistas & Apl̃m) Matth. 26
confirmatum & impletũ, vtpote qñ Chr̃us Iesus verbum illud p quod oĩa facta sunt, in Marci. 14
qua nocte tradebat, accepit panẽ, & grãs agẽs, fregit, & dixit: Accipite & mãducate: Hoc Lucæ. 22
est corpus meũ, q̊d pro vobis tradet. Silr̃ & calicem postq̃ cœnauit, dicens: Hic calix no- 1. Cor. 11
uum testamẽtum est in meo sanguine. Hoc igit verbo confirmat ac complet, quod illo ad-
firmat. Id quod dictio futuri tp̃is dabo, quo contextus vtit plane commonstrat. Et haud
dubie, veritate loquente, caro tunc re ipsa cibus, quæ paulopost vsu quoq; ipsis discipulis
in cœna cibus erat futura. ¶ Hic sane cibus vt apertũ haberet veritatis testimoniũ, sanctus
dudũ figuris est psignatus. Cum Isaac immolabat, agnus paschæ deputabat, mãna prĩbus
dabat. Sane immolatio ipsius Isaac destinata & proposita ab Abrahã prẽ suo, typũ gessit
immolatiõis in cruce, à deo prẽ nobis & in cœna exhibitæ. Sic pariter agni paschalis immo- Gene. 22
latio, facta à pp̃lo Israelitico Aegyptũ egressuro, figura fuit oblatiõis ipsius Chr̃i in cruce Exod. 12
cuius memoria (Chr̃o & Apl̃o eius testibus) potissimũ p hoc recolit mysteriũ. Figura fuit
manna de cœlo pariter pp̃lo Israel quadraginta annis datum, q̃ diu. s. demorati sunt in Exod. 16

deserto. Et recte q̃dem huius sanctissimi cibi figura fuit mãna q̃ nob in hac vita pegrinãti-
Iohã. 6 bus datus ẽ, ceu sup cœleste mãna, vt ipo q̃si viatico, p̃ſctis vitæ cursum trãsigamus, & terrã
1. Cor. 11 pmissiõis deniq; subeamus. Id q̃d sane dignis & digne sumẽtibus p̃stat caro Chr̃i nobilis-
sima, vel Chr̃o adfirmãte: Qui mãducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ, habet vitã æter-
nã. Malis vero & irreuerẽter sumẽtibus iudiciũ, p̃bet. Siq̃dẽ Paulus dicit: Qui mãducat &
bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat & bibit. Et plane idẽ cib' rite p̃paratis ad eũ suscipiẽdũ
est salutifer, min' vero dispositis exitialis & mortifer. Nimirũ ĩdigne sumẽtes rei sunt cor-
poris & sanguis dñi, q̃nquidẽ in filiũ dei Iesum Chr̃m, in dñm & deũ suũ peccẽt, q̃ hic est
vere cũ suo corpe q̃d p nobis in ara crucis crucifixũ ẽ. Et cũ suo sanguie, q̃ inibi effusus ẽ.
Vere (inq̃) sub specie panis & vini. Nec ẽ ĩterrogãdũ q̃ pacto, quũ succurrat ei' verbũ, q̃ cœ-
Lucæ. 1 li sunt firmati, q̃ oĩa sũt creata & q̃dẽ ex nihilo, cui nihil vnq̃ ẽ ĩpossibile, cui succedat fides
& q̃d ĩpossibile nobis fuit visum, plane erit possibile. Et pie tãdẽ fide ĩtelligemus, q̃d oculis
Apo. 2 nõ videm'. Id q̃d certo certi' arguit ille. Dabo (inquiẽs) vincẽti. s. imũdiitã cordis & cor-
poris mãna abscõditũ. Mãna q̃dẽ Chr̃o teste, carnẽ chr̃i verã, sub specie panis & vini latẽ (tẽ.
¶ Et vt paucis doceam', q̃d Chr̃iano hoĩ de hoc sanctiss. eucharistiæ sacr̃o, sit cre- C
dẽdũ. Scire velim oẽs Chr̃i Iesu corp' hic eẽ tã noĩe q̃ re & effectu, specie tñ differre.
Iohan. 14 ¶ Noĩe (inq̃) est, q̃m summ' ille cœloꝝ põtifex, q̃ eũ sit ipsa veritas, noĩa nõ vana reb' im- D
ponere solet, adeo fortiter nomẽ hoc impr̃ssit, vt nõ saltẽ diceret: Hoc vocet corpus meũ,
hoc vocet sanguis meus, sed hoc ẽ (inq̃t) corp' meũ, hic ẽ sanguis meus. Nõ (inq̃t) figurat,
signat, notat, quẽadmodũ nõnulli (q̃ nup lati' ostẽdim') cauillati sunt, sed iniq̃ter mẽtiẽtes,
q̃ verbo dñi, cui nihil oĩno addẽdũ ad suã libidinẽ adĳcere tẽtarũt, & sic obruere veritatẽ,
cui' vmbra trãsit, cõtra quã ne portæ q̃dẽ inferi p̃ualebũt. Nec p̃nt illi aliquẽ hic offende-
re tropũ, q̃ nullus hic ẽ, vtpote inutilis, q̃d hoc Chr̃i verbũ nullo tropo ĩdigeat. Cæteꝝ q̃a
Chr̃s fore sciebat, q̃ suũ eẽnt adulteraturi verbũ, & hoc ipm cõtra suã volũtatẽ expositui,
q̃d ipsemet exposuit, adiecit hodie: Caro mea (inquiẽs) vere ẽ cib', & sanguis me' vere est
L. errore c. potus. Vere (inq̃) adiecit. i. nõ falso, nõ fantastice, nõ ænigmatice, nõ typice, nõ figuratiue.
de testa. Quo nimirũ verbo adfirmãdi & verificãdi prudẽtiss. mgr̃ oẽm figuratiuã sup hoc verbo
L. inter stipu. locutionẽ & ĩterp̃tationẽ exclusit, q̃ & ipse potuisset & debuisset (si opus fuisset) clarius ex-
ff. de verbo ponere, quũ eẽt testator, q̃ nullo mõ p̃sumit obscure loq̃ & testari. Taceo Chr̃m veꝝ &
obliga. fidelissimũ testatorẽ, in eo q̃dẽ testamẽti articulo, in q̃ sciebat tot ĩpios scãdalizatũ iri. In
Iohan. 6 quo vel ipso p̃nte, multi adeo sunt scãdalizati, quũ audirẽt eius carnẽ eẽ cibũ. vt increduli
plane apostatæ retro abiuerint. Quos vtiq; ille debuisset tanq̃ misericors redẽptor saluos
cõseruare clariore quopiã verbo, si q̃d adfuisset, aut si aliud q̃ verã suã carnẽ intellexisset.
At certe ap̃lis post ascensionẽ spũ sancto repletis interp̃tandũ relinquere debuisset.
Ephe. 1 ¶ Qui & ipse ne forẽt, q̃ alio in loco voculã corpus p ecclesia, quã apud Paulũ habet si- E
Coloss. 1 gnificatione exponerẽt, sapiẽter & caute adiũxit, q̃d p vobis tradet. Sane ecclesia p no-
bis nõ ẽ tradita, sed p ecclesia. i. fideliũ cõgregatiõe (quæ Chr̃i corpus mysticũ est) traditũ
est Chr̃i corpus. Præterea, ne in aliũ modũ exponeret dictio corpus, ipsemet hoc hodie
exponit, corpus meũ, inquiẽs. i. caro mea ẽ vere & nõ figuratiue cibus. Erubescãt igit imo
cõtremiscãt, q̃ oreten' nunq̃ nõ, & q̃dẽ vere clamitãt, verbo dñi (q̃d sit veꝝ æternalr̃ man-
suꝝ) nihil eẽ neq; addẽdũ nihilq; adimẽdũ, & huic tñ dñi verbo cõtra oẽm sensum addũt
tot falsas, ineptas, excogitatas, & plane impias interp̃tatiões, q̃bus os suũ in cœlũ ponẽtes
Chr̃m moliunt docere, eundem tam ignauiæ q̃ impotentiæ & mendacĳ arguentes.
¶ Quid (q̃so) illis putemus mercedis à deo futuꝝ ob tãtam & temeritatẽ & impietatẽ? F
Apo. vltio Certe nihil aliud q̃ horrendã illã in Apocalypsi maledictionẽ in eos, q̃ verbis dñi addũt.
Si q̃s apposuerit ad hæc, apponat sup illũ deus plagas scriptas in libro isto. Et si q̃s dimi-
nuerit de verbis p̃phetiæ huius, auferat deus p̃tẽ eius de libro vitæ & de ciuitate s̃ctã. An
nõ sunt verba dñi: Caro mea vere ẽ cibus: Hoc ẽ corpus meũ? An nõ illi adĳciũt, & detra-
hũt, q̃ tã praua demẽtatiõe sensum ĩducere conant, de q̃ tãtus author, deus & hõ, nusq̃ est
locutus, q̃ neq; de eo sensit, q̃ neq; ascẽdit vnq̃ in cor eius. Id q̃d apud oẽs euãgelistas tam
ex p̃cedentibus q̃ sequentibus verbis, & ĳs quidẽ signãter p̃latis, est sole clarius videre.
Iohan. 15 ¶ Nec obstat ab eodẽ pariter dictũ: Ego sum vitis. i. sum figura vitis & habeo silitudinẽ G
vitis, q̃m nõ signãter dicit: Ego sum hæc vitis. Præterea Chr̃s inibi manifeste cogit ĩtelligi
tropũ, q̃n dicit subseq̃ndo. Sicut palmes nõ p̃t fructũ ferre à semetipo, nisi mãserit in vite,
sic nec vos, nisi in me mãseritis. Nec hoc obstat: Petra aũt erat Chr̃s. i. significabat Chr̃m
1. Cor. 10 q̃nquidẽ figuralr̃ id esse dictũ Paulus clarissime ostẽdit. Hæc aũt (inquiens) oĩa in figurã cõ-
tingebãt illis. Quid multa? Nullus est plane locus, in q̃ de venerabili eucharistia aliquem
possis ĩuenire tropũ, q̃ppe q̃ nõ mõ hic sit inutilis & mĩme necessarius, veꝝ plane p̃nicio-
sus, q̃ vniuersas destrueret scripturas, quemadmodũ alias copiose ostẽdim'. Est itaq; in hoc
sanctissimo eucharistiæ sacr̃o, corpus Chr̃i vero noĩe, nec est quod repugnet.

¶ Est &

H ¶Est & re ipsa. Nimirũ q̃a sctm̃ sctõrũ ẽ, qm̃ vere in illa specie, q̃ tradit' & lãceat' est, ipse Dani. 9
sctũs sctõrũ est, quũ vel ipse dicat: Hic ẽ panis, q de cœlo descẽdit. Quis ãt nisi fili' hois de Johan. 6
cœlo descendit? Qui & in cruce exaltatus est, sicut à Mose quondã serpens ille æneus. Johan. 3

I ¶Est & effectu ipso, q̃a q̃ vere ĩ specie, q̃ pepẽdit in cruce, remissionẽ pctõrũ opatus ẽ oĩ Numer. 21
bus q illũ expectauerĩt ab origine mũdi cũ fide, à iusto Abel vsq; ad latronẽ, quẽ ĩ cruce cõ Apoca. 13
fitẽtẽ suscepit, tã vere sub istis specieb' panis & vini eãdẽ opaт remissionẽ pctõrũ oib' q in Luc. 23
geesti sunt, vl ĩgrediunт ad eãdẽ fidẽ, postq̃ illa spẽs hic trãsiuit, & sese in cœlũ recepit, quũ
& ipse Chrs dixerit: Panis quẽ ego dabo, caro mea ẽ p mũdi vita. Et paulop': Qui mãdu
cat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ, hʒ vitã æternã, & ego resuscitabo eũ ĩ nouissimo die.

K ¶Differt ãt hoc corp' specie q̃d & plurimũ pdest, nõ mõ ne color aut sapor sanguĩs hu
mani horrorẽ sumẽtib' vllũ faciat, sed vt cõpetẽti antidoto, nimia parẽtũ nrõrũ curet cre
dulitas. Crediderĩt em̃ deceptori diabolo, ĩ eo q nõ videbãt. s. q̃d illi in ligno cõseqũdę di Gene. 3
uinitatis effectiua virt' ineẽt & comedẽtes moetui sunt. Ita credam' e diuerso fideli saluato
ri deo, ĩ eo q nõ videm'. s. panẽ & vinũ in verã corpis & sanguis trãsĩsse substãtiã, & co-
medẽtes atq; bibẽtes viuam' in æternũ, idq; ipm supra naturã sola ptãte verbi fieri, q̃ etiã

L ¶Hoc nob verbũ fit cõtra oĩa inimicorũ obiecta tela, scutũ (ex nihilo oĩa creata sunt. Gene. 1
vnicũ, q̃d nihil q̃at ĩfringere, quũ gladi' sit oĩ gladio ancipiti acutior & efficacior. Hoc pse Hebr. 4
cto verbũ: Caro mea vere ẽ cib', hoc ẽ corp' meũ. Vt ẽ clarissimũ, ita in effectu manet, & Ephe. 6
manebit ĩuitis oĩb' portis ĩferorũ. Ad q̃d sane verbũ, qñ scãdalizati & ĩfatuati sint tot hęreti
ci & collisi & collideт tãdẽ & aliĩ suãq; aliqñ dabũt pęnã. Qui vl solo eccĩ stat' quẽ ĩuito deo
destrnere moliunт, odio & nimia licẽtiosi temeritate, ĩ hoc sctiss. sacrm iã denuo suis ad
nos scriptis, ĩsurgũt, dicẽtes: ¶Prĩo, plane sibi & mrtis stultũ, planeq; supstitiosũ videri 1. Cor. 1

M q credim' Chrm sub panis specie trãsmutari, sub eaq; specie cõtineri. Quib' rñderim: Ad
hũc eorũ modũ totã fidẽ nrãm in Chrm eẽ & haberi stultã & supstitiosam, quũ pinde apls
dixerit. Nos ãt pdicamus Chrm crucifixũ. Iudæis q̃dẽ scãdalũ, gẽtib' aũt stultitiã. Placuit
sane deo p stultitiã pdicatiõis, saluos facere credẽtes. Verbum sane crucis, adeoq; euchari
stiæ, pereũtibus stultitia ẽ, his ãt q salui fiũt. i. credẽtib', dei ẽ virtus & sapiã, autore Aplo.

N ¶Scdo aiũt: Frustra Chrm ad hũc modũ vitã ęternã nob dare pmisisse. Rñdeo & ipõrũ
opiniõe Chrm frustra eẽ incarnatũ. Atq q̃d aliud hoc ẽ loco agẽdũ q̃ cũ aplo exclamãdũ:
O altitudo diuitiarũ sapiæ & sciæ dei, q̃ ĩcõprehẽsibilia sunt iudicia ei' & ĩuestigabiles viæ Roma. 11
ei'. Quis em̃ cognouit sensũ dñi, aut q̃s cõsiliari' ei' fuit? Qui solus ẽ mirabil, & sol' mirabi Psal. 71
lia fecit. Voluit ille filiũ suũ p salute nrã & ĩcarnari & mori, q haud dubie & aliũ potuisset Psal. 135
hre redẽptiõis modũ. Igit (inq̃t Paulus) ô hõ, tu q̃s es, q rñdeas deo? Ille tãtæ q̃dẽ est au-
toritatis & ptãtis, vt (authore Salomõe) ĩ ei' factis nemo debuerit nec possit dicere, q̃re ita Roma. 9
facis? Qm̃ ille oĩa (vt ppheta testaт) ĩ sapiã & rõne sũma fecit, nec ẽ in ill' q̃d culpari possit. Eccl. 8 Psal. 103

O ¶Tertio, obijciũt ex hac nrã fide de enchaeistia sequi, panẽ pro nobis esse crucifixũ, &
traditũ, hoc q̃dem pacto argumentãtes: Corpus Chri est q̃d pro nobis moriт, panis est
corpus Chri, ergo panis pro nobis mortuus est. Cæterũ minime adstipulamur assum-
ptioni, q̃ propositionẽ minorẽ appellant, qñquidẽ panis subsecuta verborũ prolatione, in
corpus Chri transeat, & prorsus muteт manẽtibus hic sine subiecto accidẽtibus sub quo
rum specie verũ Chri corpus contineт. Hoc nimirũ testaт verbi contextus.

P ¶Hoc est corpus meũ. Nec obstat, hoc ipm Chri corpus à Paulo aliq̃ties panẽ vocari 1. Cor. 11
qm̃ scripturæ modũ sit secutus, q̃ aliqñ solet vocari q̃ppiã, nõ id q̃d ẽ, sed q̃d antea fuerat
vt cũ serpẽs in Exo. in quẽ cõuersa virga fuerat, adhuc virga vocabaт, neq; tñ simul virga Exodi. 7
fuerat & serpẽs. Sic pariter in hoc sacro Chri corpus, eo q in ipm cõuersus sit panis, pa-
reddidit diuã virginẽ Mariã, vt sui & filij vnigeniti Iesu Chri. i.
patris mater, creatura creatorẽ pareret, vnde eã beatã dicent oẽs
generationes, ea vel ipsa apud Lucã testificante: Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ec Luc.1
ce enim ex hoc beatã me dicent oẽs generatiões. O vera humilitas, quæ deũ hominibus pe
perit, vitã mortalibus edidit, cœlos innouauit, mundũ purificauit, paradisum aperuit, &
hominũ animas liberauit. Hæc est illa insignis virtus humilitas, qua & Chrs saluator no- Philip.2
ster exaltari meruit & nomẽ sup omne nomẽ habere. Quãdoquidem inquit Paulus: Hoc
sentite in vobis, qd & in Chro Iesu: qui cũ in forma dei esset, nõ arbitratus est esse rapinã,
se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs in similitudinẽ hominũ fa-
ctus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ,
mortẽ aũt crucis. Propter quod & deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ, qd est sup om Ezech.28
ne nomen. Hanc vero humilitatẽ, quia non habuit lucifer angelorũ pulcherrimus, quippe
qui supra deũ superbire cogitarat, detrusus est ex summo cœlo ad ima inferorũ. De quo Esa.14
Esaias: Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, q mane oriebaris? Corruisti in terrã, q vulne
rabas gentes, q dicebas in corde tuo: In cœlũ ascendã, supra astra dei exaltabo soliũ meũ,
sedebo in monte testamẽti, in lateribus aquilonis, ascendã super altitudinẽ nubiũ, similis
ero altissimo. Veruntamẽ ad infernũ detraheris, in profundũ laci. Detracta est ad inferos Gene.3
superbia tua. Sic etiãnum quia eã humilitatẽ primi nostri parentes non habuerunt: quip
pe, qui sua sorte nõ contenti, scientes vti dij fieri sategerint e paradiso voluptatis ad ter-
ram, vallem'q; miseriæ huius humillimã, cũ nunq̃ satis deplorãda nostra calamitate sunt
expulsi, est'q; inde omnino verificata Chri in hodierno euãgelio sententia. Omnis qui se Luc.1
exaltat, humiliabitur. s. mala humilitate, qui se humiliat, exaltabitur. Quod & in seipsa te Psal.17
statur diua virgo Maria: Deposuit potẽtes, id est, superbos, inquiens de sede, & exaltauit Iacob.4
humiles. Et propheta: Quoniã tu humilẽ saluũ facies, & oculos superborũ humiliabis. Et
Iacobus in epistola sua: Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam.

B ¶ Ipsa vero humilitas hunc fructũ exaltationis. s. ad gloriã, nõ modo habet quo ad fu-
turũ seculũ, in quo illos, q humiles hic fuere, ad thronũ gloriæ cœlestis, vti hodie publica-
num, exaltat, sed & in hoc seculo idẽ pariter facit, in quo humiles sua sponte vel ipsis inui
tis, & (vt humiles adsolẽt) nõ desiderantibus ad huius etiã mundi gloriã & honorẽ digni

tatem prouehit & exaltat. Id quod Chrs aliàs aperto innuit de eo, ꝙ inuitatus nouissimo
Matth.12 loco in mēsa præ humilitate sederat, ad eumq́; deniq; dictū fuerat à dñō: Amice ascende
Luc.14 superius, cui accessit gloria corā simul discumbētibus. Sane qm (inquit ibi Christus) omis
qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabit. Quod Christi dictū recte arguit
eos, ꝙ suis hactenus paradoxis omnē pene politicā virtutē extinxerunt, quæ tamē cœle-
stis eadē est & diuina, vbi ea ad dei Max. gloriam refertur. Et sane sine virtutibus nemo
beatus erit, quarū maxima est & nobilissima humilitas, sine qua cæteræ nō sunt, cū qua re-
liquæ sunt oēs. Hæc deo & homini grata, vnicuiq; sexui & ætati decora, omni statui or-
namēto, & nulli nō vsqueadeo ad salutē æternā & temporalem necessaria, vt ad eam am-
plectendā serio hortentur scripturæ, natura inducit, figura admonet.
Matth.11. ¶Siquidē Chrs: Discite (inquit) à me, qa mitis sum & humilis corde. Et Ecclesiastes: Hu C
Eccli.7 milia valde spiritū tuū, quia vindicta carnis impij ignis & vermis. Et sane natura inducit
ad humilitatē. Vnde eñ dici homo cœpit, ꝗ ab humo. i. putrida tellure & puluere? Vnde
Gene.2 homo creatus est? Qui & tandē in puluerē & terrā reuertetur. Vnde scriptura: Formauit
Sap.10 igitur deus hominē de limo terræ. Et rursus: Et eduxit eū, qui formatus est à deo patre or
Iob.7 bis terrarū, de limo terræ. Et Iob: Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris. Et
Eccli.17 Sapiens: Et oēs hoīes terra & cinis. Hinc homo quasi ex humo natus, & humilis perinde
Mich.6 atq; humi acclinis, qa de humo fit, & eo tendat. Vnde scriptura aliàs: Humiliatio tua in me
Eccli.7 dio tui. i. causa humilitatis tuæ. Quare Sapiēs ad hominē superbū ait: Quid superbis ter-
ra & cinis? Et recte quidē. Quid est eñ limo atq; humo, vnde homo creat⁹ est, vilius atq;
deterius? Cuius certe si hō recordaret, de sua deberet remittere supbia, nō secus atq; pa-
uo pulcherrimus, quū pedes turpes adspicit, alas ad terrā ex sui cōsideratiōe mox demit-
tit. Sic & homo pctōr, quoties in se descendit, facere deberet. Quod fiat saltē eo tēpore, ꝗ
pœnitētię locū instituit ecclesia, ꝗ itidē ordinauit, vt in die cinerū, hominū capitibus cinis
Iudith.9 adspergat, exemplo Iudith, & Niniuitarū, quādo humiles deū vellēt & misericordiā ora-
Ionæ.3 re. Ad quā etiā humilitatē monet figura in Esaia: Oīs mons & collis humiliabitur, & erūt
Esa.40 praua in directa, & aspera in vias planas. Figura est ad hoc, vt prauitas vitiorū vertat in
directū virtutū, & ad hoc, vt asperitas tribulationū vertat in planitiem consolationū, ne-
cesse est, vt omnis mons & collis, id est, omnis tumor & elatio superbiæ humilietur.
¶Ad tantā igitur virtutē, ad quā omnia cohortantur, quis non festinet, maxime vnde D
tot fructus & cōmoda emanāt? Primo quidē, deo & hominibus placet & redolet. Hinc in
Cant.1. Canticis: Cū esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorē suū. Nardus, quia parua,
Psal.101. significat humilitatem. Secundo, facit orationes deo acceptas. Vnde Dauid: Respexit in
Iudith.9 orationē humilium. Et Iudith: Humilium & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio.
Sic & hodie in publicano. Tertio, facit hominē liberari à malo culpæ. Dauid: Humilistus
Psalm.114 sum, & liberauit me. Et aliàs: Nonne vidisti Achab humiliatū corā me? Quarto, hominē
3.Regū.21 (vt diximus) tēporaliter exaltat. Vnde scriptura: Nonne cū esses paruulus in oculis tuis,
Marci.12 caput in tribus Israel cōstitui te? dictū fuit ad Saulem, qui electus in regē, abscondit se. Si
Luc.14 per humilitatē, Moses eundo ad Pharaonē, factus est dux populi. Hieremias constitutus
1.Re.15.16 est sup gentes & regna. Dauid minimus inter fratres vngitur in regē. Quinto, sapientiā
Exod.3 infundit & acquirit. Vñ in prouer. Vbi humilitas, ibi sapientia. Matth. Reuelasti ea paruu
Hiere.1. lis. Sexto, pacē nutrit atq; dilectionē & obedientiā. Hinc Paulus: In humilitate (inquit) su
2.Reg.2 periores sibi inuicē arbitrantes. Inter eñ superbos nō potest pax esse neq; dilectio, quum
Prouer.11. semper vnus alteri vult pferri, quod inter humiles nō est. Septimo, hominē corā deo iu-
Matth.11. stificat, vt patet hodie in publicano. Octauo, regnū cœlorū largitur. Vnde Chrs: Amē di
Philip.2 co vobis, nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cœlorū.
Matth.18 Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.
Acto.1. ¶Hinc, quia sine humilitate nemo possit saluari, & tātæ sint eius virtutis vtilitates, Chri E
Lucæ.2 stus summus ille, idemq́; vnicus magister, qui cœpit facere & docere, ad eā virtutē facto
Matth.5 & verbo docuit, qui vbiq; & in oībus humilis fuit, qui nasci voluit de humili virgine, in
Marci.1. domo humili. s. diuersorio, quiescere in humili lecto psepi, humili veste vestitus, quia pan
Matth.18 nis inuolutus, pastoribus se nunciari dignatus est, humilis circuncisione & baptismo, pa-
Marci.9 rentibus humiliter subditus. Paruulū amplexatur, paruulos nō vult prohiberi à discipulis
Matth.19 ad se venire. In pdicando & docendo dixit: Ego gloriam meā non quæro. Item: Doctri-
Johan.8 na mea nō est mea. In miraculis operandis humilis fuit, dicens leproso: Vide nemini di-
Matth.8 xeris. Et aliàs pcepit eis, ne cuiquā dicerent. s. de sanatione surdi & muti. Item in census
Marci.7 solutione, in pedū ablutione, in itinerādo super asellum. In passione humiliauit seipsum,
Matth.17. humiles piscatores sibi discipulos elegit. Quis ergo tam ab omni ratione alienus, qui non
Johan.13 magnopere tantā virtutē velit amplecti & deosculari, quę tot in se habet vtilitates, quam
Matth.21. adeo habuit, dilexit, docuitq; dñs & saluator noster? Nemo certe.
Phil.2
Marc.11.

¶Quare


F ¶Quare vt eam vnusquisq; facilius & rectius indipisci queat, videbimus tandē (quod fortassis hic tam recte q̄ in principio fieri potest) quid sit humilitas, & q̄ ac quot ad eā habendam vere necessaria sunt. Et sane vtrunq; p̄stabit publicanus in hodierno euangelio, orans supplex: Dñe, propitius esto mihi peccatori. In quo offendimus humilitatem esse, quandā animi ac spūs moderationē, qua ita animus refrenat, ne immoderate tendat in excelsa, & q̄ sunt supra se, q̄d tū fit, qñ quis verissima suipsius cognitione sibi vilescit, suū ita in se defectū considerās, vt oībus videat merito sua sentētia inferior secūdum modū suū. Vt Abraham, cū dixit: Loquar ad dñm meū, cū sim puluis & cinis: Nihil sibi omnino, sed oīa deo ascribēs. Et sic homo vere humilis habet duo in se considerare. Primo, id q̄d est dei, vtpote, omne quod pertinet ad salutis perfectionē. Et quod suū, i. q̄d hominis est, & est quicquid pertinet ad defectū. Hinc Osee: Perditio tua ex te Israel, tantū ex me auxiliū tuū. Et sic humilis homo se reuerenter deo subijcit, ac proximo propter deum. Luc. 19 Matth. 4 Marci. 1. Gene. 18 Osee. 13

G ¶Vnde tandē ex publicano humili colligimus, requiri ad verā humilitatē (Nā q̄ fingit, hypocrisis est & detestāda supbia, q̄ & ex instigatiōe diabolica plerūq; etiā sanctissimis & humillimis viris molitur se obtrudere, quare deus orādus est, ne diabolus ex humilitate tā p̄nitiosam faciat hypocrysim) Primo, dei timorē: qm̄ quasi indignus à longe stetit. Secūdo, pudorē, quia oculos ad cœlū eleuare noluit. Tertio, dolorē de peccatis cōmissis: qm̄ pectus suū percussit. Quarto, verā & purā cōfessionē de peccatis, qñ clamauit: O deus, p̄pitius esto mihi peccatori. Quæ etiamnū quatuor sufficiunt ad remissionē peccatorum.

H ¶Vnde demū sequitur veræ humilitatis signū exterius esse. Primū, verecundā cordis & corporis, defixum in terrā aspectū. Secundū, rariloquiū & in loquendo modestiam & mansuetudinē. Tertiū, raritatē ridendi. Quartū, morā loquendi vsq; ad interrogationē. Quintū, credere & pronunciare se esse cæteris viliorē, & ad oīa indignū. Sextū, in duris & asperis rebus patientiā & obedientiā. Septimū, nō adimpletionis propriæ volūtatis delectionē. Hæc aūt signa in superbo nō inuenies, nisi fortassis ficte, vti superbi & subdoli hypocritæ faciūt. Id q̄d facile est videre in hodierno pharisæo superbo, q̄ se iactauit & iustificauit, alios accusauit, & se eis p̄tulit: deū hoc pacto negās & cōtemnēs, quū nō deo, sed sibi adscripserit bona, q̄ fecerat. Et sic iustitia, q̄ alioqui hominē approximat deo, accedēte hypocrisi & superbia, ad infimū deijcit hominē, & ad oīa cum detrimēto humiliat. Vnde verissima subsequit̄ Chr̄i sentētia: Oīs qui se exaltat, humiliabit̄: & qui se humiliat, exaltabitur. Quo etiā pacto quotquot vtilitates & laudes cōmemoratæ sunt de humilitate, totidem incōmoda & vitia superbia fouet. Contraria em̄ semper opposita operātur.

HOMIL. LXIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Marc. 7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire & mutos loqui, &c.

Dominica duodecima post octauas pentecostes.



A Vis non credat in hoc verbo℞ cōtextu, Bene oīa fecit, &c. turbā, quæ & surdū & mutū adduxit, cæcumq; vidit, spū sancto instructā, Christo plausibiliter acclamasse? Quādoquidem intellexerit eandē, tā vere, tā profunde, tamq; rationabiliter acclamasse. Sane tria expresserit ea ipsa turba oībus magnopere notāda & credēda.

B ¶Primo, qa acclamauit, Christū oīa fecisse, ipsum perinde cōfitetur eū esse, de quo scriptū est: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Et aliás: Quoniā ex ipso, & per ip̄m, & in ipso sunt omnia. Deū ergo hisce verbis Christū esse confessa est, à quo oīa facta sunt & p̄ ipsum, testantibus hoc passim scripturis: In libro em̄ Geneseos scribitur. In principio creauit deus cœlū & terrā. Et Dauid: Initio tu dñe terrā fundasti, & opera manuū tuaℛ sunt cœli. Et paulo ante: Verbo dñi cœli firmati sunt, & spū oris eius oīs virtus eoℛ. Et idē rursus: Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in dño deo ipsius, q̄ fecit cœlū & terrā, mare, & oīa quæ in eis sunt. Et Paulus: In ipso (inquit) cōdita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. Inde, inquā, patet sine Chr̄o deo nihil plane esse factū, & eundē cū patre omnia fuisse operatū. Id q̄d ipsemet testatur: Vsq; modo (inquiens) pater meus operatur, & ego operor. Iohan. 1. Roma. 11. Gene. 1. Psal. 101. Psal. 32 Psal. 145 Coloss. 1. Iohan. 5

C ¶Secūdo, eadē turba Christū non modo fatetur vti deū ve℞ omnia fecisse, sed bene fecisse oīa. Quod certe ad neminē mortaliū, sed solummodo in deū competit. Id quod scriptura adfirmat. Viditq; deus cuncta, q̄ fecerat & erāt valde bona. Hinc recte ait & alia scriptura ad deū: Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Et propheta: Quàm magnificata sunt opera tua dñe, omnia in sapiētia fecisti. Et rursus alia scriptura: Diligis oīa q̄ sunt, & nihil eo℞ odisti, q̄ fecisti. Nec em̄ odiens aliq̄d cōstituisti aut fecisti. Et sane nō potuit non oīa bene & sapiēter facere, q̄ optimus est, ideoq; sapiētissimus: nēpe, in q̄ (vt Gene. 1. Sap. 11. Psal. 103 Sap. 11. Coloss. 2

Aplus scribit) sunt oēs thesauri sapiētiæ & sciētiæ atq; bonitatis. Igit vere & iuxta scriptu
rarū testimonia, recte de Chrō hodie clamauit & pdicauit populus, Omnia bene fecit.

¶Nec obstat dicere, Nō recte oīa & bene à deo facta neq; nūc fieri, quū videmus tam in D
Eccles. 8. 9 oibus omnia cōfusa, & adeo nihil sibi cōstare, vt & Ecclesiastes hoc ipm omniū, quæ sub
sole fiunt, esse pessimū dixerit, quia eadē cunctis eueniant, siquidē vniuersa æque eueniant
iusto & impio, bono & malo, mūdo & immūdo, immolāti victimas & sacrificia cōtemnē
ti. Sic bonus, sic & peccator, vt periurus, ita q verū deierat. Vnde & corda filiorū omniū
implentur malitia & cōtemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.

¶Equidē quatenus humana ratio patit, rñdendū arbitror. Nihil eorū neq; male neq; in E
sipienter neq; irrationabiliter fieri, sed oīa apud deū in gloriā suā & propter aliquā fieri ra
Eccles. 8 tionē, quæ tamē nos iuste latet, nec aliquo modo nobis perscrutāda, quæ soli deo pateat.
Vnde Ecclesiastes inqt: Omne qd voluerit. s. deus, faciet, & sermo illius potestate plenus
est. Nec ei dicere quisquā potest, quare ita facis? Et idē paulo post: Et intellexi, qd omniū
operū dei, nullā possit homo inuenire rationē eorū, quæ fiunt sub sole, & quāto plus labo-
rauerit ad quærendū, tanto minus inueniat. Hoc est inter alia nō minimū, qd Apostolū ad
Roma. 11. Romanos exclamare coegit: O altitudo diuitiarū sapiæ & scientiæ dei, q̄ incomprehensi
bilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis eñ cognouit sensum dñi, aut quis cō
1. Cor. 2 siliarius eius fuit? Et ad Corinthios idē: Quis eñ coguouit sensum dñi, aut quis instruxit
eum? Qui igitur talia vidēt & cōsiderāt perinde atq; male & inordinate euenire nequaq̄
dicāt cū insipiētibus apud prophetā: Nō videbit dñs, nec intelliget deus Iacob: Nimirū, q
Psal. 93 bus rñdet propheta: Intelligite insipientes in populo, & stulti aliqñ sapite. Qui plantauit
aurem nō audiet, aut q finxit oculū, non cōsiderat? Qui corripit gentes nō arguet, aut qui
docet hominē scientiam? Dñs scit cogitationes hominū, quoniam vanæ sunt.

¶Cæterū, qa paucis ante diebus plura hoc de negotio, disputauim9, nō est qd hic aliud F
addam, q̄ credi oportere, deū oīa bene & sapiēter fecisse. Nec obstare, qp tanta sint in mū
do mala, tanta cōfusio: siquidē accrescente & imperāte nequitia, virtus non solū præmijs
careat, sed sceleratorū pedibus calcatur & pœnas luit. Sane puto vel.

¶Primo rñdendū, procedere fortassis rōnem, si Christū ad pñtis tēporis bonū coli- G
mus, sed hic tps laboris, ibi pmiatiōis, vbi nullū malū manebit impunitū, nec aliqd bonū ir
Roma. 2 remuneratū. Deus eñ (vt Paulus testat) in die iræ & reuelatiōis iusti iudicij reddet vnicui
1. Cor. 5 q; secundum opa eius. Et aliàs, eodē teste: Oēs eñ nos manifestari oportet ante tribunal
Apoc. 22 Chri, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonū siue malū. Et deus ait
in Apoca. Ecce venio cito, & merces mea mecū est, reddere vnicuiq; secundū opera sua.

Roma. 8 ¶Secundo, inquā, uihil plane in veritate bonis euenire mali, nec malis boni. Quando- H
quidē diligentibus deū, omnia in bonū cooperētur, quos nihil separat à deo, nec fames,
nec nuditas, nec gladius. Hinc oīa sunt deo cōmittenda, q in suā gloriā, nostrāq; salutem,
pro sua iustitia & sapientia disponere potest oīa, etiā ex malo elicere bonū. In omnibus
Iob. 1. igitur nostris tā prosperis q̄ aduersis, cū Iob dicendū est: Dñs dedit, dñs abstulit, sicut do
mino placuit, ita factū est, sit nomē dñi benedictū. In omnibus ijs nō peccauit Iob labijs
suis, neq; stultū quid coutra deū loquutus est. Si hoc ipsum Iob, quē tamen scriptura fuis-
se testatur simplicē & rectū, deumq; timentē, & à malo recedentem quid ipsi facimus?
Hinc concludendū erit, deū omnia bene fecisse. Quo etiam verbo vel.

¶Tertio innuit, nō sufficere boua p se facere, vtpote opa moraliter & secundū naturā F
bona, cuiusmodi sunt ieiunare, orare, legere, pdicare, hocq; genus alia, sed & necessum est
vt bene, i. recta, piaq; intentione fiant, q̄ sane modo fiunt, qñ dei adiutoriū postulat, & qñ
humaua gloria negligitur. Sic Chrs hodie nobis in exēplū in cœlū suspexit, suumq; opua
Coloss. 3 bonū, qa mutū eundēq; surdū curarat enarrari prohibuit. Quapropter Aplus inquit: Om
ne quodcūq; facitis in verbo aut in opere, oīa in noīe dñi nostri Iesu Christi facite, gra-
tias agētes deo & patri p ipsum. Sic qui sinistra intētione dei verbū vel sanctissimū prædi
cant, bonū vtiq; faciunt, sed nō bene, qa faciunt in pctō, sibi in pditionē & alijs in errorē
Phil. 1. magis, quēadmodū pleriq; hactenus factitarūt, qs aperto Paulus taxat: Quidā, inquiēs, &
propter inuidiā & cōtentionē, quidā aūt & propter bonā voluntatē, Christum pdicant.
Quidā ex charitate, scientes, qm̄ in defensione euāgelij positus sum. Quidā aūt ex cōten-
tione Christū annunciant nō syncere, existimātes pressurā se suscitare vinculis meis. Qui
talia agūt, vel sanctissimis verbis vtētes, male faciūt, qa Chrs nominat operarios iniquita
Matth. 7 tis, qui etsi aliqñ ad Christū dicent: Dñe dñe, noune in noīe tuo prophetauimus, & in no-
mine tuo dæmonia eiecimus, & in noīe tuo virtutes multas fecimus? Attamē Chrs respō
debit: Quia nunq̄ uoui vos. Discedite à me oēs, qui operamini iniquitatē. Sic etiānū ma-
le faciūt, q optima dei verba nō pio animo audiunt, sed insidiose, cuiusmodi suspicor mul
Matth. 5. tos fuisse hactenus: Nimirū, quod Chrs ait: Per terrā bonā, in quā semen cecidit, signifi-

cari

cari eos,q in corde bono & optimo audientes,verbũ retinẽt,& fructũ afferũt in patiẽtia.
Ita nimirũ & hyporritæ vtcunq̃ bona fariunt,tñ male fariunt,qui nihil merent, qui suã
in vana gloria mercedẽ recipiunt.Pharisæus eñ liret ieiunatat,derimasq̃ de oĩbus,quæ Matth.6.
possederat(q̃d vtiq̃ bonũ erat)dederat,iustifiratus tñ non fuit.Sic profecto q vľodio vel Luc.18
insidıja vel propter cõtentionẽ,vel propter hypocrisim,vel propter quæstũ,vel propier
aliũ hoc genus adfectũ,aut dei verbũ(q̃d optimũ est)audiunt,aut p̃dicant,aut ieiunãt,aut
alia bona p se operanť,male fariunt,& se damnãt:quãdoquidẽ nihil boni bene factũ fit,
nisi quod in dei gloriã & rommunẽ vtilitatem factũ est, adeoq̃ vero, rectoq̃ rorde.

K ¶Ner interim noa mouẽt verba sancta,qbus illi oretenus perinde atq̃ sancti vtuntur:
qnippe,q hisce verbis suia nequitijs & iniquitatibus,quaa ocrulto rorde ad tẽpua fouent, Ver.2.æñ.
ꝑtextũ faciunt & rolorẽ,peruerse rhetorirãtes,q nugia vera,vti Vergilianua ille Synon,
misrẽt,vt verisimilia insidiosius struant.Sir aliàs dæmoniũ,in Christũ sacra allegat scri- Matth 4
pturas.Sir Caiphas prophetizat:Melius est,vt vnus moriatur,q̃ tota gens pereat.Sic Iu Marci.3
das:Quid(exclamat)perditio hær? Potuisset eñ hoc vnguentũ venundari,& dari paupe Iohan.11
ribus.Sir multi hoc genus alij aliquãdo sanctis ac pulrhris verbis,loquuti sunt & suaserũt, Matth.28
quia tñ sinistro adfectu,nõ modo nihil profuerũt,sed & sibi æternã prrditionẽ acquisie- Marc.14
runt.Quãdoquidẽ,nõ omnis(ait Chr̃s)qui dicit mihi,dñe,dñe,intrabit in regnũ cœloꝝ, Matth.7
sed qui farit voluntatẽ patris mei,qui in rœlis est.Quare Paulus monet,vt quodcunq̃ fa Coloss.3
rimus,ex animo.s.bono operemur,sicut dño & non hoĩbus scientes,ꝙ à dño accepturi su
mus retributionẽ hæreditatis.Hominibus aũt operať, qui nõ in primis in dei Opt.Max.
gloriam,neq; in omniũ dũtaxat,sed in suã operať vtilitatẽ,& qui sinistre agit.

L ¶Id q̃d Chr̃s hodie serio prohibet dicẽa.Primo,vt & ipsi rõfiteamur,deum oĩa fecisse.
¶Secundo,omnia bene ferisse. ¶Tertio,vt in virtutibus nõ gloriemur,srd in cruce
& humiliatione,sirut Paulua inquit:Mihi absit gloriari,nisi in cruce domini. Galat.6
Quarto,vt nostras virtutes nolimus manifestari alijs,nisi quãdo eaa agnourrimus sine
superbia nostra,in dei gloriam,proximorumq̃ vtilitatem cessuras.
¶Quinto,ne desideremus applausua & laudes ab ijs, quibua bene facimua.

M ¶Sexto,ne simus ingrati ijs,qui nobis benefecerũt,veꝝ,vt quæ nobis rõtulerũt benefi
cia,ipsis etiã inuitis p̃diremus.Si eñ hoc ipsum fererũt,quibus p̃ręptũ erat ne farerẽt,q̃to
magis ipsi illud facere debemus,quibus p̃reptũ est,vt dei gloriam & proximoꝝ in noa be
neficia annunciemus? ¶Septimo,vt nõ modo ruremus farere bona opera,& direre bo
na verba,sed & ea bona opera & verba operari & dicere solummodo in dei gloriã,nihil
inde propriæ,vanæq̃ gloriæ atq̃ vtilitatis expostulantes. Id q̃d hodie Christua exẽplo
nos perdocuit,ar in muto,quẽ loqui fecit,aperte commonstrauit. Dirit eñ euangelista,
illum apertis auribus & soluto linguæ vinrulo , recte deincepa fuisse loquutum.

N ¶Recte aũt loquiť,qui p sermonẽ à rordis simpliritate nõ deuiat aut obliquat,veluti cũ
qs lingua vtiť ad orationẽ,ad proximi ædifirationẽ & informationẽ,ad dei laudẽ, & deni
q̃ nõ aliter q̃ rei veritaa expostulat,nõ vnũ proferẽs,aliud corde gerẽs,de q̃ dñs:Populus Esa.29
hic labijs me honorat,ror aũt eoꝝ longe est à me. Ita nimiꝝ satanaa in angelũ lucis se ali Matth.15.
quoties trãsfotmare solet.Sir tñ nõ ferit mutus,à dño Chr̃o curatus,q recte loquutus est, 2.Cor.11
nec idẽ surdus,q & recte audiuit,vnde sequuta est vox turbe applausibilis,Bene oĩa ferit,
& surdos fecit audire,& mutos loqui.O vtinã(licet eñ nunc spũalem sequi sensum)& sur
di nuper ar muti iã demũ audiẽtes & loquẽtes,recte audirẽt & loquerenť.At qui furrunt
surdi? Qui aures dei verba audiẽdi nõ habuerũt nec audire voluerunt,q direbãt se nunq̃
antea in erclesia dei verbũ audijsse.De qbus propheta:Furor illis secũdũ similitudinẽ ser Psalm.57
pẽtis,sicut aspidis surdæ,& obturãtis aures suas.Qui vero muti? Qui se aiũt nuper prohi
bitos fuisse,ner potuisse loqui dei verbũ,nec sciuisse,q̃q̃ ex dei maudato loqui debuerint,
de qbus ꝓpheta:Speculatores ei' cæri oẽs,nescierũt vniuersi,canes muti nõ valẽtes latra
re.Cuiusmodi hauddubie fuere pleriq̃ principes & ꝓlati tã erclesiastiri,q̃ seculares,mul- Esa.56
tiq̃ p̃diratores,q vel ob pc̃tã vel delicta vel proprio aliq̃ rõmodo aut vano timore ducti,
veritatẽ subticuerũt,ner clamarũt,populo srelera denũciantes.Illi aũt oẽs,q se iã drmũ p Esai.58
spm̃ iactãt illustratos,seq̃ tandẽ factos eẽ audiẽtes & loquẽtes,vtinã ostẽderẽt,testaren-
turq̃ se à Chr̃o factos eẽ audiẽtes & loquẽtes,quales vtiq̃ se arguerẽt, vbi recte audirẽt,
loquerẽturq̃,nec aliud direrẽt,& aliud rorde orcultarẽt,alioꝝ non q̃ sua sunt,& in pri- 1.Cor.10
mis dei honorẽ quærerẽt verbũ dei in corde bono & optimo audirẽt, retinerent,ar fru- Matth.13
ctũ afferrẽt in patientia.Et qui p̃dicarent,loqurrenť recte,nõ aliter q̃ rei veritas in sr ha-
bet,nõ p̃dirarent,vt Ap̃lus rouqueriť,ad rõtentionẽ,ad quæstũ,ad vanã gloriã,ad aua- Phil.1
ritiam,in iram,vindictã & odiũ,ad cõplarẽtiam hominũ,& hoc genus modo alio.Quo
modo vereor nuper & in hũc vsq̃ diẽ multos dei verbũ audire & loqui:nimiꝝ,eo ipso
dei verbo ad oẽs insidias,iniquitatesq̃ nequitrr abutẽtes.Haud sane dæmonũ dissimiles, 2.Cor.11

qui se in angelos lucis transformant, venenū misero popello sub mellis specie propinantes, ij certe sunt muti & surdi, nō rectè loquētes nec rectè audiētes, q auditores verbi sunt nō operatores, oīa in peruersam partē ex ira & superbia interpretātes & audiētes, adeoq nō rectè loquētes, vt si quispiā putet Christū ita loquutū fuisse aut docuisse, Christū adfirmem nō modo male, sed pessime loquutū & docuisse: nēpe, qui nobis ad omnē malitiam & inobedientiā nō obscure ansam & viam dedisset. Id q̄d nefas sit contra sanctissimū nostrum saluatorē vel tantillū cogitare, qui hodie totius populi & eorū, qui ab eo curati sunt testimonio approbatur rectè oīa fecisse. Qui vtinā & ipse nos oēs faciat rectè suū verbū audire & loqui, vt & ipse, inquā, nos propter peccata nostra mutos & surdos visitare dignetur, q tangit & sanat, & verbo potest oīa, vt audientes & loquētes, nunq̄ ab obedientia & laude diuina cessemus, magnalia eius indies magis atq magis p̄dicemus, dicentes: Omnia bene fecit. Qui & nos surdos & mutos audire & loqui fecit.

Iacobi. 1.

HOMIL. LXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ decimo, Vade & tu fac similiter, &c.

Dominica decimatertia post octauas pentecostes.



Erba sunt p̄ceptiua Christi Iesu ad legisperitū, quis suus esset proximus interrogantē, quibus illū p̄cepit, vt citra morā & nō tantū verbo, sed facto ipso ijsdē rebus succurrat proximo, q bus ipse Samaritanus vulnerato à latronibus subuenit. Quæ quidē verba, vt salutariter intelligant, videndū erit hic, quis noster sit proximus & quibus ille Samaritanus remedijs vulnerato suppetias tulit. A

¶Et sane quū Samaritanus custodē significet ac sonet, in nemine id vocula rectius cōpetit, q̄ in Christū, in quē & tota insignis illa euāgelij huius parabola q̄drat. Ille em̄ vere is est custos per uigil ac fidelis, de q̄ propheta: Ecce nō dormitabit neq dormiet, q custodit Israel. Et nisi ille custodierit ciuitatē, frustra vigilat, q custodit eā. Hic, inquā, custos noster, de excelso sancto suo, de cœlo in terrā adspiciēs, vidit hominē, id est, Adā, & in eo totū genus humanū à Hierusalē, id est, à paradiso, i. à ciuitate pacis & lætitiæ, vbi prius homo erat, descēdere, miseꝝ per peccatū superbiæ & inobediētiæ, in Hiericho, id est, ad lunā, id est, in hūc mundū caducū & mortalē, q certe senescit & occidit, vt luna, & transibit, & oīs cū eo concupiscētia. Hic, inquā, custos vidēs hoīem ex paradiso in hāc lachrymarū vallē propter pctā descēdere, & incidere in latrones. i. in angelos noctis & tenebrarū, & insidias diaboloꝝ, ab eisq despoliatū. i. dignitate suæ cōditionis exutū, & creatoris sui nō quidē imagine, sed sola similitudine nudatū, & plagis impositis semiuiuū relictum, (Homo em̄ semiuiuus, motū habet vitalē, id est, arbitriū liberꝝ vulneratū: nēpe, q ad æternam vitā, quā perdiderat, redire nō sufficiebat, ideoq iacebat, qa vires sibi proprie ad resurgendū nō sufficiebāt, vt se sanandū medicū. i. deū, requireret) Et pterire eadē via sacerdotē. i. Aaronē, similiterq Leuitā, id est, Mosen, & neutrum nec illū sacrificio, nec hūc lege veteri homini vulnerato succurrere potuisse. Itemq neq sacerdotē. i. legē, qua sacerdotiū & sacrificia sunt instituta, neq leuitam. i. prophetaꝝ vaticinia humano generi auxiliū deferre posse. Ipse, inquā, Samaritanus Chrs, videns hominē vsq ad mortē vulneratū, appropinquauit sua gratia, motus misericordie alligauit vulnera eius. i. baptismo pctā remittēs, infundēs oleū, spem pœnitētiæ, & vinū, id est, terrorē mortis æternæ ac inferorum doloris, & imponēs illū in iumentū suū. i. super carnē suā, iuxta Esaiam, q̄ ipse vere labores nostros portauit, & duxit illū in stabulū. i. in p̄sentem ecclesiā, & curā eius egit, sicut bonus & fidelis medicus. Et altera die. s. resurrectionis, protulit duos denarios, id est, duo testamēta, & dedit stabulario. i. diuo Petro & alijs apostolis & eoꝝ successoribus, q bus aperuit sensum, vt intelligerēt scripturas veteris ac noui testamēti. Et ait: Curā illius habe. s. corporis & aīæ. Pasce, inquiēs ad Petrū, oues meas. Et quodcunq supererogaueris. s. p̄ceptis meis: cōsilia superaddēdo & cū subditis & fidelibus laborādo, reddā tibi: nēpe q deus reddet vnicuiq secundū opa eius, q̄ vēturus est in nouissimo iudicio, veniet em̄ queadmodū viderūt eū ascēdere in cœlū. Vnde licet colligere Christū Iesum seruatorē, nostrū, proximū esse nostrū tā gratia q̄ natura. Gratia quidē, q̄m ipse humanū genus, q̄d à latronibus. i. dæmonibus fuit sauciatū, curauit, ergaq ipm misericordiā exhibuit, medicinā sacramētoꝝ p̄stitit, & in paradisi stabulū transportauit: quippe, q ouē perditā ex centū in deserto vagantē ad ouile retulit. Fuit & sane Christus nobis proximus natura pene quū absq pctō factus sit nobis similis, ex hoīe natus, vti homo educatus, semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus vt homo. Qui aūt hodie magis noster eē proximus probaf gratia q̄ natura, quū & aliās dixerit, ea sibi B

Psalm. 105
Psal. 126
Psal. 101.
Gene. 3
1. Iohan. 2
Leui. 1. 8
Heb. 9
Exodi. 2. 3 per totum
Lucæ. 24
Actoꝝ. 2. 3
Esa. 53
Matth. 9
Marc. 2
Lucę. 24
Iohan. 21
Roma. 2
Apoc. 22
Acto. 1.
Luc. 15
Phil. 2

sibi esse matrem, eosq; sibi esse fratres, q facerent voluntatẽ dei, qui deniq; verbum dei au
diunt & faciunt. Sic & in hodierno euangelio nobis eum significat esse proximũ, non quẽ Matth.12
cognatio, sed quem misericordia facit proximum, quia misericordia est secundum natu Marci.3
ram, nec est quicquam magis secundum naturam, quàm naturæ consortem iuuare. Luc.8

C ¶Et sane ex Chr̃i verbis intelligimus eũ eẽ proximũ, cui vel exhibẽdũ est misericordiæ
officiũ si indiget, & exhibẽdũ eẽt si indigeret. Vnde sequit, illũ quoq; nr̃m esse proximũ à
quo nobis vicissim est exhibẽdũ misericordiæ officiũ. Proximi em̃ nomẽ ad aliqd est, nec
quisq̃ eẽ proximus, nisi proximo p̃t. Nullũ aũt exceptũ eẽ, cui misericordiæ deneget offi
ciũ qs nõ videat, quũ hodie Samaritanus Iudæo lõge alieno cõditiõe & professiõe miseri
cordiã exhibuerit? Qñ & Chr̃us dixerit: Benefacite ijs, q vos oderũt. Et Paulus: Ergo dũ Matth.5
tp̃s habemus, operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Nec immerito, Galat.6
quũ idip̃m Chr̃us hodie legisperito & vnicuiq; mortaliũ hisce verbis præceperit, inquiẽs:

D ¶Vade & tu fac similiter, id est, benefac proximo, & dilige eum sicut teipsum, quem-
admodum ille Samaritanus vulnerato Iudæo fecit.

E ¶Primo (inqt) vade & tu. Imperat qdẽ in p̃nti tp̃e, ad instruendũ nos, ne simus tardi ad
bñfaciendũ, sed cito bñfaciamus. Id q̃d aliàs dñs satis apto demõstrat. Me (inquiẽs) opor- Iohan.9
tet operari opa eius q misit me, donec dies est. Venit nox qñ nemo poterit opari. Ita &
Paulus ait: Dum tp̃s habemus, opemur bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei. Galat.6

F ¶Secundo, vt proximũ facto ipso iuuemus & diligamus, dicit em̃, fac. Id q̃d affirmat
Iohãnes: Filioli mei (inquiẽs) nõ diligamus verbo, neq; lingua, sed ope & veritate. Dilige- 1.Iohã.3
re aũt proximũ sicut nos, qd aliud est, q̃ qđ alibi à Chr̃o dictum est, vt oĩa quæ nobis fie- Matth.7
ri ab alijs volumus, idem & ipsis nos faciamus? Hinc & Tobias dixit, ad filiũ suum. Quod Luc.6
ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliqñ alteri facias. Quid vero nobis alijs & proximo fie- Tobiæ.4
ri debemus velle, & qd nosipsis facere debemus, hodie Christus docet.

G ¶Tertio, quum præcipit, nos proximo debere facere, quod Samaritanus fecit, id est, à
nobis subueniendum esse proximo, ijsdem rebus & modis, quibus Samaritanus subuenit.
Quibus (inquam) rebus? Vino (inquam) & oleo, iumento, adductione in stabulum curio-
sa, duobus ad stabularium denarijs, vt hunc bene curet.

H ¶Certe si p̃ximus nr̃ hũana paup̃tate & infirmitate ẽ vulneratus, iubemur hui⁹ paup̃ta
ti vinũ infundere. i. largiri cibũ & potũ, iuxta illud Pauli: Si esurierit inimicus tuus, ciba il Roma.12
lũ, si sitit, potũ da illi. Sic Chr̃s dicet ad nos: Esuriui, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & de Matth.25
distis mihi potũ. Infundere debem⁹ & oleũ. i. mitẽ q̃ndã in pietate cõsolationẽ, quæ oleo
significat, qm̃ mollire oleũ solet. Hinc Dauid: Molliti sunt sermones eius sup oleũ. Cõso-
lãdi sunt ergo p̃ximi nr̃i paup̃es, vt paup̃tatẽ & infirmitatẽ in patiẽtia sufferãt. Sic etem̃ Psal.54
bon⁹ ille Tobias q̃tidie p̃gebat p cognationẽ suã & cõsolabat eos, diuidebatq; vnicuiq; p-
ut poterat de facultatibus suis. Esuriẽtes alebat, nudisq; vestimẽta p̃bebat, & mortuis atq; Tob.1
occisis sepulturã solicit⁹ exhibebat. Est & idẽ p̃xim⁹ sup iumẽtũ suscipiẽdus. i. in humilita
te, q in iumẽto notat. Id q̃d sapiẽs testat, inquiẽs: Igit humiliemur cũ patiẽtia vt iumẽtũ Eccl.3
Illumq; iubemur ducere in stabulũ. i. domũ nostrã, vt inibi hospitet, cõmẽdeturq; stabu-
lario. i. familiæ domesticæ, vt aliqñ Chr̃us dicat: Hospes erã, & collegistis me. Quod cer- Matth.25
te Iob sanctus fecit, inquiẽs: Foris nõ mãsit peregrinus, ostiũ meũ viatori patuit. Denturq; Iob.31
stabulario duo denarij. i. duo charitatis p̃cepta, vt sic habeat promissionẽ vitæ tam p̃ntis q̃
futuræ, quã deus misericordibus promisit, inquiẽs: Beati misericordes, qm̃ ipsi misericor- Matth.5
diam consequent. Et aliàs scriptura inqt: Qui pronus est ad misericordiam benedicet. Prouer.22

I ¶Habet & aliã mysticã parabola hodierna expositionẽ, vt vulneratus à latronibus sit
qlibet pc̃tor, q plagis. i. pc̃tis vulnerari dr̃, qm̃ ijs naturæ humanæ integritas violat, quũ
p pc̃m (Paulo teste) mors intrarit, & corpus p̃pter pc̃m̃ sit mortuũ. Est ergo ille pc̃tor, Roma.5.8
proximus noster suscipiẽdus p misericordiã, illiq; infundendũ vinum cum oleo. i. adhi-
benda correctio cum seueritate & pietate, vt sit aliquod tẽperamẽtum, ita, vt neq; multa
asperitate exulceret, neq; nimia benignitate soluat, iuxta illđ Chr̃i: Si peccauerit in te fra Matth.18
ter tuus, vade & corripe eũ inter te & ip̃m solũ. Et si pœniam egerit, dimitte illi. Sic & apo Luc.17
stolus ait: Frẽs, si præoccupatus fuerit homo aliquo delicto, vos, q spũales estis, hunc in- Gala.6
struite in spũ lenitatis, considerans teip̃m, ne & tu tenteris. Est & is tandẽ ad stabulũ. i. ec
clesiã reducendus ad stabulariũ. i. doctorẽ, duoq; dandi denarij. i. scripturæ duorũ testa-
mentorũ, quæ imaginẽ in se habent æterni regis expressam, quorũ pretio vulnera nostra
curant, inde & prophetæ pendẽt & lex vbi hæc est vnica scriptura, quæ (vt Paulus ait) di- 2.Timot.3
uinitus inspirata vtilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiẽdũ, ad erudiẽdũ in iustitia
vt p̃fectus sit homo dei, ad om̃e opus bonum instructus. Horũ igit testamẽtorũ doctrinæ
peccatori, proximo sunt tradẽdæ, & si qd illis fuerit superogatũ, dñs rediturus retribuet.
Quid autem supererogatur? Quicquid doctor ille in ta testamẽta interp̃tanda cõtulerit 1.Cor.7

 vel-

veluti Paulus, q cũ pceptũ de virginitate nõ habuit, cõsiliũ dedit. Reddet vtiq; dñs q̃d debet vnicuiq; btõ, cui est debitor, qm̃ ipe est & esse debet fidelis & prudẽs dispẽsator, quẽ cõstituit dñs sup familiã suã, vt det illi in tpe tritici mẽsurã. O vere btũs ille seruus, quẽ cũ venerit dñs, inueniet sic facientẽ. Vere dico vobis, qm̃ supra oĩa quę possidet, constituet eũ.

Matth.24 Luc.12 ¶Ille ergo est, qui vnà cum Samaritano proximus est, qui misericordiam facit proximo, quo vocabulo venit omnis, qui exhibet nobis aliquam misericordiam seu beneficentiam, & qui potest aliquod misericordiæ opus exhibere. K

¶Vñ diu multumq; est quæsitũ: An magis obligemur proximo ex sanguine, vtpote necessario alicui, q̃ alieno natura subuenire, quũ eadẽ & vna in vtroq; appareat succurrẽdi rõ: Rñdendã puto ex rõnibus in euãgelio, oẽs nobis diligẽdos, illisq; oĩbus esse beneficia Gala.6 impẽdenda, sed inde nõ haberi, quo nõ plus vni, vtpote cõsanguineo q̃ alteri, vtpote alieno beneficiũ & citius sit impẽdendũ. Succurrẽdũ igit citius est cõsanguineo pauperi q̃ extraneo inopi, qm̃ natura sanguinis ipa illi q̃ huic maiorẽ dilectiõis adfectũ tribuit, vñ Proue.27 beneficẽtia maior suborit. Id q̃d vnico verbo testat Aplus, inquiẽs: Ergo dum tps habemus opemur bonũ ad oẽs, maxime ad domesticos fidei. Hinc prouerbiũ monet, amicũ nr̃m, & pris nr̃i amicũ nõ esse dimittendũ. Propterea proximos nr̃i seminis nõ despiciamus, si eos egere cognoscimus, vt nr̃is subueniamus, qbus pudor est, ab aliis sumptũ deposcere, aut alicui subsidiũ postulare necessitati, nõ tñ vt illi ditiores eo fieri velint, q̃d nos possemus cõferre inopibus. Causa em̃ pstat nõ grã. Neq; em̃ propterea nos domino dicauimus, vt nr̃os diuites faciamus, sed vt vitã nobis ppetuã fructu boni opis acqramus, & ptio miserationis pctã nr̃a redimamus. Eapropter misericordia oĩbus est exhibẽda, scd̃m tñ fidẽ, causam, locũ, tps, rite distribuẽda, ita vt primũ opemur circa domesticos fidei. Grãdis qdem culpa, si sciẽtibus nobis fidelis egeat, si scimus eũ sine sũmptu esse, fame laborare, ærumnã pati, q psertim egere erubescit, si in cãm ceciderit, aut captiuitatis suorũ, aut calũniæ, & nõ adiuuemus, si sit in carcere & in pœnis & suppliciis propter debitũ aliq̃d excruciet.

¶Ideoq; Samaritanus hodie mĩa motus vulnerato & spoliato remediis qbus debet, succurrit, quẽ vt sequamur Chr̃us admonet: Vade (inquiẽs) & tu fac silr. A cuius hortatu ne- M
Matth.10 mo excludit, vl' quãlibet paup. Hinc ne qs causari posset, se pauptate phiberi, vt hospita-
Marci.9 lis eẽ nõ possit, dñs alibi leuissimo exẽplo occurrit, vt calicẽ aquę frigidę toto aĩo porrigat
Matth.21 dicẽs: Et qcunq; potũ dederit vni ex minimis istis aq̃ frigidæ calicẽ tm̃ in noĩe discipuli,
Marci.12 Amẽ dico vobis, nõ pdet mercedẽ suã. Frigidæ (inqt) nõ calidæ, ne in calida pauptatis & penuriæ lignorũ occasio qreret. Sic alibi Chr̃s duo æra viduæ illi' diuitũ mũeribus ptulit, qa totũ illa q̃d habuit, cõtulit. Illi ãt ex abũdãtia partẽ exiguã cõtulerũt. Adde & dñm ad
1.Cor.8 quãtitatẽ rei exhibitæ, sed ad piũ affectũ dãtis respicere, imo apud eũ sufficere in paupib' bonã prõptamq; volũtatẽ, si defuerit facultas. Nõ aũt in diuitib', in qbus (teste Aplo) si voluntas prõpia est scd̃m id q̃d habet, nõ secundũ id q̃d non habet, accepta est.

¶HOMILIA LXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST: Lucæ.17. Surge, vade: Quia fides tua te saluum fecit &c.

Dñica decimaquarta post octauas pentecostes.



Vam misere pleriq; oẽs hoc suo paradoxo: Fides sola iustificat, imperitã multitudinẽ circũuenerint, pnicioseq; pdiderint, inde est euidẽter colligere, q̃d hęc ipsa multitudo (quæ vti vetus & aura instabilis est) eo paradoxo in tam detestandũ alicubi errorem deuenerit, vt tandẽ crediderit, nullis plane ad vitã æternã consequendã, aut ad deũ placandũ, opus esse neq; bonis p se opibus neq; virtutibus, at solã verbalẽ fidẽ, quã tñ fortassis vel nesciuit, vel non habuit, ad salutẽ sufficere, quum tñ interim Chr̃us & Apostoli eius in sexcẽtis pene locis ac millies moneãt ad bona opa & ad dei mandatorũ, quæ sunt bona opera, obseruantiã cohortent, A
Matth.19 non quia iustificent, sed quæ fidei ita debeant esse coniuncta, vt sine ipsis fides perhibeat,
Iacobi.2 esse mortua. i. plane nulla: nẽpe, quæ si esset, per dilectionẽ operaret. Eqdẽ cum viderem eo errore inopẽ plebeculã ad tam animæ q̃ corporis & fortunæ interitum peruẽturam,
Galat.5.6 imo deuenisse, quippe quæ se ab omni bona virtuosaq; operatione solutam credẽs, non
Roma.13 mõ contra omnẽ potestatẽ, quæ à deo est contraq; proximum, quẽ vt seipsum deberet
Matth.18 diligere, licẽtiosior & ad omnẽ carnalẽ libertatẽ prona auidaq; redderet, sed & deo suam authoritatẽ prorsus & q̃d dei esset solius auferret sibiq; totum adscriberet, quo nullũ maius ad vitã æternã consequẽdam sit impedimẽtũ. Iterũ atq; iterũ dixi vtrunq; male dicere & eum q dicit, q̃d fides sola iustificet, & eum q dicit q̃d opera iustificẽt. Id quod tum pro

loco &

loco & tpe ita oñdi, vt pleriq; magis cādori q̄ ingenio meo in ea re cōcesserint, nēpe q̄ ꝓ-
inde eā rem ad suum tps & locū à nobis latius diffusiusq; declaratū iri visi sint desiderare.
B ¶Ego igitur ex hodierno euangelio nactus occasionem vel ex themate meo.
C ¶Surge, vade, q̄a fides tua te saluū fecit, Nihil plane grauabor illoꝝ desiderio cōdescē- Math.9
dere, nec vel tātillum negauerim, q̄d semel adfirmaui, q̄ didici à summo ꝑceptore nr̄o, ser
monē nr̄m debere esse, est, est, & nō, nō. Dico itaq; iteꝝq; altius repeto. Male qdē dici à
q̄piā, fides mea me iustificat, bñ vero & recte. Sine fide nō iustificor, Nec recte dici: Opera
bona me iustificāt, sed recte qdē, adultus sine bonis opibus nō iustificor. Nego fidē & opa
vel cōiuncta vel seorsum segregata iustificare, nō aūt negarim, vtrisq; eē opus ad iustifica
tionē. Siqdē Apl's dixerit: Sine fide impossibile ē placere deo. Et Chr's inter alia: Hoc fac Hebr.11
(ait) ad legisperitū, & viues. Et paulopost: Vade & tu fac silr. Quo certe verbo innuit nō Luc.18
sufficere ad salutē solam fidē, nec item fidē. Ipse aūt dico nec vtraq; cōiunctim sufficere
citra dei grām adeoq; sine deo ipo, & sic vera etiā fides suopte nō iustificat: quo parado-
xo cōtra superbos fiduciarios vtor, q̄ adfirmo, multum interesse in hoc sermone, inter, fi
des nos iustificat, & fide iustificamur, tm̄ profecto, quantum in hoc sermone, Calamus li
brū scribit, & liber calamo scribit. Illud proprie negauerim, hoc vero concesserim. Et sic
vtriq; q̄d suum est, tribuo. Id q̄d vt planius fiat oībus vel rudiusculis, forte profuerit, q̄d fi
des sit paucis subijcere. Quod q̄a multi vel errore vel ignorātia neglexerūt, secum alios in
errorē & in ignorantiā traxerunt, q̄ tot & tanta de fide disceptarūt, digladiatiq; sunt, quū
interim non docuerint, q̄d fides sit, aut quæ fides (est fides sane multiplex) iustificet.
D ¶Principio igit sciēdū velim, fidei vocabulū ex ethimologia recte Ciceronē definijsse Cicer lib.1
eius q̄d dr̄ veritatē, nēpe, quū credimus, q̄a fiat, q̄d dictū ē, fidē appellari. Hinc fidē (quā & off. & lib.4
ipe iustitiæ fundamētū eē affirmat) eē dictoꝝ, conuentoꝝq; cōstātiā & veritatē. Et cōseq̄n de repub.
ti mō fidē dici hoīs firmā eius, q̄d vel ꝑterijsse vel eē vel fore dr̄, assensionē. Hinc fidē acci
pere & fidē hr̄e, est credi, quēadmodū à Theologis accipi solet, & in hodierno euāgelio.
E ¶Fides tua te saluū fecit. Ad quē ferme modū puto Apl'm fidē breuiter & scite admo- Hebr.11
dū definire. Sperandaꝝ reꝝ substantiā, argumentū nō apparentiū: q̄squidē fides hoc mō
accipit esse firma veritatis non visæ, reiq; non apparētis, non ex rei euidētia, sed ex autho
ritate diuina, adhæsio, quæ non mō rei est spūalis, sed & corpalis, quæ vel quālibet apud
hoīem ardua & impossibilis ꝑ fidē fieri solet, Chr̄o vel ipso teste: Si, dicente, potes crede- Marci.9
re, oīa possibilia sunt credēti. Sic Apostolus ait antiquos patres, veteris testamēti ꝑ fidē te Hebræ.11
stimonium fuisse consequutos. Siqdē fide Enoch translatū esse, ne videret mortē, & non Gene.5
inuētus sit, q̄a transtulerit eum dñs. Sic fide Noe, responso accepto de ijs, quæ adhuc non Sap.4
videbant, metuēs aptauit arcā in salutē domus suæ, & iustitiæ quæ ꝑ fidē est, hęres est insti Gene.6
tutus. Fide & ipsa Sara sterilis virtutē in cōceptione seminis accepit etiā præter tps æta- Gene.21
tis, qm̄ fidelē credidit eē eum, q̄ repromiserat. Fide pp̄l's Israeliticus transit mare rubrū, Exod.15
tanq̄ per aridā terrā, q̄d experti Aegyptij deuorati sunt. Sic fide diua virgo Maria, virgi- Lucæ.1
nitate illæsa, Iesum Chr̄m Dei Max. filiū mūdi redemptorē cōcepit & peperit, & sunt in Math.9
ea ꝑfecta, quę illi à dn̄o ꝑ angelum sunt dicta. Sic mulier alias à fluxu sanguinis, quo duo- Marci.5
decim annis laborarat, salua fuit facta à Chr̄o. Sic cæcis duodecim fide ꝑ Chr̄m datus est Luc.8
visus. Sic fide alibi mutus, & à spū obsessus, fuit liberatus. Sic hodie leprosus à lepra fide est Math.9
per Chr̄m curatus. Sic innumeri alij fide. i. firma & indubitata dei verbo, de re vl' assequn- Marci.7
da vel promissa, assensione (Quid em̄ aliud fides? nisi constāter om̄i verbo dei adsentire?) Marc.9
nihil non eoꝝ, q̄d se adepturos crediderūt, adepti sunt. Adeo, q̄ verissime Chr's veritas
ipsa dixerit. Propterea dico vobis, oīa q̄cūq; orantes petitis, credite q̄a accipietis, & eue Marc.11
niēt vobis. Et si q̄s crediderit, q̄a q̄dcunq; dixerit, fiat, fiet ei. Quem sequutus Iacobus: Si Iaco.1
quis (inqt) vestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non
improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Sic nos omnes, qui credi
mus & in eius veræ fidei signum & testimonium baptizati (teste veritate) saluabimur. Nō Marc.16
(inquam) tantum corporaliter, sed spiritualiter. i. iustificati vitam æternam habebimus.
¶De qua fide, qua saluabimur æternalr, hactenus non parum multi varie & ꝑniciose, &
ita qdem confuse disputarunt, vt ne ipsi, q̄d hoc pacto fides sit, intellexerunt, sileo, q̄ im-
peritam multitudinē, quam seducere non dubitarunt, ꝑdocuissent. Quotus em̄ quisq; sit
putas, q̄ plene sciat, qua fide ipse iustificet. i. ita iustus fiat, vt vita æterna dignus habeatur?
At quæris, cuiusmodi est ea fides? Est (inquā) firma in diuinam misericordiā in Chr̄o pro
missam, confidētia. i. firma & indubitata, promissorio dei verbo, assensio: quē admodum
facile est colligere ex verbis Petri. Sed per grām dn̄i Iesu Chr̄i credimus saluari, quēad- Actorū.15
modum & illi. Sed quæ est illa (inq̄s) promissio & misericordia promissa? Qua nimirū de- Math 3.17
us æternus promisit, se velle eos oēs saluos & iustificatos. i. vita æterna dignos, q̄ in suum Marc.1
credunt filium vnigenitum Iesum Chr̄m, in quo sibi dilecto cōplacuit Christo apud Io- Lucę.3.9
hannem

hannẽ testantē: Sic deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnigenitũ daret, vt oĩs q credit in eũ,
Iohan. 3 non pereat, sed habeat vitam æternam. Et Iohannes ait: Hæc scribo vobis, vt sciatis, q̃m
1. Iohan. 5. vitam habetis æternam, q creditis in noĩe filij dei. Vitam (inquam) æternam habeant in
1. Cor. 2 Chr̃m credentes, in qua (vt Ap̃lus post prophetam scribit) hoc est, gaudij & boni q̃d ocu
Esaię. 64 lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascendit, & vbi nõ est esuries, neq; sitis am
Apoca. 7. 21 pli⁹, neq; sol, neq; æstus, neq; lachryma, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor vltra futur⁹.
¶Hanc igit̃ ac tantã de vita æterna promissionẽ, in Chr̃m Iesum credentibus fide for- G
2. Petri. 3 mata. Deus (vt ait Petrus) dare nõ tardat, sicut qdam arbitrant̃, sed patiẽter agit propter
Roma. 3 nos, nolens aliquos perire, sed oẽs ad pœnĩam reuerti. Deus eñ (inqt Paulus) fidelis & po
tens est, quæcũq; promisit reddere, quẽadmodũ q̃d antea per prophetas suos in filio suo
Roma. 1 promiserat, reddidit ac seruauit. Misit tñ filium, quẽ in propheta promiserat: Misit sp̃m
Lucæ. 24 sc̃tm̃, quẽ promiserat (vt ipse ait) Mitto promissum patris in vos. Reddidit munera gr̃æ,
Actor. 1 quæ promiserat. Hinc Petrus ait: Pretiosa nobis promissa donauit. Sic etiamnum non du
2. Petr. 1 bitemus, hanc ipsam de vita ęterna promissionem, eum nobis seruaturum. Nobis (inquã)
qui firma fide & fiducia credimus, nimirum per eam fidem iustificati. i. vita æterna digni.
¶Sed vltra quæris, cuiusmodi est illa in Chr̃m fides, aut q̃uo in illum est credendum, vt H
sit nobis iustificatiõis fides, quam ab alijs toties ac tantopere iactatam audiuimus. Nunq̃
Galat. 3 vero intelleximus? quum tñ (vt ex Paulo docuisti) pollicitationem sp̃us fidem ipsam reci
pimus, & ip̃a promissio solummodo ex fide Iesu Chr̃i detur credentibus. Obsecro igitur,
quæ est ista fides qua digni efficimur credentes tanta Dei Max. promissione?
¶Ea est (inquã) qua credimus deũ patrẽ æternũ sola misericordia motũ propter nos, q I
propter pc̃tã protoplasti æternæ iræ eramus filij, in terram misisse Iesum Chr̃m filiũ suũ
Ephe. 2 vnigenitum, secum ad oĩa eundẽ. Et q̃a ille sua humanitate & passione agnus immacula-
Iohan. 1 tus pro nobis se tradiderit, sineq; nostris meritis pc̃tã totius mundi tulerit, & q (inquã) tra
ditus sit propter delicta nostra, & resurrexit, ascenditq; cœlos, vñ venerat, propter iustifi
cationẽ nostrã. Hæc est illa vera fides, qua iustificamur, qua saluamur, qua vita æterna di-
gni & dei promissiõe efficimur, quã q nõ habet, peribit, & iam iudicatus est. Hanc fidem
Iohã. 3 Chr̃us in euangelio vbiq; docuit, vnaq; cũ eo Paulus, & alij eius Ap̃li docuerunt, q alias,
Roma. 4 quũ Chr̃us hac de fide loquutus multa fuisset, dixerunt: Et nos credimus & cognouimus,
q̃a tu es Chr̃us filius dei. Et Martha hanc habuit fidẽ exclamans: Vtiq; dñe: Ego credidi
Iohan. 6 q̃a tu es Chr̃us filius dei viui, q in hunc mundũ venisti. Quam fidẽ & Petrus antea con-
Iohan. 11 fessus supra modũ à Chr̃o fuit probatus & priuilegiatus. Hæc est illa Chr̃iana fides, quam
Matth. 26 ecclesia pie & vnanimiter atq; catholicæ paucis verbis in symbolo ceu deinde pluribus in
symbolo Nicæno, & tandẽ paulo pluribus instar expositorijs verbis confitet̃ in symbolo
Athanasiano. Sine qua (inquã) fide, nemo vnq̃ vitã æternã habebit vel quamlibet moral̃r
bonus. Nempe quæ illa sit fides, qua & in qua, ex qua & per quã solã deus ipse solus Max.
nos iustificat, p̃inde atq; instrumento ad iustificationẽ in primis necessario, bona op̃a secũ
necessario afferente. Hæc est illa (inquã) fides, per quã & qua (vti Paulus vbiq; testat̃) deus
hoĩem iustificat sua interueniente gr̃a atq; misericordia, non autem quę iustificat, quo ser
monis contextu vti erroneo nolim quempiam vti, sed dicendum velim, qua. s. fide, & in
qua, & ex qua. s. fide, aut per quam fidẽ iustificamur. s. à deo iustificatore solo & vnico.
¶Minime autem dicendum nostra fides sola iustificat, vel etiam sine nota exclusionis, K
fides nostra est, quæ iustificat, quoniam neuter contextus sit ædificatorius aut verus.
¶Primo, q̃d neutro hoꝝ verboꝝ contextu sancta scriptura (quatenus meminisse dat̃) L
& q̃dem non sine causa, vtatur, verum quæ semper vtitur casu instrumentali, non autem
effectiuo, vtpote nominatiuo. Absit igitur scripturam aliter vsurpemus quàm ab Aposto
lis, sp̃ũ sancto doctore scriptura sit: maxime, q̃ñ ex ea vsurpatione, vt hic error apud ru-
diores irrepere possit. Id quod vtique sanctæ literæ prouiderunt.
¶Sc̃do, q̃ nihil aliud q̃ deus misericors iustificet, fide, s. ip̃a. Vnde scriptura: Dñs morti M
1. Regũ. 2 ficat & viuificat, deducit ad inferos ac reducit. Et Ap̃lus: Q̃m quidẽ (inqt) vnus est deus, q
Roma. 3 iustificat circũcisionẽ ex fide, & p̃putiũ per fidẽ. Et Propheta: Iuxta ẽ (ait) q iustificat me.
Esa. 50 Et paulopost: In sc̃ia sua iustificabit ipse iustus, seruus meus multos, & iniq̃tates eoꝝ ip̃e
Esa. 53 portabit. Et rursum Ap̃lus: Prouidens autẽ scriptura, q̃a ex fide iustificat gẽtes deus.
Galat. 3
¶Tertio, q̃a auferret̃ creatori & daret̃ creaturæ. s. fidei. Id q̃d est cõtra euãgeliũ, q̃ cauet N
Mat. 22 Date deo, quæ sunt dei. Et contra Paulum, q ait: Reddite ergo oĩbus debita: cui tributũ,
Marc. 12 tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorẽ: cui honorẽ, honorẽ. Sic & cui iusti-
Lucę. 20 ficationem, iustificationem, quo certe alioqui mõ ex fide nouum efficeretur idolum.
Roma. 13 ¶Quarto. q̃m eo pacto contra iustitiam nobis ascribimus q̃d nostrum nõ est, sed dei; O
q̃nquidem fides nostra non sit omnino propria, quum omne datum optimũ, & omne do
Iaco. 1 num perfectum, à patre luminum descendat: Imo quum non sufficimus aliq̃d à nobis q̃si
ex no-

ex nobis cogitare, sed sufficientia nostra à deo sit, certe neq; fides, quæ donum dei est, nō 2.Cor.3
stra est. Quā si etiā accepimus, cur gloriamur, quasi nō acceperimus? Deinde si fidē ex no
bis nō habemus, quæ in nobis est, quō iustitia, quæ dei ipsius est, ex nobis erit? Fidē aūt dei Ephe.2
esse & ex deo singulariter arguunt Apl̄i orantes: Adauge nobis fidē. Et pater aliàs pueri 2.Cor.3 Lucæ.17
cum lachrymis ad Iesum exclamat: Credo dn̄e, adiuua incredulitatē meam. Hinc Chr̄us Marc.16
ad Iudæos de credendo in se adeóq; de fide loquens, ait: Propterea dixi vobis, q̄a nemo Iohā.6
potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Nec obstat dicere: Si res ita habet,
fidem neq; habemus, neq; habere possumus? Id qd̄ negarim. Fidem em̄ gr̄a Dei Opt. lar
gitrice habemus, vt qs habet, qd̄ vel plantat vel rigat, quo sane pacto, neq; (vt ait Aposto 1.Cor.3
lus) qui plantat, neq; qui rigat aliquid est, sed qui dat incrementum deus.

P ¶Quinto, sermo quo diceremus, fides nostra nos iustificat, loquenti sup̄biā & hypocri
sim suggerit, siles nos reddens pharisæo in euangelio, q & si credidit, & bona op̄a fecerat Luc.18
q̄a tamen sibi suisq; viribus confidit opibusq; suis, quasi à se haberet & ip̄am iustificatio-
nem factus sup̄bus minime fuit iustificatus. Sic sane faciunt, q sup̄bius dicūt, fides nostra
nos iustificat nimirū deo Opt. nihil amplius ad suā iustificationē relinquentes, odio etiā-
num p̄sequentes, quos vident opibus studere ludibrio q̄cq̄d operū externorū habentes,
aliorū corda & conscias contra Chr̄i & eius Apostolorū præceptū, veluti in cœlestibus re Luc.6 1.Cor.4
gnantes, iudicantes. Nimirū, apud semetip̄os sublimes, q t̄n interim peiores hypocritæ in Psal.14
sp̄m dei sc̄ti q̄ sunt hi q iudicant ex op̄e. Faciunt em̄ & ip̄i ex fide sua opus, confidentes se 1.Cor.4
nullius indigere, sed credendo suopte iure iustificari, adeóq; nihil deo attribuentes. Por- 2.Cor.3
ro, si (vt Paulus vere dicit) nō sufficimus aliq̄d à nobis, quasi ex nobis cogitare, sed sufficiē
tia nostra à deo sit, certe fatendū erit, nec fidem, nec op̄a solum nobis sed deo, q semp̄ ad-
iutat conatus, nec suā negat postulanti humiliter grām, adscribi simul oportere. Quum
proinde verbales isti Paulini & fidutiarij toties inclamitāt: Sola fides nos iustificat: Quid
(obsecro) aliud dicūt, q̄ ex seipsis suā esse iustificationē, nec re alia q̄ fide eē opus, habere
q̄dē se in sua p̄tāte, quo iusti sint, nimirū, oēm Deo Max. potestatē auferētes, sibi quæq; vē
dicātes, ad illud Luciferi adspirantes: Ponam thronū meū in nubibus cœli, & similis ero
altissimo. Quo fit, vt & si iustitia hoīem approximet deo, si t̄n adsumat sup̄biā ad infimū Esaiæ.14
deijcit hoīem. Id quod euidenter in pharisæo apud Lucam humiliato ostenditur, q sibi
non deo oīa adscribebat, quo etiam pacto deum negabat: quod facere pariter arguunt, q Lucæ.18
tam gloriose iactitāt, fides nr̄a nos iustificat. Qui deniq; sermo vel ideo intolerabilis est.

Q ¶Sexto, q̄ inde oīm bonorū operū suboriat neglectus, qui t̄n æquam perinde laudem
merentur cum fide, quæ quum per dilectionem operetur, sine operibus est nulla planeq;
(teste Iacobo) mortua. Modo vide si bona opera ab hoīe ex iactantia fidei verbalis negli Gala.5
gantur, quantus inde malorum cumulus? q̄n certum sit, propterea omnem negligi virtu- Iacobi.2
tem, honestatem, ciuilitatemq;, deleri denique omnem ordinem & obedientiam, quod
hactenus satis superq; sumus experti. Quum præterea constat omnino non sufficere ad
salutem credere solū, sed credere & facere. Id quod Christus vnico verbo probat apud
legisperitum. Hoc fac (inquiens) & viues, qui vtique creditur credidisse.

R ¶Septimo hic verborum contextus est erroneus. Fides nostra nos iustificat, q̄m adimit Lucæ.10
Deo grām, ac innuit (sed falsissime) iustificationem nostrā sine dei fieri mīa, sed perinde
illā in nostrā sitā esse potestate, adeóq; in viribus nostris & meritis. Id qd̄ est cōtra Ap̄lm
ad Romanos scribentē: Nō volētis neq; currētis, sed miserētis est dei, q alias dixit: Misere Roma.9
bor cui misertus sum, & mīam p̄stabo, cui miserebor. Adde & Chr̄m dixisse, Samaritanū Exodi.33
illū euāgelicū, quo Chr̄us significat, misericordia motū hoīem à latronibus despoliatū cu Lucæ.10
rasse. i. saluasse, non vero qd̄ homo iste meruisset aut fides ipsius. Vnde subsequens est.

S ¶Octauo hunc verborum contextum & propterea esse seductorium, fides nostra nos
iustificat, q̄m quam nominat fidem, ea vel ideo nulla sit, quia dei misericordiam (vt osten
sum est) excludit, sine qua fides esse non potest, quippequando fides per misericordiam
perinde atque potiorem articulum definiatur, veluti antea aperuimus. Hinc constat nul-
lius vnquam hominis à Christo nisi eius fidem fuisse commendatam, & vti veram proba
tam, qui se suaq; omnia cum humilitate diuinæ misericordiæ credidit, quiq; credidit su-
am saluationem ex mera misericordia, non ex fide sua seu meritis habere.

T ¶Vnde clarissime factum, vt q tanta humilitate fidei oīa Chr̄o adscripserunt, adeóq;
ipsam saluationem, Chr̄us permotus illis non solum reddidit, qd̄ ipsorū esse videbat, verū
etiā qd̄ suum fuit, iussit & dixit esse illorū, qd̄ t̄n illi, vt patet ex rōnibus p̄fatis, vere & humi
liter dicere non potuerunt. Sic (vt ad oculū oīa p̄dant) q̄a humiliter mulier, quæ fluxum Matth.9
sanguinis patiebat, dixit intra se: Si tetigero t̄m vestimētū eius, salua ero, à Chr̄o vicissim Marci.5
meruit audire: Cōfide filia, fides tua te saluā fecit. Sic, q̄a cæcus q sedebat secus viā, clama- Luc.7
uit: Fili Dauid, miserere mei, meruit idētidē à Chr̄o audire, Fides tua te saluū fecit. Sic q̄a Marci.10
Maria


Maria Magdalena cũ humili dilectiõe in Chri misericordiã cõfidit,&ipa meruit à Chro
Luc.7 audire: Fides tua te saluã fecit. Vade in pace. Sic qa publicanus solũmodo in dei miam cõ
Luc.18 fisus, dixit humilr: Deus ppitius esto mihi pctõri (Chro teste) domũ iustificatus abijt. Sic
quũ in hodierno euãgelio mũdatus ille ex decẽ leprosis, magna voce deũ magnificauit,
& hulir cecidit in faciẽ ante pedes eius, grãs agens. i. totã suam mundationẽ Chri miseri
cordiæ assribẽs, & ipse à Chro meruit audire. Surge, vade, qa fides tua te saluum fecit.
Luc.7 ¶Quo nimirũ ad oẽs verbo vnico Chrs ex sua humilitate illud qd suũ est, alioꝝ eẽ di- V
xit, & alijs adscripsit, vtpote fides (inquiẽs) tua, quæ tñ hoĩs pprie nõ est, eã tñ illoꝝ eẽ di-
xit, & sic p cõsequẽs iustificationẽ, quę ex fide manauit, quũ proprie tñ iustificatio eius fuit
Potuit (inquã) Chrs ad illos saluatos vere ex sua innata clemẽtia dicere: Fides tua te saluũ
fecit, qd tm est dicere, qa credidisti te abs me saluari posse, teq; tuã saluationẽ p meã mise
ricordiã certo impetraturũ: ideo te saluum feci, & saluus à me factus es: nimirũ, tua fides in
meã oĩpotentiam & misericordiã causa fuit, & apud me pinde tuæ saluationis instru-
mẽtum: nemo tñ ex illis per Chrm saluatis, & sine dei misericordia & grẽ diuinæ deroga
tione vere ac humiliter dicere potuit: Fides mea me saluum faciet vel fecit, propter rõnes
pauloante recitatas: nec lectum est, eo sermonis contextu vnquam aliquẽ fuisse vsum.
1.Cor.15 ¶Imo in argumẽtum irrefragabile nõ ita esse dicẽdum. Paulus ait: Gratia aũt dei sum X
id, qd sum. Et gra eius in me vacua nõ fuit, sed abundantius illis oĩbus laboraui. Non ego
aũt, sed gra dei mecũ. Non sane, asscribit fidei, qd dei fuit eiusq; grẽ, nec sibi, qd dei erat.
Eph.2 Ad qd cõfirmandũ aliàs inqt: Gratia em̃ saluati estis p fidẽ, & hoc nõ ex vobis. Dei em̃ do
nũ est nõ ex opibus, vt ne qs glorieť. Quid (obsecro) Paulus doctor ille gentiũ hoc irrefra
gabili dicto aliud agit, q̃ qd paradoxum adfirmat, nõ esse dicẽdum: Fides mea me saluum
fecit, sed gra dei p fidẽ me saluũ fecit. Nec itẽ esse dicẽdum, fides nra nos iustificat, aut sal-
uat: qppe qd inde oriať non mõ perniciosa gloriatio, sed falso dicimus esse nrm qd dei est
donum? Sic sane apto Aplus meas rõnes supra recẽsitas approbat, qbus adfirmauerim,
nõ esse dicẽdum: Fides nra nos iustificat: sed qdẽ esse dicẽdum. Deus sua gra & mia nos,
vl in fide, vl ex fide, vl fide, vl p fidẽ (oẽs em̃ hi locutiõis modi in vnũ coeũt sensũ) iustificat
& saluat: qñquidẽ illa prior locutio à scripturis sctis sit aliena, hæc posterior vero scriptu
ris sit peculiaris & trita. Illa sit falsa, hæc vera. Illa qd creatoris est, creaturæ attribuit, hæc
vero qd suum vniuscuiusq; est, largiť vnicuiq;. Illa cõtra iustitiã alteri rapit, & nobis dat,
hæc qd alterius alteri, & qd nrm est nobis dat, illa supbiæ, hæc humilitatis plena. Illa oĩm
bonoꝝ virtutũ & actionũ destructiua, hæc earundẽ instauratiua, illa grẽ diuinæ & miæ
Titum.1 iustificationẽ prorsus adimit, hæc vero eandẽ recte adijcit. Illa fidẽ, nullam noiat fidem,
hæc fidẽ, quæ ẽ adstruit, ne in nos iuste torqueri possit hoc Pauli dictum: Cõfitenť nosse
deũ, factis aũt negant, cum sint abominati incredibiles, & ad oĩe opus bonũ reprobi.
¶Modo qs deinceps futurus sit adeo rudis, adeoq; pucax, q nolit nræ sniæ prorsus ac Y
cedere, vtpote ad oĩa veridicis scripturis, naturæ, rõniq; oĩno cõsonæ, alteramq; vti pror
sus falsam, erroneã, impiamq; reijcere? Et ad eos q tã indocte tamq; impie, pniciosẽq; ad
plebẽ illã pauperculã nunq̃ nõ inclamitarũt? Fides nra sola nos iustificat. Et ex alia classe,
Matth.22 opa nos iustificãt cũ Chro dicere? Nonne ideo erratis, nescientes scripturas, neq; virtutẽ
Marc.12 dei? Quos vere diuus Petrus appellat indoctos & istabiles, q nõ mõ quędã intellectu diffi
2.Petr.3 cilia in eplis Pauli, sed & cæteras scripturas ad suã ipsoꝝ pditionẽ deprauãt. Id qd hic ma
nifeste factitarũt, Paulo adscribẽtes, qd Paulus nunq̃ dixit, sed falsum eẽ satis vbiq; innuit.
¶Eapropter absit, eo abutamur sermone cõtra oẽs scripturas, cõtraq; oẽm veritatẽ, q
hactenus oĩs fuit erroris, litigij, impietatisq; fons & origo. Verum sequamur quod verũ Z
est deo, quod dei est dantes, quod fidei, fidei, & potius omnia (vti docet) Deo Max. adscri
bamus, in negotio præsertim tam periculoso, & vnusquisq; nostrum dicat.
¶Ego (oĩpotẽs deus) opa in fide, quã precor adiuues, in tuo cõspectu faciã, iustus sim, &
nec ne, tuæ maiestati cõmitto, siue p fidẽ, siue p opa iustificare me volueris, aut sine illis,
qd vtrũq; potes, susq; deq; facio. Potẽs nimirũ es, tuũ est donũ & gra. Scio qdẽ me meis ni
hil viribus pstare posse, qd prius nõ debeã, & nihil habeã qd nõ acceperim, dñs etem̃ es, po
tea qcqd vis, & qm̃ natura optimus es, nõ pt nõ eẽ optimũ, qcqd mecũ volueris aut feceris,
Hæc certe orõ fidei plena, nõ pt eẽ nõ pia & fauorabilis, quæ tibi oẽm adimit arrogantiã,
& in Chrm trãsfert oẽm gloriã, simulq; fidutiã oẽm, qua haud dubie vel in mẽte saltem
vsus, qcũq; à Chro saluatus ẽ, sibi dici audiuit. Surge, vade, fides tua te saluũ fecit. i. qa tã-
tã in me fidẽ habuisti, & firmiter in meã solius potẽtiã credidisti, motus te saluũ feci. Nec
sane dubiũ est, qn oĩs q hac humili ad deũ orõne vteť, audiet sibi demũ ab eodem dici.
¶Surge, vade, qa fides tua te saluũ fecit, q̃uis ille humilitati innixus, neq; sibi, neq; fidei, ✠
sed puræ dei grẽ atq; miæ suam saluationẽ adscribere debet. Et hoc qa fecisse putať ho-
die leprosus ille mundatus per fidẽ suam in humilitate saluatus est, reliqui vero qa à fide,

qua à

qua à dño salutẽ & misericordiam petierunt relapsi,& honorẽ deo nõ dederunt salutem
indubie perdiderũt:nempe,qui suã mundationẽ nõ deo,sed legi attribuerunt, quorũ pro
culdubio similes fuere,qui hactenus iactabũdi apud oẽs clamitarũt:Fides nostra sola nos
iustificat,in quo quatenus errarũt,ex supradictis est euidẽter intelligere, qbus velim addi
tum iri,quæ aliàs diximus,qbus pro loco & tẽpore,alia,si hæc nõ sufficerint, & quidẽ plu
ra adijcere nõ grauabimur.Istis vero,qui sibi velint p nos responderi ad ea loca scriptu-
rarũ,quibus dicitur,q fides nostra nos iustificat,respondeo,Me nondũ inuenisse locũ scri
pturæ,qui tale quid dicat,cæterũ inuenire quidẽ,qui velit fide nos iustificari.

HOMIL. LXVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth.7.Quærite primum regnum dei,& iustitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis,&c.

Dominica decimaquinta post octauas pentecostes.



A Onclusio est eorũ,quæ dicta sunt,cõsummatissima, qua primũ cõ-
cludi intelligimus,duobus quẽpiã dñis seruire nõ debere, qm̃ ne-
mo id cõmode facere possit.Cuius ratio ex cõtextu colligit,quũ
certũ sit vel vnũ ideo diligi,alterũ vero contemni. Sic Apl'us alibi Gala.1.
dicit:An quæro hoĩbus placere? Si adhuc hoĩbus placerẽ,Chri- 1.Cor.7
sti seruus nõ essem.Qui & aliàs ait:Eum qui cũ vxore est,eorũ esse
solicitũ,quæ mundi sunt,qũo placeat vxori,ideoq̃ esse diuisum. 2.Timot.2
Sic nemo(teste eodẽ) militans deo,implicat se negotijs seculari-
bus,vt ei placeat,cui se probauit.Hinc colligimus,de ijs Iesum eẽ
locutũ,qbus simul seruiri nõ queat,q̃ à se sunt cõtraria,cuiusmo-
di sunt,deus & mãmona:quo vocabulo Syrisco intelligunt diuitiæ vel diabolus,qui vel
propterea pesse dicitur diuitijs,qm̃ per eas fallit hoĩes,non quia eas largiatur.

B ¶Secũdo cõcluditur,superfluã dũtaxat rerũ tẽporaliũ solicitudinẽ,& quidẽ eatenus p-
hiberi,quatenus p eã conatus ad æternalia impedit,id est,ne cura tẽporali ab æternis re-
trahamur.Hinc Chr̃s ait:Primũ quærite regnũ dei.Et perinde dicere velit:Postea vero
& ea,q̃ corporis sunt,non quidẽ tẽpore,sed dignitate.Et sic est primũ quærendũ spũale,
tanq̃ bonũ,& posterius tpale,tanq̃ necessariũ propter illud bonũ,ita vt ideo q̃ramus tpa-
le,vt habeamus regnũ dei,nõ ediuerso.Sic quidẽ nõnulli male ratiocinant ex hoc euãge-
lio,oẽm vel ordinatã de rebus ad vitã necessarijs curã improbãtes,pinde atq; nemo labo
rare manu debuerit,nec aliquo mõ de corpore sustẽtando eẽ solicitus.Id q̃d alioqui ad-
uersus Christũ esset,q & curã suis habere de necessarijs pmisit,qñ Iudæ loculũ cõmisit,vñ Iohan.13
emeret,qbus vel ad diẽ festũ opus eẽt,vel q̃ egenis darent.Esset etiãnũ cõtra illud:In su- Gene.1.
dore vultus tui vesceris pane tuo,donec reuertaris in terram:Hinc Adã e paradiso emis-
sus est,vt terrã,de qua assumptus erat,operaret.Sic Apl'us ait,se laborasse & manibus esse 1.Cor.4
operatũ:qui & inqt:Si quis nõ vult operari,nõ manducet. Quare & Martha à Christo, 2.Thessa.3
qm̃ circa frequens ministerium solicita plurimum esset,culpata non fuit. Luc.10

C ¶Datur ergo intelligi ex nostro themate,exq; toto Euãgelio,in primis dei regnũ esse Matth.12
quærẽdũ.i.ipm Christũ,q aliàs dixit:Regnũ dei intra vos venit. Quærẽda est.i.vera sal' 1.Petri.5
inuestigãda,q̃ Chr̃s est,qm̃ Iesus sit saluator:quẽ tũc primũ q̃rimus, quũ in ipm(vt Pe-
trus docet)oẽm solicitudinẽ proijcimus,cui de nobis cura est: quũ,inquã,oĩe q̃dcũq; fe
cerimus in verbo & ope(secũdũ Paulũ)oĩa in eius noĩe fecerimus,gr̃as agentes deo & pa
tri p ipm:Siue ergo mãducemus,siue bibam',siue aliud q̃d faciemus,oĩa ad gloriã dei fa- Coloss.3
ciamus:& iure q̃dem,qm̃(eodẽ teste)nemo nostrũ sibi viuit, & nemo sibi morit,siue vi-
uimus,dño viuimus,siue morimur,dñi sumus.Et sic toti simus in deo,q̃rentes tpalia,si- 1.Cor.10
musquasi non quærentes,& vtentes hoc mundo simus,quasi non vtentes,& possidentes, Roma.14.
quasi non possidentes.Ita q̃dẽ vt prima cura sit de deo & eius iusti tia,deinde posterior 1.Cor.7
de rebus ad vitã hãc necessarijs,quas facile habebimus,vbi primũ dei regnũ q̃sierimus.

D ¶Cæterũ,inquis,hoc ipm non dubito,Paulũ sedulo fecisse,q tñ se fame & siti laborasse 2.Cor.11
cõquerit,qũo ergo dei promissum inibi titubauit? Respondeo,quũ legimus Apostolũ fa- Psal.144.
me & siti laborasse,tñ dei promissa nõ titubasse, quandoquidẽ ista sint adiutoria. Medic'
enĩ ille,cui nos cõmisimus.nouit qñ apponat,& qñ detrahat,sicut nobis iudicat expedire.

E ¶Solent aũt nobis deesse necessaria.Primo,vt exerceamur, & à deo p patientiã & cõ- 2.Cor.12
stãtiã examinati cõfirmemur:siq̃dẽ(Paulo teste)virtus in infirmitate pficitur.Ita aposto
li siti aliqñ & fame laborarũt.Secũdo,q propter pc̃tã nostra demeremur:Siq̃dẽ(vt scri- Eccl.39
ptura ait)ignis,grãdo,fames & mors,oĩa hæc ad vindictã creata sunt. Sic legimus in ve-
teri testamẽto plerũq; pc̃tã hominũ fame serio punita fuisse. Hinc scriptura aliàs p Mo- Deut.28
sen ei,qui dei mãdata nõ seruat,minat,inquiẽs:Mittet dñs sup te famẽ & esuriem. Et per

Hiere. 11 prophetam in eos, qui peccarant, deus ait: Iuuenes morientur in gladio, filij & filiæ eorum morient fame. Tertio, prouenit ex auaritia nr̃a, vt nobis solicitis, ne deficiāt necessaria,
Eccles. 5 aliquādo ea deficiunt, quādoquidē inquit Ecclesiastes: Auarus nō implebitur pecunia, & qui ex diuitijs fructū non capiet, cuius filius in summa erit egestate. Quarto, qm̃ qui super-
1. Timot. 6 flua quærimus, recte aliqn̄ necessarijs caremus. Hinc Paulus ad Timoth. Habētes aūt alimēta & qbus tegamur, his cōtenti simus. Nā qui volūt diuitea fieri, incidūt in tentationē
Hebr. 13 & laqueū diaboli. Idē ad Hebræos: Sint mores sine auaritia, contenti p̄sentibus. Hæc ille. Vnde videmus plerosq; amisisse, q̄ habebāt, quū superflue alia quærebāt. Quinto, qm̃ ple-
Luc. 15 runq; tēporalibus rebus abutimur, iustū est vt hæ nobis aliqn̄ ad necessitatē tollantur. Sic
Ephe. 5 filius prodigus, qm̃ paternā substantiā male dilapidarat, adeo egere cœpit, vt nutriri desi-
1. Thessa. 2 deraret ex siliquis porcorum. Sexto, qm̃ deo pro collatis beneficijs ingrati sumus. Hinc Apo-
Psal. 115 stolus vbiq; & semp̄ monet grãs agere pro oĩbus. Et propheta ait: Quid retribuā dño pro
Esaie. 14 omnibus q̄ retribuit mihi? Et sane ingratitudo inuisa deo, semper est à deo vindicata. Id
Gene. 3 q̄d patet in lucifero & Adamo & Iuda Ischariothe. Septimo, quia deo diffidimus, & in eū non firmā ponimus fiduciā: opinantes, bona ipsa tēporalia nobis à deo quasi ex debito tribui. Id falsum esse, ipse aliquoties ostendit, se esse eorum dominū, ea nobis subtrahens.

¶Prohibet ideoq; dñs maxime hic solicitudinē diffidētiæ, cū ait: Quāto magis vos mo- F
dicæ fidei? Siquidē superflua solicitudo necessariorum ex defectu fidei procedat, quā quidē fidē si firmā haberemus, regnū dei & iustitiā eius, his rebus terrenis ita anteponeremus, vt eas propter illas q̄reremus, certe hæ pro loco & tēpore oẽs adijcerent sine vllo impedimēto, quum nuperrime ostēdimus, nihil eorum nobis deū negaturum, q̄ promisit. Promisit aūt nobis se daturum corporis quoq; nutrimēta, si ei firmiter cōfidamus: nimirum p̄ prophe-
Psal. 54 tam inquiēs: Iacta cogitatum tuū in dño, & ipse te enutriet. Et aliàs: Non vidi iustū dere-
Psal. 36 lictum, nec semen eius quærēs panē. Quā fidem, vt facilius habeamus, Chr̃s hodie multifariam persuadere conatur. Non em̃ dicit: Quia nouit deus vester, sed, qa nouit pater vester, vt in maiorē spem adducat nos. Si em̃ pater est, nō claudet filius misericordiæ viscera, & largiri vult, &, q a cœlestis, potest. Si aūt potest & vult, sine dubio donabit, q̄d ad salutē expedit, modo vere simus in ip̃m firmiter credētes, illiq; oĩa attribuentes, q nō modo nos, si hoc fecerimus, per fidē nostrā tēporalibus necessarijs certo est, sed & æternis iustificaturus, animaduertens sibi à nobis oĩa, non aūt, neq; fidei, neq; virtuti nostræ adscribi. Id q̄d est vere credere, credere, nihil nobis ex meritis nostris, sed ex illius sola in nos pietate & misericordia totū q̄d datur, cōmunicari. Hinc (vt proxime multis ostēdimus) male credūt, qui superbius dicūt, Fides nostra nos iustificat, Sed recte credūt, humiliter dicentes: Deus misericors, per fidē nostrā, sua nos gratia & misericordia iustificat: quanq̄ apud eruditiores huiusmodi sermo fortassis posset sustineri, vt sit, Fides nostra iustificat, scilicet instrumētaliter, nō aūt effectiue. Sed quid isthuc? Tutius igitur dixeris, secundū ea, q̄ nuper retulimus, solum esse deū, qui per fidē sua nos gratia & misericordia iustificat, Quærendum igitur primū est regnū dei & iustitia eius, &c.

¶Regnū quidē dei, regnū Christi, adeoq; ipse Christus, iustitia eius, Iustitia nouæ legis G
(quæ duplex est) operum vna, quam imitando Christū & mandata eius implēdo, adsequimur, qua opus est perinde atq; via ad quærendū regnū dei. Sane ille dei iustitiam quærit, qui in omnibus agēdis vel dimittēdis solicite requirit, vtrū sic agere vel dimittere sit con-
Matth. 5 forme vel disforme Christi doctrinæ, & secundū hoc agit vel ab actione desistit. De qua iustitia Chr̃s ait: Amē dico vobis, nisi abundauerit iustitia vr̃a plus q̄ scribarum & pharisæo-
Matth. 19 rū, nō intrabitis in regnū cœlorum. Et alibi: Si vis ingredi vitā, serua mandata. Et aliàs: Hoc
Lucæ. 19 fac & viues. Altera est fidei, qua à deo iustificamur, de qua nuper ad longū disputauimus, & est iustitia hæc gratiæ, quæ fidē cōsummatā sequitur, vt bona opera virtus. Hæc, inquā, charissima illa habitus. Hæc vt lux de sursum adueniens, oĩa purificans, oĩa pandēs & ornans. Illa vt pulcher thalamus luci suscipiēdæ paratus, vt pulchrior fiat, vt decor eius appareat, & omnis eius perficiat ornatus. Hæc igitur consumens & p̄ficiens, illa p̄parans & incipiens. Porro regni dei & iustitiæ eius solicitudo nō torquet, sed solatur, Nō excæcat, sed illuminat, Nō corrumpit, sed viuificat, credit, sperat, amat. Qua q tenetur, nihil prorsus
1. Petri. 5 de terrenis rebus solicitus est, sed (iuxta Petri p̄ceptū) humilians se sub potēti dei manu, omnē solicitudinē suam proijcit in eū, qm̃ ipsi cura de eo est, qui dat abunde, hanc solam habentibus curā, quæcūq; sunt necessaria, tum corpori, tum animæ.

HOMILIA LXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ septimo, Noli flere, &c.

Dominica decimasexta post octauas pentecostes.

Hisce



A Isce duobus Iesu Christi verbis duo plane Chrs arguit. Primo se
verũ esse deũ, naturæq́ dñm atq; creatorẽ, qui (vt aliàs) ventis, hic Matth. 8
fletui, q homini naturalis est, imperat, vt desinat. Noli, inquiẽs ad Marc. 4
viduã paupercula͂, flere. Non q̃a vt flere desinas in tua sit potesta Luc. 8
te, verũ, quia desinas impero. Et hoc quidẽ nõ sine causa, qm̃ cito
cõsolaberis, sic desine flere eũ quasi mortuũ, quẽ mox viuũ resur-
gere videbis. Qui em̃ in me credit, etiã si mortuus fuerit, viuet, Iohan. 11
qm̃ resurrectio sum & vita. Ideo noli flere, pinde omni spe resus-
citationis destituta, sed bene habeas, & noli flere de filij tui morte
paulo post resuscitandi. Non, inquã, noli flere, quasi idipsum impiũ sit, & naturæ contra-
rium, deflere mortuũ. Sane non aliud (vt ait Plinius) tã naturæ spontaneũ, q̃ flere, quũ vni Plin. lib. 7.
animantiũ luctus sit datus: quandoquidẽ natus iaceat manibus, pedibusq́ deuinctus, flẽs, in prologo
qui nudus in nuda humo natali die abijcitur ad vagitus statim & ploratũ. Sic & multo ma
gis deflere mortẽ alterius, maximeq́ amici, natura humani est adfectus, q liber est, nec ab
vllo cogi potest. Illeq́ ipse affectus, tam nõ est reprehendẽdus, vt in ipso vera ad defun-
ctos arguat pietas, merus amor, & ante actæ vitæ testimoniũ, in quo oõ spectat quid ve-
lit is, q defletur, & cui honos exhibet, sed q̃d meritus sit, nõ quid alij dandũ putẽt, sed q̃d
quisq; datũ velit. Nihil em̃ efficacius est aut aptius ad colendã defunctorũ memoriam, q̃
is in fletu humani animi affectus: Nimirũ, à sanctissimis hominibus minime alienus.

B ¶Hinc scriptura quoq; ait: Fili, in mortuũ produc lachrymas, & q̃si dira passus incipe plo Ecci. 38
rare, & fac luctũ secundũ meritũ eius. Sic Mosen vita defunctũ, vniuersa multitudo trice Deute. vlt.
nos luxit dies, diutius luctura (vt credere est) nisi mos gentia obstitisset, & quẽ sepeliuit in
valle terræ Moab cõtra Phegor, & nõ cognouit homo sepulchrũ eius vsq; in p̃sentẽ diẽ. Gene. vlt.
Sic Ioseph cernẽs patrẽ suũ Iacob, ruit super faciem patris, flens & deosculãs eũ, p̃cepitq́
seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrẽ. Quibus iussa explentibus, transierunt
quadraginta dies: quandoquidẽ is mos erat cadauerũ conditorũ, fleuitq́ eũ Aegyptus se-
ptuaginta diebus, finitoq́ planctu, sepeliuit corpus in spelunca duplici, quã emerat Abra
ham cũ agro in possessione sepulchri, celebrauitq́ exequias planctu vehemẽti dies septẽ.
Sic & oĩs multitudo vidẽs occubuisse Aaronẽ, fleuit sup eo triginta diebus p cunctas fa-
milias suas. Sic Dauid cũ omni populo, scissis vestimẽtis, saccis indutus ante exequias Ab- Nume. 20
ner. planxit. Sic idẽ Dauid, cũ oĩbus suis seruis filiũ suũ Amon multis diebus loxit. Sic & Sa 2. Regũ 3
muelem oĩs Israel planxit. Sic etiãnum Iudæi quondã Saulis cadauer publico luctu in par 2. Regũ. 13
te Galaaditanæ terræ, ieiunio septẽ dierũ oĩs sexus & ætatis indicto, planxit. Sic in nouo 1. Regũ. vlt.
quoq; testamẽto Martha & Maria fratrẽ suũ defunctũ fleuerunt. Idẽ quoq; fecerũt Maria Iohan. 11
Magdalene & altera Maria, defuncto Iesu Chro, sedẽtes contra sepulchrũ, quũ illius cor Math. 27
pus Ioseph ab Arimathia in sindone mũda inuoluisset, illudq́ posuisset in monumẽto suo Marci. 15
nouo quod exciderat in petra. Sic hodie vidua filium defunctum deflet. Luce. 23
Iohan. 19

C ¶Vnde primũ erroris cõuincunt & mẽdacij, q aiunt, mortuos nullo pacto esse plangẽ-
dos, nec aliq̃ proinde mœrore adfici: Nimirũ freti (vt adlegãt) autoritate Hieremiæ dicen Hiere. 22
tis: Nolite flere mortuũ, neq; lugeatis sup eũ fletu. Itemq́ p̃cipoa autoritate Pauli scriben 1. Thess. 4
tis: Nolumus aũt vos ignorare frẽs de dormiẽtibus, vt nõ cõtristemini, sicut & cæteri qui
spem nõ habẽt. Sane sciẽdũ, Hieremiã nequaq̃ prohibere, ne vllũ mortuũ defleamus ĩ vni
uersum, sed noluit immoderatius fleri mortuũ Ioachã Iosiæ filiũ in Aegypto defunctũ: nẽ
pe, q ei⁹ mors nõ tã esset Iudæis lamẽtabilis q̃ aliorũ triũ sequẽtiũ regũ. Loquit em̃ de mul
tis regibus, quorũ mors fuit satis superq́ calamitosa, inter q̃s Sedechias, q exoculat⁹ in Baby
lonẽ ductus fuit, ibiq́ defunctus. Cuius etiã tpe captiuitatis, tẽplũ fuit cõbustũ cũ ciuitate,
populusq́ partim occisus, partim captiuatus, ideoq́ & eundẽ regẽ Sedechiã propter im
mẽsam calamitatẽ p̃cipit deflendũ: Plangite (inquiẽs) eũ, qui egredit, quia nõ reuertet vl-
tra, nec videbit terrã natiuitatis suæ. Sic cõstat prophetã minime prohibere, ne mortem
alterius defleam⁹, sed monere, eũ parcius deflẽdũ, cuius mors fuerit facilior & honestior
& magis secũdũ naturã, sicuti amarius eẽ de ei⁹ morte dolẽdũ, q maioris doloris causam
habuit, vti hodie ĩ filio defuncto viduæ, q̃a mater vidua erat filio vnico orbata. Ad Paulũ 1. Thess. 4
recte r̃ndebis, ipsum prohibere Thessalonicẽsibus, ne ipsi mortuos perinde atq; nunq̃ sur
recturos deflerẽt, quẽadmodũ gentes, q̃, cũ sint infideles, resurrectionẽ nõ credũt, ideoq́
supra modũ, & quidẽ desperate mortuos suos deflẽt. Sic aũt Christiani nõ dolẽt de mor
tuis, sed pietatis tantũmodo adfectu permoti plangẽt. Id q̃d & scripturis & naturæ cõso
nũ est, vti paulo supra ostẽdimus. Quod & Paulus ad Corint. apto scribit. Debemus vtiq;, 1. Cor. 15
iuxta Apostolũ, de mortuis esse flentes, tanq̃ non flentes, id est, eos moderate deflere. 1. Cor. 7

D ¶Et hoc primo, p qui morit, diuinã sequit voluntatẽ, cui nõ est reloctandũ. qua fortas
sis ille mortuus est, ne malus in hoc mũdo redderet. Sic iuste q̃s dicet pro cõsolatione cũ

Iob.1. Iob: Dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit, ita factũ est, sit nomen dñi benedictum.
Psal.94 ¶Secundo, quod iustum est, vt deus repetat, quod suum est. Ipsius autem sumus omnes, E
quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos.
¶Tertio, ꝙ ad mortẽ oẽs tenemur, & sic necessum ẽ mortis debitũ soluere. Hinc scripto F
Gene.2 ra: Quacũq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Hinc Paulus: Statutũ est oĩbus hoĩ-
Hebr.9 ¶Quarto, ꝙ dñs nouit, an magis expedierit viuere q̃ mori, ideoq; (bus semel mori. G
illius voluntati est cõmittendũ. Sic ille Paulũ (licet is mori vellet) diutius viuere voluit, in
Phil.1. profectũ Philippensium. Sic Tobias moriturus dixit: Et nũc dñe secundũ voluntatẽ tuã
Tob.3 fac mecũ, & ꝓcipe in pace recipi spm̃ meum, Expedit em̃ mihi mori magis q̃ viuere.
¶Quinto, ꝙ qui mortuus est, ab huius mundi aduersitatibus, laboribusq; liberatus est, H
Iob.14 in spe futuræ requiei. Homo em̃ (inquit Iob) natus de muliere, breui viuẽs tempore, reple
Eccles.2 tur multis miserijs, & nunq̃ in eodem statu permanet. Sic & Ecclesiastes ait: Cuncti dies
eius ærumnis & doloribus pleni sunt, nec per noctem mente requiescit.
2.Regũ.12 ¶Sexto, ꝙ frostra immoderate dolemus mortẽ, quũ reuocari nequeat. Sic Dauid, audi I
tã morte filij sui, surrexit ab afflictione & luctu, dicẽs: Cũ adhuc viueret puer, ieiunaui &
fleui. Dicebam em̃: Quis scit, si forte donet mihi eũ deus, & viuat. Nũc aũt, quia mortuus
est, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadã magis ad eum.
Eccl.30 ¶Septimo, ꝙ immoderata pro defuncto tristitia ex nimio planctu manans, vitæ no- K
Prouer.15 ceat. Multos em̃ (teste scriptura) occidit tristitia, & nõ est vtilitas in ea. Et sicut tinea vesti
Eccl.38 mento, vermis ligno, ita tristitia nocet cordi. Hinc rursus: Consolare propter tristitiam,
nec dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te.
¶Octauo, ne videamur mortuo inuidere nimio fletu æternam beatitudinem, quam nõ L
Phil.1. nisi per mortẽ ingredi poterit: Hinc Paulus ait: Et quid eligam, ignoro, coartor autem e
duobus, desiderium habẽs dissolui & esse cũ Christo, multo magis melius.
¶Nono, qm̃ per mortẽ certa mortuo sit in nouissimo die, vnã cũ corpore resurrectio. M
Iohan.12 Sic Chrs inquit: Nisi granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipm̃ solum manet. Et
1.Cor.15 Apl̃s: Quod seminas nõ viuificat, nisi prius moriat. Hinc Martha: Scio (inqt ad Iesum)
Iohan.11. qa resurget in resurrectione in nouissimo die. Sic etenim hæc ipsa resurrectio de planctu
pro mortuo hoĩe maxima esse deberit cõsolatio, etiamnũ Apostolus solatur Thessaloni
1.Thess.4 censes. Nolumus (inquiẽs) vos ignorare frẽs de dormiẽtibus, vt nõ contristemini, sicut &
cæteri, q spem nõ habẽt. Si em̃ credimus, ꝙ Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos
qui dormierũt per Iesum adducet cũ eo. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.
¶Ex ijs proinde inter alia colligimus, sancte ac iuste à nobis mortuos posse defleri, mo- N
derate tñ, propter causas memoratas. Plangẽdos, inquã, esse, nõ modo vnũ diẽ, sed & se-
ptẽ, sed & triginta, imo in die anniuersario, vt paulo añ ex scripturis patuit. Vnde ecclesia
catholica inducta rite instituit, de mortuis primũ diẽ mortis, itẽq; septimũ & trigesimũ,
imo & anniuersariũ suo more celebrari, cõtra eos, q cõtentiose idipm̃ recte fieri inficiauf.
¶Qui & deinceps perperã negãt, honorifice sepeliri mortuos, curari de sepultura, nec O
referri quo quis loco sepeliaf: quũ plane refragetur ipsis hodiernũ euangeliũ, & scriptu-
ræ superius adcitæ, qbus vel pomposior sepulturæ ratio admittitur. Addiderim & maxi-
Eccl.38 me cõmendari officiũ sepulturæ. Dicit quidẽ scriptura: Incipe plorare, & secundũ iudici-
um cõtege corpus illius, & nõ despicias sepulturã illius. Sic & eadẽ scriptura cõmendat
Tob.1 Tobiã, ꝙ is vel contra edictũ tyranni mortuos sepelierit, qui & adeo de sepultura curio-
sius, vt moriturus ad filiũ dixerit: Cũ aũt acceperit deus animã meã, corpus meum sepeli.
Tobiæ.4 Cum aũt & ipsa mater tua compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me. Transeo
sexcenta alia scripturæ loca, quibus maxima sepulturæ ratio habetur.
¶Secũdo ex hodierno euãgelio ostẽditur, magna Christi Iesu in eã, quæ mortuũ filiũ P
vnã cũ tota hominũ multitudine defleuit, misericordia & cõpassio. ¶Vnde primo col Q
ligitur, pie & iuste eos facere, q condolẽtes ordinatim cũ de mortuo sepeliẽdo (vt moris
est) eunt. Id qđ etiã ex scripturis supius arguif, cõtra schismaticos, q idipm̃ male negant.
¶Secũdo, adeo etiam in funere deducẽdo nõ vituperari à scripturis, & cærimonias & R
pompas licitas, vt etiã inibi rectissime agi possunt, q̃ veræ fuer pietatis, charitatis, lamẽta
tionisq; signa, vtpote vestes lugubres, pulsus campanaꝝ, næniæ, candelæ ardẽtes, aqua be
nedicta, qua funus aspergitur, & thos, quo ipsum thurificat, hocq; genus alia, q̃ cuiusdam
sunt pietatis atq; rei sacræ argumẽta. Clangor tintinabuloꝝ primum inducit memoriam
& certitudinẽ ipsius, q defunctus est, ab audiẽtibus cupiens subleuari pia pro se oratione
apud deũ, ita vt dicãt: Deus sis ei propitius. Deinde significat ipm̃ in ea fide mortuũ, qua
credit corpus suũ vere resuscitatũ iri, & animæ iteꝝ coniungi per clangorem tubæ, qua ar
1.Thess.4 chãgelus mortuos ad iudiciũ tremẽda voce euocabit, qua audita, q mortui sunt in Chr̃o,
2.Regũ.14 resurgẽt, teste Apostolo. Sic aliàs instruitur mulier, perinde mortuũ luctura, quæ induit
veste

veste lugubri. Fuit em̃ & est hodie vulgaris apud oẽs mos, vt tẽpore luctus nigris vestibus induamur, ad ostẽdendũ animi nr̃i mœrorẽ, cui hic captus tradit color. Sic & tpe deducẽdi alicuius funeris, in q̃ & nænijs antiqui vsi sunt ad vehemẽtẽ animi dolorẽ arguẽdũ. Sic apud Ezechielẽ scribit sup Tyro interitura: Et plorabũt te in amaritudine animæ plora-tu amarissimo, Et adsumẽt sup te carmen lugubre, & plangẽt te. Et rursus: Fili hois, cane carmẽ lugebre sup multitudinẽ Aegypti. Sic & hodierno tpe in deducẽdis funeribus, cãticis vtimur lugubribus, qbus & mortuũ hoiem dolemus, & pro eius, nostraq; salute deũ oramus, eidẽq; gratias agimus. Cuius tũ funeri anteferẽ signũ triũphalis Chri crucis, quo significat, eum, q defunctus est, hoc sanctissimũ vexillũ adeo nõ fugisse, vt etiã ab eo vsq; ad cineres vltimos miles nõ defecerit nẽpe, quo fit à morte liberat, cuius etiã ductu in alter o seculo inimicos crucis vsq; ad paradisum fugare sperarit, & cũ eo oẽs, q funus sequũtur, hoc ipm firmiter sperãt, in cruce Iesu Chri, p quẽ nobis mũdus est crucifixus, cũ Apl'o gloriãtes. Insup & candelæ ardẽtes asportant, ea nimirũ fide & significatione, qua defunctus & cũ eo oẽs, q sumos, sequunt, credidit se ex ijs mũdi tenebris p mortẽ, quã deuicit, itẽ in illã summã, æternãq; cœlestis patriæ claritatẽ ituru vbi ea est ciuitas, q non eget, neq; sole, neq; luna, vt luceãt in ea, qm nox illic nõ est, sed claritas dei illuminat eã, & lucerna eius est. Cuius claritatis eximiæ argumẽtũ dedit dñs in mõte Thabor, qñ corã tribus discipulis trãsfiguratus est, adeoq; resplẽduit singulari luce, vt facies eius sicut sol resplenduerit, & vestimẽta eius facta sint alba vti nix. Deinde & ipm funus aqua bñdicta spargit in signũ q defunctus in fide baptismi mortuus sit, & in ea solũ saluus fieri crediderit, quis & eandẽ aquã aliud q̃q inibi opari nõ dubitauerim: Nimirũ, noxia ab eo loco virtute Chri eiusq; verbi bñdicti repellere. Thure demũ thurificat, in signũ, q defunctus crediderit se p mortẽ hãc tẽporalẽ ire ad verã immortalitatẽ, qua futurus sit perinde dei Max. participatione diuinus. Thure em̃ singulariter deus olim est honoratus, illiq; thus oblatũ, ad eius immortalitatẽ, diuinitatẽq; ostẽdendã, quod tres Magi mystice clarius innuerunt, thus, myrrhã, aurũ Chr'o offerẽtes. Ipsum deniq; funus plerũq; semp in cœmiterio, loco, templo cõsini, sepelit, & nõ alibi, q̃d defunctus deo p fidẽ dicatus credidedit se cũ tota ecclesia in extremo die vnã cum corpore resurrecturũ, q̃d corpus interim hic requiescit, vti aĩa in cœlo. Vides ergo q̃ nõ sint impiæ cærimoniæ, q̃ de mortuis exhibent, quæ non modo scripturis nõ prohibent, sed p illas approbant, adeo, vt etiã magnificẽtiora quædã monumẽta apud sepulturas erigi nõ prohibeant, exẽplo Simonis Machabæi, q super sepulchrum patris sui & fratrũ suorũ ædificiũ visu altũ cõstruxit, & circũposuit columnas magnas, & sup colũnas arma in memoriã sempiternã, q pater & fratres sui pro legibus sanctis, patriũq; testamẽto armis vsq; ad mortẽ bella gessissent. Idq; ipm propterea posteros recte facturos, qbus hæc essent monumẽta perinde in exẽplũ erecta. Addiderim & hasce cærimonias plurimũ admonere hoiem pietatis, itẽq; rerũ cœlestiũ & æternaliũ, & ideo tã (sim plicioribus psertim) necessarias, vt Apl'us dixerit, p ea, quæ exteriora sunt & mũdi visibilia conspici & intelligi posse inuisibilia & æterna, adeoq; dei virtutẽ & diuinitatem.

Ezec.27.3 Galat.6 Esaię.60 Apoc.21. Matth.17 Marc.9 Luc.9 Marc.16 Leui.2. Matth.2 Iohan.5 1.Mach.13 Hebr.8 Roma.1

S ¶Valeãt igit schismatici, qui, vt cætera veræ religionis oĩa, plane nihil velint admittẽdũ cærimoniarũ penes mortuos: quũ tñ, qui hmõi mysteria vel signa ecclesiæ fideliter & pie frequẽtant, quanq causas eorũ scire nõ potuerint, nõ tñ sine fructu sunt. Nimirũ instituta, vt miro mõ secreta dei, q̃ à paucis possunt intelligi, pene ab oĩbus possint agi. Sic qa in operãdo soli vidẽt oculi, cætera mẽbra, quæ nõ vident, & tamẽ operant, nõ sunt sine fructu, singula suã habẽt dignitatẽ. Præeminẽt aũt oculi, qui cætera ducunt & dirigunt.

T ¶Hæc pro tuenda veritate, pristinaq; religione cõseruãda cõtra scismaticos dicta sunto, qui nõ modo circa funera pias cærimonias, sed & sepulturæ, demortuorumq; licitam alioqui rationẽ deplangendorũ damnant, aduersum quos tot memoratæ scripturæ militant, militat & hodiernũ euangeliũ, in quo traditur, vidua defleffe defunctũ, & cũ ea totã multitudinẽ deduxisse ad sepeliẽdũ, & Christũ simul misericordia permotũ. Sicut & alias scribitur, ob filiã defunctã archisynagogi fuisse tumultũ, omnes fleuisse, plorasse & eiulasse, & tibicines adfuisse, qui ad ploratũ reliquos prouocarẽt, ac Christũ tunc dixisse: Quid turbamini & ploratis? Quam deinde à morte suscitauit.

Matth.9 Marc.5

V ¶Nec interim profuerit adlegare, q̃d Chrs alibi ait ad discipulũ dicentẽ: Dñe, pmitte me primũ ire & sepelire patrẽ meũ, dixerit, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Similiter & alibi illũ dixisse, Væ vobis, q ædificatis monumẽta pphetarũ. Quorũ altero videt dñs prohibuisse deductiõnẽ funeris ad sepulchrũ, altero aũt sepulturę structurã. Atqui vtrobiq; errat, qm primo saluator, innuit, humana diuinis posthabẽda, priusq; obeunda, q̃ maxima, sicut apostoli ne occuparent studio verbi diuini dispẽsandi, ministros pauperibus ordinarũt, sic etenim decet pferre spũalia cũctis necessarijs. Diabolus em̃ insistit attẽtus, volẽs aliquẽ aditũ inuenire, & si modicã sumat neglegentiã, magnã operatur

Matth.8 Lucæ.9 Lucæ.11 Acto.6

ratur pusillanimitatē. Et sane ꝓferenda est pietas, qua deo tenemur, amori parentū, qbus reuerentiā exhibemus, ꝙ per eos geniti sumus, & ministri facti sunt introitus nr̄i ad esse, Matth.10 Ipse vero deus, cū nō essemus, ad esse nos produxit. Hinc Chr̄s alibi ait: Qui amat patrem aut matrē plus q̄ me, nō est me dignus. Et q amat filiū aut filiā super me, nō est me dignus. Sic etiamnū intellige illū discipulū ad euangelicū mysteriū vocatū, quæ finisse inducias, q̄ sufficere possent ad decrepiti patris sustētationē, perinde actuꝗ & obseruatumꝗ debitā ex lege parēti pietatē, non aūt vt posset sepelire simpliciter defunctū patrē rogasse, q̄d Chr̄s nō impediuisset, sed rogasse sepelire .i. sustētare in senectute vsq; ad mortē. Addiderim & forte illū patrē de numero fuisse infideliū, ideoꝗ mortuorꝗ, cū quibus nulla nobis esse debeat futura cōmunio. Hinc dn̄s inquit: Sine mortuos, &c. Erāt em̄ & alij curatores linea parētela adstricti, sed mortui, qm̄ Christo nondū crediderāt. Ita habes primū rite dissolutū. Altero aūt Chr̄s nihil aliud agit, q̄ quod ꝑfidorꝗ Iudæorꝗ perfidiā reprehēdit, qui ædificando sepulchra prophetarꝗ, patrū suorꝗ facta damnabāt, æmulādo aūt paterna scelera in seipsos sententiā retorquebāt. Simulabāt em̄ se (ob fauorē vulgi captandū) patrū suorꝗ perfidiā horrere, memorias prophetarꝗ, q ab eis occisi sunt, magnifice ornando, sed ipso ore testificabant, quatenus paternæ nequitiæ cōsentiebāt, iniurijs agēdo, dn̄m à prophetis denunciatū. Nō proinde inibi sepulchrorꝗ ædificatio, sed æmulatio loco criminis æstimatur. Id q̄d ibi ꝓcedentia & sequentia verba arguunt. Manebit igitur ritus in defunctis honorādis ab ecclesia catholica ex scripturis vere institutus & hactenus pie obseruatus, cui & hodiernū euangeliū fortiter suffragatur, in quo defunctus deflerur, à multitudine ad sepulturā deductus, in quo & Christus misericordia motus, inquit: Noli flere, &c.

HOMILIA LXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ.14. Si licet sabbato curare?

Dominica decimaseptima post octauas pentecostes.



Ire quidē r̄ndet Chr̄s, idemꝗ vno eodēꝗ verborꝗ contextu sapiē A ter quærit: Si (inquiēs) licet sabbato curare? Mire, inquā, r̄ndet, nō ad verba, sed cogitatus. Sed sane non mirꝗ videri debet de eo, qui Psal.7 r̄ndet, quū sit ille, quo de propheta: Scrutans corda & renes deus. Hiere.17 Idē de seipso aliās: Ego dn̄s scrutās cor & probās renes. Sic & sapiē Sapiæ.6 tia air ad mūdi huius rectores. Qm̄ data est vobis à dño potestas, & virtus ab altissimo, q interrogabit opera vestra, & cogitationes Hebr.4 scrutabit. Et sane ille hodie r̄ndet, qui (Ap̄lo teste) discretor est cogitationū & intentionū cordis, & nō est vlla creatura inuisibilis in Luc.5 cōspectu eius. Oīa aūt nuda & aperta sunt oculis eius. Sic alibi te- Matth.9 statur euangelista, inquiens: Sciebat em̄ Iesus cogitationes eorꝗ. Id quod hodie & alio in Lucæ.7 loco probauit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Sciebat em̄ ꝙ mala cogitarent. Psal.93 ¶Hinc male loquunt peccatores apud prophetā: Non videbit dn̄s, nec intelliget deus B Iacob. Ad q̄s econtrario ait propheta: Intelligite nūc insipientes in populo, & stulti aliqū sapite. Qui plantauit aurē, nō audiet? Aut qui finxit oculū, non cōsiderat? Dn̄s scit cogitationes hominū, qm̄ vanæ sunt. Potest opus suū ignorare artifex, quū homo in opere suo Eccl.23 latentia deprehendit, & deus opus suū nescit? Male ergo peccator quoꝗ aliās dicit: Quis videt me, & tenebræ cooperiunt me & parietes? Quāuis in lecto positus hæc cogitet, vbi nō putauerit, cōprehēditur. Et erit illi dedecus, q̄d non intellexerit timorē dei. Quid modo tā stolidū, q̄ putare deū quicq̄ latere, cū sol, qui minister luminis est, etiā abscondita penetret, & in fundamēta domus vel secreta cōclauia vis caloris eius irrumpit? Ita nobis nō debet videri mirū, ꝙ Christus dns noster nō ad interrogata, sed cogitatus respondcrit, qui homo, idemꝗ deus rescinerit, quid cogitabant & quid essent interrogaturi.

Matth.12 ¶Proinde r̄ndens vna sapiēter quæsiuit: Si liceat sabbato curare? Ideo quidē, vt veritati C aptius locū faceret, de eo, q̄d aliās dixit: Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdēnaberis. Recte em̄, q dolose videbant interrogare, ad cōfusionē eorꝗ rogant, q malitiose Psal.7 obseruātes, r̄ndere prorsus nō potuerunt, quū certo cōfusi essent, quocūꝗ modo respondissent. Incidūt igit̄ iuste in fouea quā sibi fecerūt. Q̄squidē Iudæi Christum obseruarunt dolo, vt inuenirēt in eius vel opere vel sermone, q̄d accusarēt. Obseruabāt, inquā, an ipse in sabbato eēt curaturus, vt, s. si nō curaret, crudelitatis vel imbecillitatis, si curaret trāsgressionis vitio eū arguerēt. Cæterꝗ, Christus doctor verus, idemꝗ solus ac vnicus magister, in quo oēs fuere scientiarꝗ & sapientiæ thesauri, sapiētissime occurrit interrogās, ipsos ꝓueniendo, q sibi male cōscij obstupuerūt, qm̄ viderunt quicquid diceret, hoc ipsum contra se dicēdū. Si em̄ licet sabbato curare, quare saluatorē an curet, obseruāt? Si nō licet, q̄re

ipsi

ipsi sabbato pecora curāt? Sic cum aliàs phariſæi consiliū inierāt, vt caperēt Chrm in ſermone, miſerūt ad eū diſcipulos ſuos cū Herodianis, dicentes blande: Magiſter, ſcimus q̃a Math 22
verax es, & viā dei in veritate doces, & nō eſt tibi cura de aliquo. Nō em̄ reſpicis pſonā hominis. Dic ergo nobis, q̄d tibi videt? Licet cenſum dare Cæſari, an non? Apparebat, ſi ad ea q̃ rogabat, rite r̄ndiſſet, euenire oportere, vt aut impietatis reus fieret aut maieſtatis. Vt ſi diceret: Nō ē̄ licitū, Cæſari dare cenſum, ſtatim caperet tanq̃ cōtrarius Imperatori. Si aūt diceret, eſſe licitū, videret eſſe cōtrarius libertati populi, & diuino honori, & ſic incurreret maleuolentiā. Chrus aūt doctor ille ſummus, cognita eoꝝ neq̃tia, Dicite (inq̃t) mihi cuius inſcriptio ē hæc? Cæſaris, aiūt: Reddite (inq̃t) q̃ ſunt Cæſaris, Cæſari, & q̃ dei deo. Q. d. O vos hypocritæ, q̃a aliud p̄teditis, & aliud intēditis, qm̄ nō quæritis veritatē addiſcere ſed me in verbis capere &c. Quo nimiꝝ & hodierno dicto monemur, q̄uo ſit iuſte illis occurrēdum, q non inſidioſe vel audiunt, vel quærūt, arguit etiānum male cędere iſtis, qui doloſe quęrunt, vel ad accuſandum loquentē obſeruant, in eoq̃ grauiter peccare. Marc. 12 Luc. 20

D ¶Cæteꝝ q̃a hoc tp̄e pleriq̃ de ferijs adeoq̃ de ſabbato variant, Fortaſſis nō incōgruū neq̃ inutile fuerit paucis explicare, cur ſabbatum, quod nos diem dn̄icum appellamus, ſit inſtitutum, & q̄d in eo ſit agendum aut dimittendum, & q̄uo deniq̃ in ipſo diſpēſandū.

E ¶Igit̃ ſciendū dici ſabbatū hebraica lingua, diem quietis. Sabath q̄dem grçce, latine eſt Exod. 20
quies. Et eſt ſeptimus dies, q̃ requeuit deus ab opibus ſuis, q pꝑterea à Iudæis iubebat ſanctificari adamuſſim, ſicuti & nobiſcū in p̄cepto eſt, & ſi alia q̃ apud Iudæos rōne. Hinc in Exodo dr̄: Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. Sex diebus opaberis, & facies oīa opa tua. Geneſ. 2
Septimo āt die ſabbatū dn̄i dei tui ē. Nō facies om̄e opus in eo tu & fili⁹ tuus & ancilla tua, & iumētū & aduena, q eſt intra portas tuas. Sex em̄ dieb⁹ fecit de⁹ cœlū & terrā & mare & oīa q̃ in eis ſunt, & requeuit die ſeptimo. Idcirco b̄ndixit dn̄s diei ſabbati, & ſc̄tificauit eū.

F ¶Quibus ex verbis colligit̃: Sabbatū eſſe inſtitutū & ſc̄tificandū. Primo, vt memores ſimus eoꝝ, quæ deus eo die fecit. Sc̄do, vt à laboribus q̃bus p hebdomadā fuimus occupati, ſubleuemur, q̃eti dediti. Tertio, vt maxime eo die à pc̄tō abſtineamus, deo deuoti, q̄n quidē ſcriptura prohibeat, eo die opus exerceri ſeruile, cuiuſmodi eſt pc̄m̄, teſte dn̄o qui ait: Omnis q facit pc̄m̄, peccati eſt ſeruus. Quarto, vt ſpecialr̄ in eo diuinis rebus, maximeq̃ diuino verbo vacet. Hinc Chr̄us annū natus duodecimū cū parētibus Hieroſolymā aſcendit, ſecundū conſuetudinē diei feſti, certe ad nihil aliud q̃ ad adorandū deū & rebus diuinis vacandū. Qui etiā frequētius in ſabbato curauit & docuit, cū vt inſinuaret ſpūale ſabbatū, tum q̃a in eo celebrior erat populi conuētus. Quod certe optime ip̄m decuit, quí erat illa lucerna euāgelica, quæ nō vni domui ſed toti mūdo lucē exhibuit, quæ ſub modio minime, ſed ſup cādelabrū erat ponēda, q̄ppe q erat lumē, oēm illuminās hoīem, in mūdū venientē, grā. ſ. vt deus, virtute hō & doctrina. Optime ergo in oculis oīm lucē opeꝝ ſuoꝝ pꝑalare debebat, bene in ſynagogis & in tēplo, q̃ oēs Iudæi cōueniebāt, operari & docere illū decebat. At illi nō qualicūq̃ die, ſed ſabbatis, neomenijs, alijſq̃ feſtiuitatib⁹ celebres conuētus agebāt. Oportebat ergo vt ſabbatis doceret, q̄n domus plena erat, q̄n ingrediebant oēs feriati, ad q̃s lucerna hæc miſſa fuerat. Sic Iob ſuos filios dr̄ ſanctificaſſe, i. emēdaſſe, boniſq̃ doctrinis & opibus inſtruxiſſe in ſabbato. Sic Tobias die feſto ad prandium pauperes inuitabat, mortuoſq̃ ſepeliuit. Quinto, vt in ſabbato prorſus ab ope manuali & ſeruili ceſſet, vt opibus quæ ad diuinū ſeruitium p̄tinent, eo melius intendi queat. Leui. 23 Iohā. 8 Lucæ. 2 Luc. 8 Math. 5 Iohan. 1 Iob. 1 Tobi. 2

G ¶His igit̃ quinq̃ rōnibus ſabbata ſunt inſtituta, q̃bus & ipſa ſanctificari ſolēt. Sic & nos Chr̄iani in ſabbato nr̄o. i. die dn̄ica, cæteriſq̃ dieb⁹ diuoꝝ feſtis ab eccleſia catholica, ſpū ſc̄tō authore īſtitutis, ijſdē q̄nq̃ modis ip̄m ſabbatū debem⁹ ſanctificare. Prio, in ip̄o deuoto corde eē̄ memores eoꝝ, quæ deus opatus eſt in eo, & q̄d diui q̃q̃ Chr̄i noīe nobis exēplo ſint opati, q̃s ſedulo imitari oportet, deumq̃ in illis ſuis mirabilibus opibus magnificare, grāſq̃ agere, iuxta illud Dauidis: Generatio & g̃tio laudabūt opa tua, & potētiā tuā pnūciabūt, Magnificētiā g̃liæ ſanctitatis tuæ loq̄nt, & mirabilia tua narrabūt. Debem⁹ & ipſi in ſabbato à pc̄tis maxie abſtinere, & diuinis vacare ſtudioſius. Sic de Chr̄o Euāgeliſta ait: Poſt hæc erat dies feſtus Iudæoꝝ, & aſcēdit Ieſus Hieroſolymā. Et rurſus: Vt aūt aſcēderūt frēs eius, tūc & ip̄e aſcēdit ad diem feſtū. Vereor aūt ne in ſabbato pleriq̃ oēs q̃ alijs dieb⁹ ad peccādū ſint pcliuiores, vtpote ludis illiberalibus, crapulis, choręis, libidinibus, negotiatiōibus, vanis voluptatibus ac moribus, malis exēplis, rixis, bellis, homicidijs, comeſſatiōibus, bibitiōibus, & hoc gen⁹ alijs pc̄tis dediti. Hinc verēdū, ne tū diſſolutiſſimis moribus deū maxie irritemus, quū deo feruētius atq̃ diligētius obſequiū exhibere deberemus, & cū potiore ſunt iure p̄hibita, quæ nō niſi cū pc̄tō & graui offenſiōe dei cōmitti queunt, quū tū (Cyrillo teſte) eo grauius ſit pc̄m̄, q̃ ſanctiore tp̄e cōmittit̃. Caueamus igitur magnope, ne noſtroꝝ feſtoꝝ ſolēnitatē abominabilē deoq̃ ingratā, cū iniqua voluntate, cum cructa mēte, cū ſanguinolētis manibus faciamus, veluti impij Iudęi fecerūt, q Pſal. 144 Iohan. 5 Iohan. 7

Ioh. 8 (vt eſt ſcriptura ab Euãgeliſta)in die feſto,quẽ ab om̃i ope ſeruili iubebãt ſeruãdũ Ieſum
Chr̃m,vt eũ interficerẽt,quærebãt,& in paſcha, ei inſidias tẽdebãt diem'q; ſolẽnitatis in
cędẽ couertebãt.Ita ſane(prohdolor)video nunc eo rediiſſe Chr̃ianorũ mores,vt q̃ olim
cõducebat ad pietatem feſta inſtituere,tam nunc pene cõducibile videat̃,eadẽ antiquare.
Quàm in rem,vtinã aliq̃n diligentius intendãt principes Eccleſiaſtici,põtifices, theologi
concionatores,quorũ animos Chr̃us aliq̃n excitet ad ea,quæ verę ſunt pietatis plebem'q;
ipſam imperitam ſobrie placide'q;,quę Chr̃o digna ſunt,doceant & inculcent.

¶Non ſane q̃d velim dies feſtos ab eccleſia inſtitutos abrogatũ iri,vt alias ſine eorũ,q̃rũ H
docuit, quæ ab Apostolo proinde veritatis dicitur columna atq́ꝫ firmamentum.

¶Absit igit. absit, charissimi fratres, in hac re, ꝓsertim tā pia q̄ æqua, veritatē impugne L
mus, vñ nihil subsequi necessum sit aliud q̄ Iesu Chri dñi nostri ac redēptoris, dei Max.
Mat. 10. 25 filij dehonestamētū, in matre ipsius honestissima, quā qui vilipendit, qs ignoret eū pror-
sus etiamnū vilipendere & filiū. Christo eñ fieri oportet, q̄d illis, q eius sunt, fit. Sic nimi
rum perfidi Iudæi, vt Iesum Messiā populo traducerent, illiusq́ꝫ authoritatē obnubila-
rent, probrose dictitabant. Vnde huic sapiētia hæc & virtutes? Nōne hic est fabri filius?
Matth. 13 Nonne mater eius dicitur Maria? Nōne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrē &
Marci. 6 matrē? Nimirū, ipsi dño nostro Iesu Christo ignobilitatem, obscuritatēq́ꝫ generis expro
Iohan. 6 brātes, quēadmodū vesani hæretici faciūt, peccātes primū cōtra ipsam veritatē, & sic in
Iohan. 14 spm̄ sanctum, deumq́ꝫ adeo Max. qui ipsa est veritas. Secūdo, in eam, vnde nostra salus
L. 1 §. idē initiū cœpit. Tertio, in suā ipsorū propriā salutem: nempe oēm à Maria charitatē sub-
q̄ & §. id ē mouentes, plane odiosi in illam fiunt. Qui q̄ vel ideo iure sint ipso ciuili reprehensibiles
aiunt. ff. de atq́ꝫ maligni, hinc pater, quod decreto illius cauetur, non admittendā actionē, quæ acto-
aqua plu. ri non prosit, & reo noceat. Quàm igit peruersum putas in istis insanis hæreticis, q per-
L. q̄dēs. ff. petuam virginitatē Mariæ impugnantes, diuæ Mariæ, adeoq́ꝫ ipsi Christo nocere, apud
de seruit. indoctam, imbecillēq́ꝫ plebeculā, moliuntur, quū sibi interim non modo nō prosint, sed
maxime noceāt, qa salutē perdūt, cuius se, vti Chri osores, indignos reddūt, qui & mero
odio, atq́ꝫ impudēti leuitate, improbitateq́ꝫ laborare prorsus dignoscunt? Absit igit con
tra tā selectā virginē Mariā deiparā, tot reluctātibus testimonijs, vel in minimo stemus
cū istis deploratis nebulonibus, q nec deū nec hoīem verent, nati perdere se & alios.

¶Nec vos moueat, φ isti fortassis loca scripturarū aliqua, quasi insinuantium, Mariam M
alios habuisse præter Christum filios, perperam allegent.

Matth. 1 ¶Primo, φ Matthæus Ioseph appellet virū Mariæ. Quādoquidē respōdeas, voculā, N
vir, nō suspicari nuptias, sed innuere cōsuetudinē scripturarū, qua spōsi vocantur viri, &
Gene. 1. 2 spōsæ vxores. Hinc Adā vir dictus est priusq̄ Euā cognosceret, scriptura dicēte: Deditq́ꝫ
L. si vxor. viro suo, quæ & dicta fuit virago, qm̄ de viro sumpta erat. Vnde leges imp. eū, q spon-
§. diuus. ff sam violauit, adulterij reū censuere, spōsumq́ꝫ ipm̄ posse violatorē, vti adulterū iure vin-
ad leg. iul. dicare. Sic nimirū Ioseph Mariæ fuit vir, qa illa spōsa eius, nō qa illā cognouerit, id q̄d er
de adul. roneum & impiū sit, vnde sequeret Christū ex semine Ioseph natū, Euāgelio ita cōtra-
L. propter dicēte: Ideoq́ꝫ & quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Et angelus ad Ioseph,
C. eodem ne suspicaret de impregnante, inqt: Quod enim in ea natū est, de spiritu sancto est
Lucæ. 1.
Matt. 1 ¶Secūdo, qa Euāgelista dicit: Cū esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequā O
cōuenirēt, inuēta est, in vtero habēs de spū sancto. Ergo deinde cōuenerūt, &c. Respon
deas, Etsi ante, & priusquam, sæpe & sequentia indicet, nonnunquam tamē ea tantū, quæ
Iohan. 8. prius cogitabant, arguit, nec necesse sit vt cogitata fiant. Nō igit consequit, φ postea cō-
uenerint, sed scriptura q̄d factū nō sit, ostendit. Sic Chrūs ait: Antequā Abraham fieret,
ego sum. Insup & verbū q̄q, cōuenerit, nō ipm̄ cōcubitū, sed tpsꝑōt significare nuptiarū,
id est, quādo ea, q̄ fuerat spōsa, vxor eē cœperit. Et erit sensus, Antequā cōuenirēt, id ē,

antequā

antequam rite solennia nuptiarum celebraret. De q in nostris Paratitlis multa diximus.
P ¶Tertio, q Maria ab angelo nominaē cõiunx Ioseph. Fili Dauid, dicẽte: Noli timere Matth.1
accipere Mariã coniugẽ tuã. Et Euãgelista deinde ait: Exurgens aũt Ioseph à somno, fe
cit sicut pceperat ei angelus dñi, & accepit Mariã coniugẽ suã, &c. Si cõiunx, ergo co-
gnita à viro, &c. Respõdeas: Nõ propterea Mariã desijsse esse virginẽ, qm̃ vxor vel cõ-
iunx appelleē, qm̃ supra ostendimus scripturæ cõsuetudinem, appellare sponsos viros &
sponsas vxores ac cõiuges, dicente scriptura: Si qs inuenit virginẽ desponsatam viro in Deute.22
campo, & vim faciẽs dormierit cũ ea morietur: qa humiliauit vxorẽ proximi sui. Ita ni- L. Si vxor
mirum diximus, iure q̃q Cæsareo caueri, vt spõsus & sponsa iure, q̃ vir & vxor vel coniunx § diuus. ff.
vtantur. Præterea, qd attinet allegare voculam, cõiugem, quũ ab Euãgelista, nõ virgini- de adult.
tatis ereptio, quæ à spũ sancto non auferebaē cooperatore, sed cõiugij testificatio, sed nu L. habeo,
ptiarum celebratio, ad famosam suspitionẽ tollendã, celebretur? Quàm obrem & scriptura §. & gener.
Mariam appellat desponsatã & virginẽ, virginẽ, vt expertem virilis consortij signaret, ff. de gra
desponsatã, ne illa temeratę virginitatis adurereē infamia, cui grauis alius corruptelę vi- affini. L. in
deretur insigne pferre. Maluit qdẽ dñs aliqs suo de ortu, q̃ de matris pudore dubitare. ambiguis,
Nimirum sciens teneram esse verecundiam virginis, & lubricã famã pudoris, nec putans or ff. de re. iu.
tus fidẽ matris iniuria astruendam. Seruatur itaq diuæ virgini sicut pudore integra, ita C. intell.
inuiolabilis opinione virginitas. Quandoquidẽ oporteat (Apostolo teste) sanctos & ab 1. Timot. 3
ijs, qui foris sunt testimoniũ habere, & nõ modo à malo, sed à specie mali abstinere. Sic 1. Thess. 5
sane nõ decuit, sinistra virginibus opinione viuentibus, velamẽ excusatiõibus relinqui,
quod infamata q̃q mater dñi videreē. Nam qd Iudæis, qd Herodi imputandũ foret, si Matth. 5
natum viderenē ex adulterio psecuti? Et q posset Chrũs dicere: Non veni legẽ soluere, Deute. 22
sed adimplere, si videreē cępisse legis iniuria, quũ partus innuptæ, lege dãnetur? Sic etiã- Leui. 20
num ipse dñs nõ ægre tulit, sibi à Iudæis ascribi fratres vel vterinos, q̊s vtiq nõ habebat Matth. 8
qui Mariæ erat vnigenitus, &c. Sit itaq Maria cõiunx & vxor Ioseph propter suspitio-
nem, interim perpetua virgo re ipsa vere appellata.
Q ¶Quarto, q̊d Matthæus dicit: Et nõ cognoscebat eã, donec peperit filiũ suũ primoge
nitum. Ergo deinde cognouit. Respõdeas: Et si Græcus interpres ita perinde paulo ob-
scurius reddiderit. Et nõ cognoscebat eam, donec peperit filium suũ primogenitũ. Euã-
gelista tamen nihil aliud intendit, q̃ exprimere oraculũ prophetæ impletũ fuisse, hoc est, Esa. 7
quod virgo cõcepit, & virgo peperit. Id q̊d clarius Græcus interpres expressisset (vel po
tuisset) per aduerbia dũ aut quũ loco aduerbiorum priusq̃ & donec, apud Græcos idem q̊d
dum aut quũ significantiũ, vel certe æquipollentiũ. Nã quod nõ cõuenerãt dum reperta
est in vtero habẽs ex spũ sancto, ideo virgo cõcepit, & q̊d nõ cognorat eam Ioseph, dũ
filium suũ vnigenitũ peperit, ideo virgo peperit, vnde liquet eam ppetuo virginẽ man-
sisse. Ideoq̃ si Græcus interpres ad hæc verba (vt inculpate potuisset) vertisset. Cũ esset
desponsata mater eius Maria Ioseph, non cõuenerat, dum reperta est in vtero habẽs de
spũ sancto &c. Et nõ cognouerat eã, dũ peperit filiũ suũ primogenitũ &c. Vicinius vtiq
Euangelistæ sensui, & prophetæ intentui acessisset, & si nõ p prius & donec, sed per dum
& quũ reddidisset, serpẽti antiquo nõ præbuisset ansam p impunitos Eluidianos & infa-
mes Antidicomaritas sibilandi post virgineũ partũ, virginẽ Deiparã matrẽ, nouis indul-
sisse nuptijs. Quanquàm in rei veritate & interpres suo sermone nihil aliud vult, licet pau
lo anticipioribus verbis, minusq̃ decẽtibus vsus sit. Et ita nimirum Euãgelista conatus est
hisce verbis ostẽdere: Mariã illæsa virginitate, iuxta Vatis oraculũ, concepisse & pepe-
risse filium suum. Non autem quod postea nupsisset, q̊d ille nunq̃ intendebat, nec tum fuit
ad propositũ scribere: Accedit, intelligentiã dictorum ex causis eẽ adsumendã: quia nõ ser- L. si vno
moni, sed rei est sermo subiectus. Accedit quoq quod dictio, donec, etiã non semp fini- anno. ff. lo
tum & certũ significat tẽpus, vtiq vsq ad & cætera, quo completo fiat aliqd, q̊d vsq ad cati.
illud tp̃s non fiebat. Vt Chrũs ait: Nemini dixeritis visionẽ, donec filius à mortuis resur Matth. 17
gat, sed & tẽpus infinitũ, vt scriptura: Donec consenescatis ego sum. s. deus, qui vtiq illis Marci. 7
etiã consenescentibus non desiit neq desinet, quũ æternus sit. Item: Ecce ego vobiscũ Matth. 28
sum, vsq ad consummationẽ seculi, q tñ post cõsummationem huius seculi à suis nõ est
discessurus. Vbi eñi ipse erit, erũt & sui. Ite Apostolus: Oportet illum regnare, donec po 1. Cor. 15
nat inimicos sub pedibus eius &c. qui tamen etiam deinde, positis inimicis, regnabit in
domo Iacob in æternũ. Item Dauid: Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos sca Psal. 109
bellum pedũ tuorum. Qui tamẽ & posito scabello, sedebit à dextris patris. Et q dixit: Do-
nec ille vixit, nõ est hoc locutus: nunqd significauit illũ post mortem fuisse locutũ? Mini
me, quũ nõ potuerit. Insup & id οὐκ ἐγίνωσκε, id est, non cognoscebat, ad cognitionẽ qua
litatis virginis, non cõditionis maritalis, referri potest, vt sit sensus: Non cognoscebat eã
Ioseph qualis quãta ve eẽt, q̊d mr̃ Messiæ, q̊d mr̃ dei, donec peperit filiũ suũ primogenũ.

3.Reg.8 Tunc em̄ cognouit peperisse Messiam, angelis & pastoribus nunciis, & qualis nō esset illa
virgo: vtpote maior, speciosior, dignior toto mūdo, q illū capere non potuit, quē virgo.
Exod.34 Maria in angusto vteri sui cubiculo sola suscepit. Et vere credi potest, re ipsa propter e-
ius glorificationē, à Ioseph eam cognosci nō potuisse, donec ea peperit. Dominū em̄ glo
riæ habēs in vtero, quō cognosceret, si Mosi cū dño colloquentis glorificata fuerit facies
vt non possent intēdere in eum filii Israel, quāto magis virgo Maria agnosci vel intueri
Esa.7 non potuit, quæ dominū potentiæ in vtero habebat? Post partū quidem à Ioseph, non
libidinis tactu, sed specie faciei & dignitatis agnita. Hic oīno sensus est pius & catholic⁹
sed (ni fallor) prior oraculo Esaiæ, q̄d tunc impletū est, conuenientior, proindeq́ verisi-
milior. Quorū tamē vterq́ abunde conuincit hæreticos perfidiæ.

¶Quinto, q̄d vterq́ Euāgelista dicit, Mariam peperisse filiū suum primogenitū, ideo R
non primogenitum, nisi & sequentē &c. Respondeas: Ex scripturæ cōsuetudine non di
Nume.3.8 ci aliquem primogenitum, qa habeat fratres sequentes ipm; sed qa primus sit natus, &
ante quē nullus est. Alioquin si nō est primogenitus, nisi quē & sequūtur & fratres, tā diu
sacerdotib⁹ primogenita nō debent, q̄diu & alii fuerint procreati, ne forte partu postea
non sequente, vnigenitus sit & non primogenitus. Atqui nō ita est. Omnis qdem vnige
L. pxim⁹. nitus est primogenitus, sed nō oīs primogenitus est vnigenitus. Vnigenitus q dē est, quē
L. pximi l. nullus pcedit & sequit. Primogenitus quem nullus præcessit, q̄d arguit primus, q esse pōt
illa verba. etiā solus & vnus, quē nullus sit secutus, hocq́ ipm etiam patet irrefragabili testimonio
L in vulg. iuris legalis, quo decernit appellatione proximi, supremi, maximi, etiā cōtineri eū q so-
ff. de verb. lus est. Sic & primi appellatione eū ante quē nullus, siue qs vel nullus sequat. Sic & circa
sig. L. qui ædictū prætoris, supremæ etiā tabulæ habentur solæ, & in vulgari substitutione, qua ei q
duos § nā supremus morietur, hæres substituitur recte substitutus, etiā vnico intelligitur, exemplo.
& q vnicū L. 12. tab. ex qbus proximus agnatus, etiā solus habetur. Sic itaq́ Chrūs dñs noster ex vi
ff. de re. du. etiā vocabuli (testibus latinissimis iuriscon.) primogenitus Mariæ dicit, non, qa eū secuti
sint in carne fratres, sed qa nullus fuit ante ipm. Est & rōne mystica vnigenitus in substā
tia diuinitatis, primogenitus susceptione humanitatis. Primogenitus in gratia, vnigeni-
tus in natura. Siqdem primogenitus in oēs electus p gratiā, proprie vero vnigenitus &
Roma.8 patris & Mariæ. Quod Apostolus arguēs ait: Nam qs psciuit & prædestinauit, confor-
Coloss.1 mes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et rursus: Qui est
Hebr.1. imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Et iterū: Ego ero illi in patrē, & ipe
mihi in filiū, & cū iterū introducit primogenitum in orbem terræ &c.

Luc.8 ¶Sexto, q̄d toties in euāgeliis dicit, & fratres eius. s. Iesu Christi, & quasi asserit, eū ha- S
Matth.12 buisse alios fratres, & sic Mariā filios peperisse alios. Apud Lucam em̄ dicūt: Ecce mater
Iohan.6 tua, & fratres tui stant foris quærētes te. Et apud Matthæū: Fratres tui stant foris, q̄ren-
Marci.6. tes tibi loqui. Et apud Iohannē: Neq́ em̄ fratres eius, tūc credebāt in eū. Et apud Marcū
dicit turba. Nonne hic est faber ille, filius Ioseph, & frater Iacobi, & Ioseph, Iudæ, & Sy-
monis? Nonne & sorores eius hic nobiscū sunt, &c. Respondeas: Primo, Iudæos vtiq́
exprobrasse Chr̄o, tanq̄ ignobilitatē generis, non aūt q̄d haberet pdictos fratres vteri-
nos, sed ex more suo, illos Iesu Chr̄i fratres, id est, cōsanguineos appellasse, haud tamen
sequi, q̄d fuerint propterea Iesu Christi fratres vterini: deindeq́ filii carnales diuæ virgi
nis, q̄d nusquā legit: quū scriptura null⁹ appellet filios Mariæ. Imo & falsissimū & impu
Matth.4 dētissimū sequeret, scilicet duos frēs Iacobū & Iohannē, filios scilicet Zebedæi, fuisse si-
Marc.1 mul & semel duorū patrū, duarūq́ matrū, scilicet Ioseph & Zebedæi, Mariæ Deiparę &
Mariæ Cleophæ, q̄d vtiq́ nulla scriptura dicit, sed dicit eos fuisse filios Zebedæi, fratres
dñi. Sed quare fratres dñi, & filios nequaq̄ Mariæ? Profecto vt aperto intelligeremus,
non ideo sequi. Ille dicit frater illius, ergo est frater eius germanus. Verū frēs dici, natura
& sanguine, veluti Esau & Iacob, de qbus scriptura: Iā tps pariēdi aduenerat, & ecce ge
Gene.25 mini in vtero eius reperti sunt, scilicet Esau & Iacob supplantator, ex vno patre Isaac, &
matre Rebecca. Gēte, qua oēs Iudæi frēs vocant ex scriptura, dicēte: Non poteris sup te
Deuter.32 cōstituere hoīem alienū, q nō ē frater tuus. Et rursus: Nō fœneraberis fratri tuo. Affectu
L. nemo. § quo cōiter oēs quotq̄t sumus fratres dicimur, qua oēs ex vno patre nati sumus, & vna
Qui fr. ff. matre Eua. Vn̄ scriptura: Dicite iis q oderūt vos, frēs nr̄i vos estis. Et specialiter, q̄ oēs
de hær. iu. Chr̄iani frēs dicimur, nō adeo inter nos solū, sed & frēs Iesu Chr̄i, q humanitate nobis &
Iohan.20 gr̄a participauit. Vn̄ scriptura: Vade & dic fratrib⁹ meis, & vade ad frēs meos & dic eis:
Matth.25 Et alibi. Quādiu fecistis vni de iis fratrib⁹ minimis, mihi fecistis. Id q̄d ipe dñs probat, di
Matth.12 cēs: Quicūq́ em̄ fecerit volūtatē patris mei, q in cœlis ē, ipe meus frater, soror & mater
est. Quo etiā mō Chrūs oēs suos discipulos appellare potuit frēs, sicut & appellauit, di-
cens: Ite, nūtiate fratribus meis, vt eant in Galilæā, ibi me videbūt. Cognatiōe q̄q́ fratres
Matth.28. dicūtur, q ex vna sunt familia nati, quēadmodū & appellatione filiorū & natorū, veniunt

etiam

etiam nepotes & pronepotes in iure ciuili, sic non mirum est, vt & fratrū appellatione, veni
unt & cognati ex eadē familia. Sic Abraham dixit ad Loth cognatū suū. Non sit rixa inter L. natos.
te & me, fratres enim sumus. Hoc modo non dubitatur, imo certū est, Iudæos Christi Iesu L. liberorum
discipulos eius appellasse fratres, & qdem illi exprobrantes ignobilitatē generis, quæ tamen ff. de verb.
re vera apud deū nulli opprobrio, vbi non est neq; Græcus neq; Iudæus, sed omnis eius est signi.
qui ipsius facit voluntatem. Hinc non vos moueat. Gene. 13.

T ¶Quod septimo ait Paulus: Nunqd non habemus potestatem sororem mulierculam cir Deute. 25.
cūducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres domini & Cæphas? Et alibi: Aliū vero (inqt)
Apostolorum vidi neminē, nisi Iacobū fratrem domini &c. Vides ergo (cauillantur hæretici) 1. Cor. 9.
Paulus dicit fratres domini: & maxime Iacobū &c. Respondeas ex dictis, aliquos quidē apo Galat. 1.
stolos. s. qui erant ex duabus Marijs sororibus. s. deiparæ Mariæ ex Zebedæo & Cleopha
nati, vtiq; Christi fuisse fratres, id est, cognatos & consobrinos: cuiusmodi fuerunt Iohan-
nes, Ioseph, Simon, Taddæus, & quidē Iacobus. Siquidē constet Mariā istā (sancto Hiero-
nymo barbato teste) quæ in Marco & Matthæo, Iacobi & Ioseph mater dicit, fuisse vxorē Matth. 27.
Alphæi, & sororē Mariæ Christiparæ, quā Iohannes Mariā Cleophæ à patre siue à Genti- Marc. 15.
litate familiæ cognominat, aut quācunq; ob aliā causam nomen imponens. Hinc frustra du Iohā. 19.
bitant vel ideo quod alibi dicat: Maria Iacobi minoris frater, & hic Maria Cleophæ. Quā-
doquidē scripturæ consuetudo, eundē hominē diuersis nominibus appellare soleat. Quanq;
proculdubio Paulus illū Iacobū, qui minor cognominari consueuit, quia tardius in aposto-
latū vocatus sit, non ideo appellet fratrē domini, quia eius fuerit consobrinus, quū & eius fue
rit consobrinus alter Iacobus, qui maior filius Zebedæi fuit, ideoq; & ipse dñi frater dici po
tuit, sed ideo potius Paulus illū minorē dñi fratrē appellarit ad differentiā alterius, quoniam
esset tam vitæ sanctimonia, q̄ lineamentis à facie tā similis domino Christo, vt parum inter
eos discriminis esset, proindeq; dici cœptus frater domini. Id quod euidenter innuit diuus
Ignatius, in epistola ad suū præceptorem Iohannē Euangelistā, dicens: Si licitū est mihi a-
pud te, ad Hierosolymę partes volo ascendere, vt videā illū venerabilem Iacobū, qui cogno
minatur iustus, quē referunt Christo Iesu simillimū facie, vita, & modo conuersationis, ac si
eiusdem vteri frater esset gemellus. Quē dicunt si video, video & ipsum Iesum, secundū oīa
corporis eius lineamenta. Et eius est non parua coniectura, q̄d Iudæi perinde solicite, ne in
monte oliueti Iacobū hunc pro Christo Iesu, ob mirā vtriusq; in facie similitudinē, caperēt,
constituerunt Iudā proditorē quasi intimū Christi familiarem, qui recte vtrunq; nosceret.
Quare & ipse proditor dedit eis signū, dicēs: Quēcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, Matth. 26.
& quidē caute. Est ergo à Paulo Iacobus ille frater domini dictus, tum q̄d à duabus Marijs Marc. 14.
sororibus descenderat, qui & crediti sint à duobus fratribus, scilicet Ioseph & Cleopha des-
cendere, siquidē cognati & consobrini fratres, vel maxime apud Iudæos, cognominati sint,
tum quia vterq; fuerit alterutri simillimus. Sic sane (Strabone teste libro septimo) Alemāni
fratres dicūtur, qa proceritate corporum, colore flauo, & forma & moribus, & viuendi ritibus
pares sint. Nec vos moueat, quod obijciant perfidi homines. Quia.

V ¶Octauo & postremo, scriptura, imo & Christus & Euangelistæ Mariā Deiparā, passim Iohan. 2.
mulierē appellant. Ergo si mulier (dicunt) non virgo, sed corrupta per virum. Respondeas. Et Iohan. 19.
si Christus dixerit: Quid mihi & tibi est mulier? Et rursus, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius
tuus, &c. Non ideo sequitur: Mariā habuisse filios alios præter Christū, perindeq; virili se-
mine corruptā, quod falsissimū est: Verum eo cœptā dici mulierē, quia non sit vir siue mascu-
lus. Quandoquidē mulier, vocula, sexū proprie, non corruptionē significet, dicente scriptu-
ra: Et creauit deus hominē ad imaginē & similitudinē suam, ad imaginem dei creauit illum Gene. 1.
masculū & fœminā creauit eos. Et recte quidē, quū & propterea apud iurisconsultos (penes L. mulieris
quos est latinitas) appellatione mulieris virgo viripotens contineatur. Sic muliebri veste le ff. de verb.
gata, & infantilem continere & puellarum & virginū. Pomponius libro vicesimosecundo ad signi. iusti.
Sabinū recte scribit: Mulieres em̄ oēs dici, quæcunq; sexus fœminei sunt. Ita nimirum scriptu de imp. in
ris sanctis hic est mos, vt non eæ tantū, quæ virum passæ sunt, sed omnino etiā fœminæ intactę pri & Qui
atq; integræ, mulieres appellentur, sicut de ipsa Eua scriptū est: Formauit eam in mulierem. me. toc. E.
Et quidē Eua priusquàm ab Adamo fuerat cognita, imo dū esset integerrima virgo dici cœ nitur &c.
pit mulier, scriptura dicente: Et ædificauit dominus deus costā, quam tulerat de Adam in L. argumē
mulierē, & eduxit eam ad Adam. Erat autē vterq; nudus. s. Adam & vxor eius, & non eru- to. §. mul
bescebant. Et postea: Dixit aūt serpens ad mulierem &c. Et dixit dñs deus ad mulierem. ebri. ff. de
auro le.

X ¶Quid multis? Piaculū est grāde, & igne prorsus piandū, si ex ijs, vel hoc genus alijs tech Gene. 2. 3.
nis velimus credere, Mariam non fuisse virginē perpetuā, sed vel ex Ioseph, vel ex alio viro
alios genuisse filios. Nimirum quod inde non modo consequeretur diuā virginē fuisse ali-
quādo fœminā, sed Iesum Christū dominum nostrum dei æterni filium, ex nuptiali consor-
tio ipsius Ioseph esse progenitum, maxime quod Apostolus dixerit: At vbi venit plenitudo
tempo-

temporis, misit deus filiũ suũ factũ ex muliere, factũ sub lege, &c. Id quod impij isti hæretici clanculum haud dubie conantur, adeoq́ꝫ impijssimæ Iudæorum vesaniæ condemnatæ adsentientes, qua contenditur, Christũ ex Ioseph semine esse natum. Id quod palam est contra ve
Luc. 1 ritatem sacrosancti euangelij dicentis: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi
Esa. 7 obumbrabit tibi. Ideoq́ꝫ & quod nascetur ex te sanctum vocabitur & filius dei. Et Esaias dixit: Ecce virgo concipiet & pariet filium.

¶ Eapropter dilectissimi fratres, quoniam multis irrefragabilib⁹ testimonijs scripturarum & rationũ auditis perfidam hæresim refutatã istorum, qui nulla prorsus ratione, sed solũ improbitate ducti, hactenus impugnarũt virginitatẽ perpetuam diuæ virginis, derogantes, & virginali pueritate, & diuinitus factæ Christi conceptioni, interimq́ꝫ nequiter & impie demoliri conantes, totã fidem & religionẽ Christianã. Non est quod istos vel tantillum audiatis: Quippe qui contra quos non modo scripturæ, sed & leges & arma, vindictã, vti in perfidissimos Christianæ fidei hostes & proditores expostulant. In quos & magistratus sæuere debuerint animaduertere, nec vllam contra tam apertã veritatẽ, in re præsertim tã magni momẽti, vnde nostra pendet vita atq; salus, aliqd cauilli admittere, sed iuxta ecclesiæ decretum, prorsus stare inter reliqua paulo supra testimonia, verbis gloriosæ deiparæ virginis, di
Luc. 1. centis: Q̃uo fiet istud? Quia virum nõ cognosco. Quibus ipsa virgo Maria testis omni exceptiõe maior, clare ex voto (vt auditũ est) suã perpetuã virginitatem testatur. Cui qui adstipulati (vt debent) fuerint, proq́ꝫ viruli tueri conabũtur, haud obscure sciãt se Iesu Christi dñi nostri, adeoq́ꝫ dei Opt. Max. eiusq́ꝫ filij ac matris ppetuæq́ꝫ virginis tutaei gloriã, interimq́ꝫ fidẽ ipsam Christianã (pro qua nemo pius nõ mori, sicubi opus fuerit, debet in totius Christianæ reipublicæ decus & salutẽ) tã propugnare q̃ augere. Nec dubitent sibi deũ Max. fore cõtra huiusmodi impios hostes propitiũ, quũ certe illius causa pro nostri omniũ salute agatur. Cui soli laus sit & gloria, qui ex omnibus sibi soli Mariã perpetuã selegit virginẽ, quæ sine exemplo mater esset & filia, viego & genitrix, sponsa & innupta, eapsa hodie testante & dicente: Quomodo fiet istud? Quoniam virum non cognosco.

HOMILIA LXXXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, 4. Regũ. 16. Et. 2. Para. 32. Protegam vrbem hanc & saluabo eam, propter me, & propter Dauid seruum meum, &c.

In ferijs diui Bonifacij martyris.



Verba sunt ex veridica de mirabili eaq́ꝫ terribili Ezechiæ regis Israe A
litici liberatiõe historia, huc vel ideo desumpta, q̃d ea à dño deo in hisce periculosis ac plane miseris temporum hominumq́ꝫ conditionibus (qbus huic vrbi æque vt Hierosolymitanæ olim ciuitati, propter cultũ veri æterniq́ꝫ ibidẽ dei, diu noctuq́ꝫ ab inimicis tã visibilibus q̃ inuisibilib⁹ insidiæ ponunt) ad nos dictũ iri, nõ secus ac olim ad Ezechiã ipsosq́ꝫ Hierosolymitanos oĩno speraui⁹, tũ sane, quũ hostiũ minis, cõtumelijs, subsannatiõibus, oĩsq́ꝫ gñis iniurijs irretiti, & ab istis obsidione hostili passim, vel eminus obsessi, ad deum Max. cũ inclyto rege, sacco ppter hũilitatẽ opti exclamauerim⁹.

¶ Domine deus Israel, q sedes sup Cherubin, tu es deus solus, regum omnium terræ, tu fe B
cisti cœlum & terrã, inclina aurẽ tuam & audi, aperi oculos tuos & vide, & audi omnia verba Sennacherib. i. tyranni schismatici, qui misit, vt exprobraret nobis deum viuentẽ, id est, veram eandemq́ꝫ veterem religionẽ, pee famulum Apostolumq́ꝫ tuum Bonifacium nobis pie traditam, & eius sanguine in tuam gloriam ac morte dura testatam. Vere dñe dissipauerunt reges Assyriorum, id est, tyranni schismaticorum, Gentes & circũfinitimas terras omniũ id est, pene totius Germaniæ, & in omnẽ discordiã errorem q́ꝫ deuastatis templis, domibus, ipsisq́ꝫ adeo campis & agris seduxerunt, & miserunt deos, id est, signa & simulachra tuorum sanctorum fideliumq́ꝫ in ignem, imo sacramenta tua, quæ proprio sanguine testator cõfirmasti, & primũ omni contumelia subsannarũt. Deinde in tuum religionisq́ꝫ tuæ Christianæ dedecus, nulla plane causa, nisi temeritate & odio permoti, pedibus conculcarunt. Nunc igitur domine deus noster, saluos nos fac de manu eorum, vt sciant omnia regna terræ: qa tu domine deus solus, & fidem ac religionem, quam nobis per Apostolum tuum Bonifacium (qui primus noster fuit aechiepiscopus, idemq́ꝫ noster contra inimicos Philistæos Dauid) tradidisti, esse tibi gratam. Hæc (inquam) vbi cum Ezechia (paucis tamen verbis cũ ratione mutatis) vera humilitate exclamauerimus, nõ dubitam⁹ dñm nobis zelo erga nos, suas creaturas, indignas vtiq́ꝫ ob peccata nostra, quæ & ipsi fecimus, dictum de rege Assyriorum. i. de tyrãno schismaticorum. Nõ ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eã sagittam, nec occupabit

eam

eam clypeus, nec circundabit eam munitio. Pec viam qua venit, reuertetur, & ciuitatem
hanc non ingredietur, dicit dñs: Protegamq́ꝫ vrbem hanc, & saluabo eam propter me,
& propter Dauid seruum meum, id est, ꝓpter Bonifacium episcopum meum.

C ¶Sane nõ dubitarim certe vereq́ꝫ hæc verba hodierno tẽpore huc transferri, nec etiã Psal. 97.
dubitarim deum Max. ꝓpter gloriã nominis sui demonstrandã, ꝓpterq́ꝫ Bonifaciũ Esai. 59
seruum suũ, nobis fore ꝓpitiũ, quũ & nunc & in æternũ misericors sit, nec sua ope suos Miche. 8
vnquàm destituit, sed & auxilio suo potenti oẽs ad se confugientes adiuuit, quũ eius (vt
scriptura ait) manus nondũ sit abbreuiata, vt saluare (vt antea) haud possit, & hoc quidem
propter gloriam nominis sui, & propter seruum suum Bonifacium.

D ¶Quippe qui nec noĩe, nec re, nec meritis à Dauide discrepet. Hinc vtrũq́ꝫ à deo æque
diligi, & tantũ propter illũ, quãtũ propter hunc facere eundẽ prorsus credimus. De Da-
uide neminẽ puto dubitare, quũ sanctæ bibliæ eius pene sint plenæ. De Bonifacio dubitãt
scio, qbus nũc oĩa ꝑinde suspecta, vsqueadeo in dubiũ reuocãtur, vt impie quærãt. Vtrũ
Iesus Chrũs dei Opt. vnigenitus fuerit filius ideḿq́ꝫ verus Messias? Illis igit̃ vtcũq́ꝫ pertu-
tinacibus, à me (veritate patrona) vel ex parte arbitror satisfactũ iri, vbi probaro diuũ præ-
sulem eundẽq́ꝫ fortẽ Christi athletam Bonifaciũ, Dauidi fuisse iuxta supra dicta nõ dissi Eccl. 47
milem, quo ad veritatẽ reor illos & mihi concessuros, deũ propter diuũ Bonifaciũ plane Iohã. 14
facturũ, quod propter Dauidẽ fecit. Quod nisi admiserint, nõ mihi, sed veritati, cui à ne Titum. 1
mine (iuxta scripturas) est resistendum, imo Christo Iesu, q veritas est, qui (Paulo teste) Psalm. 118
mentiri nõ põt, repugnabũt, q tamẽ & si repugnabũt, ipsa tñ veritas (ꝓpheta affirmã-
te) à generatione in generationẽ, adeoq́ꝫ domini verbum in æternũ manebit.

E ¶Proinde (vt semel exordiar) interpretat̃ nomẽ Dauid, id est, fortis & vultu desidera
bilis. Fortis nimirũ manu & aĩo, q non renuit cõtra Philistæos hostes atrocissimos, imo 1. Regũ. 17.
cõtra superbũ ipsorũ tyrannũ armatum Goliã, vel inermis baculo tandẽ & quinq́ꝫ lapi-
dibus bello, nõ tantũ cõgredi, verũ quẽ & vicit. Vultu tam desiderabilis, vt regis Saulis fi 1. Regũ. 18
lij Ionathæ .i. colũbæ (ita interpretat̃ Ionathas) id est, bonarũ & simpliciũ personarũ ami
citiam & gratiã adeo nactus est, vt ille ipm perinde atq́ꝫ animã dilexerit, fueritq́ꝫ aliq̃tiã
apud patrẽ pro Dauide, quẽ ille ad mortẽ persequebat̃, incõparabilis intercessor.

F ¶Num modo fortis etiamnum fuit diuus Bonifacius? Fortis vtiq́ꝫ quod vel nomẽ ar-
guit. Nõ enĩ potest nõ esse fortis, q bona facit. Non quidẽ bene agit, q non fortiter agit.
Fortiter aũt vti Dauid egit ille, quãdo fortitudine adiutus diuina, accepto baculo crucis
acceptisq́ꝫ qnq́ꝫ limpidissimis lapidibus .i. quinq́ꝫ intelligibilibus verbis, de quibus Apl'us: 1. Cor. 14
Ego venio ad te in noĩe dñi (qbus etiã Dauid aduersus Goliã processit) ex Roma legatus
à laudatissimo viro Gregorio iiũ Romano pontifice Max. ad tuendã ac instruendã Ger
maniã nostrã, q̃ tum impia hæresi Arriana laborauit, vel ad internitionẽ, missus cõtra in-
circũcisum Goliã gigantẽ Philistæũ, hæresiarchã Arriũ, vno illorũ lapidũ .i. noĩe dñi, ita
potẽter inualuerit vt gloriã dei, populũq́ꝫ Germaniæ, Francones, Thuringos, Saxones
à Philistinorũ armis .i. ab impietatibus Arrianorũ, q tũc Israel .i. gloriã adeoq́ꝫ virtutẽ no
minis sanctissimæ trinitatis expugnare superbius cœperãt, intrepid' & morte q̃dẽ sua de-
fenderit. Quid & ob vultus ipsius & virtutũ maiestatẽ vitæq́ꝫ sanctimoniã, adeoq́ꝫ desi-
derabilis & dilectus ẽ, factus Ionathæ .i. colũbæ ecclesiæ (q̃ vnica eademq́ꝫ immaculata, sim Cant. 6.
plex colũba à scripturis vocat̃ (vt huius inclytæ eccl'iæ Moguntinæ, vel inuitus sit cõsensu
oĩm epũs creat' & vere fidelis ac sanctus ꝓsul, angelis vita nõ dispar, pro eadẽ sua ecclesia
sanguinẽ effundere non recusauit, q ideoq́ꝫ pro noĩe Iesu, eiusq́ꝫ testamẽti, stolã suã pro-
prio sanguine lauãs, in eorũ numero martyrũ referri meruit, de qbus Apoca. Hi sunt q Apoca. 7
venerũt de tribulatione magna, & lauerũt stolas suas, & dealbauerũt eas ĩ sanguine agni
qui ꝓpter verbũ dei sunt interfecti. Ideo sunt ante thronũ dei, & seruient ei die ac no-
cte in tẽplo eius, & q sedet in throno, habitat sup illos. Non esurient neq́ꝫ sitiẽt amplius,
neq́ꝫ cadet sup illos sol, neq́ꝫ vllus æstus, quoniã agnus q in medio throni est, reget illos,
& deducet eos ad vitæ fontes aquarũ, & absterget deus oẽm lachrymã ab oculis eorum.

G ¶Vides igit̃ quàm vere accommodetur diuo Bonifacio nomẽ Dauid q tã cum illo ad
oĩa conuenit, q̃d & is morte sua pene certius q̃ Dauid ipse testatus sit? Hinc arbitror tã-
tum & re ipsa illũ cũ Dauide inclyto cõuenire quantũ nomine fuerit ab eo alienus.

H ¶Quis igitur (obsecro) & qualis fuit Dauid? Rex erat sapiens, q in cathedra sedit sapiẽ 2. Reg. 23
tissimus princeps, seruus erat dei Max. à quo & vinct' fuit, cũ quo dei fuit veritas & grã, Psal. 88
tẽplũ eidẽ altissimo deo in seruitutẽ iussus cõstruere, q̃d deinceps filius ipsi' Solomon cũ 1. Para. 17
oĩni magnificẽtia & amplitudine, opulẽtissimũq́ꝫ opibus cõsummauit. Dauid q̃q́ꝫ pastor 3. Reg. 5.
erat, q pauit oues patris sui Isai, quẽ propterea dñs tulerat, cũ in pascuis sequeret̃ gregẽ 1. Re. 16. 17.
vt esset dux populi Israel, & fui tecũ eo quocũq́ꝫ perrexeris, & interfeci oẽs inimicos eius
coram eo, feciq́ꝫ illi sui nomen, quasi vnius magnorũ, qui celebrantur in terra.

¶Fuit

¶Fuit & rex diuus Bonifacius, ex nobilissima Anglorum familia pgnatus, duorum vtique re I
Esaiç.32 gnorum: Ecclesiæ (inquã) Mogũtinæ, quã (vt regẽ decet) tã in omni rexit iustitia, sapia, inno
cẽtia, benignitate, cõcordia atque pseuerãtia, vt id à deo sibi plane meruerit. Grãdis autho
3.Reg. 21 ritatis est, & bñ regis regnũ Israel. Nẽpe cui q dẽ regno nõ tã præfici voluerit vt pesset q̃
vt prodesset, q̃ mõ qsque platus, q in sua ecclesia rex est, concupiscat. Fuit q̃que rex, regni. s.
Lucæ.17 potentiarum aiæ, de q̃ Chrũs: Regnũ dei intra vos est. In q̃ Iacob aliqñ videndũ, idem dñs
Luc.13 perhibuit. Quẽ Iacob? Luctatorẽ (inquã) & supplantatorẽ. Is em̃ Iacob interpretat, id ẽ
qui p rationẽ & spm̃ appetitibus imperet, & desiderijs carnalibus reluctetur. Siqdem (vt
Roma.14. Paulus ait) nõ est regnũ dei esca & potus. In hoc vtique regno, regaliter rexit diuus Boni-
facius, q nõ escis & potibus, neque carnis delectatiõibus indulsit, sed vitia freno sobrietatis
pressit, & ita aim rite gubernauit, vt corpus nunq̃ nõ obtẽperarit. Merito ergo rex, q in
Apoca.1. vtroque regno tã egregie rexit, q propterea, vti qlibet vir iust⁹, deo factus ẽ rex & regnũ.
2.Cor.6 ¶Qui & ipse dei Max. fuit seruus, in q̃ & veritas fuit tam vitæ q̃ doctrinæ & iustitiæ. K
1.Cor.15 Cui & adeo dei gratia in oibus eius opibus nõ defuit, vt haud iniuria cum Apostolo glo
riari queat. Gratia aũt dei sum id q̃d sum, & gratia eius in me vacua nõ fuit, sed abundan
tius illis oibus laboraui. Non ego aũt, sed gratia dei mecũ. Quippe q vel solus dei gratia
saluberrimis doctrinis, sanctissimisque virtutibus, tot magnæ germaniæ populos, natura
alioqui ferocissimos, minimeque flexibiles & placabiles, partim in vera fide cõtinuit, ptim
inde lapsos feliciter ad eãdẽ reduxit, vt locupletissima illi testis ẽ historia. Qua demũ grã
adiutus, nõ vnũ, vti Dauid, deo altissimo, sed plura construxit in dei Max. gloriã & dee⁹
tẽpla, lapidibus & lignis pretiosioribus affabre ornata. De quibus omnibus vt dicam,
nec tps, nec locus patitur, nec quidem res expostulat, vobis pene quàm mihi notior.
¶Interim tñ nolim à q̃piam cõtemplatione pteritum iri, tẽplum hoc Moguntinense, L
vel ad naturam vsque admirandũ, si vel opũ copias, si vel structuræ magnificẽtiã, simulque
pulchritudinẽ & amplitudinẽ, si vel in eo cultũ diuinũ multiplicem cõsideraueri mus: &
sane nescierim, an facile huic ad oĩa par inuẽturus sit quispiam aliud, q̃d nec templo Me-
diolanensi, q̃d diuo Ambrosio, nec Veneto, q̃d diuo Marco, nec Romano, q̃d Aposto-
lis Petro & Paulo dicatũ est, cessurum sit. Quod vel ideo nobis præ cæteris eẽ debuerit ve
nerabilius, qm̃ rex Bonifacius in eo pro tribunali & cathedra, nõ minor rege Dauide, p-
inde atque sapiẽtissim⁹ princeps, tã regie sederit, vt & interim aliud templũ lõge maius illi
1.Cor.3 ædificarit. ¶Quod (inquã) templũ aliud? Corporis. De q̃ Aplus: Nescitis, qa templum M
2.Cor.6. dei estis & spũs dei habitat in vobis? Idẽque aliàs Vos em̃ estis templũ dei viui. Illud, inquã
corporis sui templũ, q̃d ipm est cor, q̃d vel ille à puero deo Opt. Max. prorsus dicarat,
consecrarat, vouerat, & adeo excellenter auro purissimo, pretiosisque margaritis exorna
Psalm.131. uit, expoliuitque, vt & ipm deus ille Opt. indubie dixisse præsumit. Hæc requies mea in se-
culũ seculi, hic habitabo qm̃ elegi eam. Quo (inquã) auro, & qbus margaritis, rex noster
Bonifacius, hoc ipm spirituale templũ suũ ornauit? Virtutibus (inquã) & sanctis operi-
bus adeo cõspicuũ, adeo illustre, adeoque indies magis atque magis amabile desiderabileque
reddidit, vt toto terrarum orbe hoc sanctæ scripturæ dici cœpit. Bonifacius dilectus deo
Ecci.45 & hominibus, cuius memoria in benedictiõe est. Similem illũ fecit in gloria sanctorum, &
magnificauit eũ in timore inimicorum, scilicet Arrianorum, & in verbis suis monstra placa-
uit. id est, Barbaros, hæreticos, populosque feroces, in fide & lenitate mitigauit.
¶Certe deo fuit dilectus nr̃ Bonifacius, quẽ ille haud secus atque Dauidẽ suũ eẽ pastorẽ N
ouiũ suarum cõstituit, quẽ ex pascuis. i. literarijs scholis acceptũ, deinde populi sui Israel. i.
Germanici, inprimisque Mogũtini ducẽ eẽ voluit, ac statuit ei testamẽtũ æternũ, & dedit
Iohan.10. illi sacerdotiũ gẽtis. s. Mogũtinæ, ac beatificauit illũ in gloria. Verus (inquã) pastor fuit di
uus Bonifacius, q iuxta euangelicã regulã, in ouile, id est, ecclesiã suã Moguntinã, non a-
Hiere.1. liunde, id est, non p simoniã, vel p ambitionẽ, sed p ostiũ, id est, per Christũ, qui ostiũ est,
Hebræ.5 hoc est, p humilitatem inuitus, vti ad prædicandum Hieremias, & sane à deo tanquam
Aaron vocatus, ordinatus, electus, legitime ingressus est. Porro Bonifacius tã verus pa-
stor q̃ idẽ bonus, q irruẽtibus sæuiẽtibusque lupis. i. hereticis Arrianis, vt oues raperẽt, fu-
rarent, dispergerẽt, mactarẽtque tm̃ absuit, vt vl' latũ vnguẽ loco cederet, vt etiã aiam suã
pro ouib⁹ ponere nõ dubitauit. Nimirum q Chr̃m regẽ suũ, archipastorẽ secut⁹, pro ipsius
glĩa, ouiũque salute mortẽ durissimã oppetijt, ideoque rite in numerum Chr̃i martyrum relatus,
& miraculorum denique testimonio probatus ẽ. Cuius proinde gloria & apud deũ & apud
hoies immortalis ẽ. ¶Visum itaque ẽ, quã fuerit omi ex pte Dauidi similis Bonifacius, noie O
inquã, & reipsa nequaquã impar. Quàm vero meritis eidẽ ad oĩa cõferri possit, ex paulo
ante memoratis neminẽ esse arbitror, q nõ videat, quũ in vroque adeo oĩa ex æq̃ cõueniãt
3.Reg.2 Etsi nõ putẽ nefas videri, vel in hoc Bonifaciũ Dauide maiorẽ, q̃d hic cũ patrib⁹ suis pla-
cida, eaque naturali morte requeuerit, ille vero deũ Opt. Max. sanguie suo pprio, violẽter

à fidei

à fidei inimicis effuso, adeoq́ truculẽtissima morte, & sic q̃dẽ (authore Paulo) corde ad iu
stitiã, oreq́ ad salutẽ cõfessus sit ac viriliter testat᷒. Quid igiṫ deinde supererit, nisi vt sup Roma. 10
pliciter rogitãtes plane credamus, deũ Opt. Max. ad nos, pro salute nr̃æ vrbis Mogunti-
næ, ab inimicis passim visibilibus & inuisibilibus diuexatæ, hoc scripturæ gratiose serioq́
dictuꝝ: Protegã vrbẽ hanc, & saluabo eã propter me, & propter Dauid seruũ meum?

P ¶ Protegã, inquã, propter me. i. gloriã meã, cuius causa potissimũ agitur, & propter fa
mulũ meũ Dauid. i. Bonifaciũ, hoc est, propter Bonifacij famuli mei merita, quibus hoc à
me bonũ saluationis & protectiõis meruit. Cæteꝝ, insurgũt, q oĩa nunc, reiecto omni or
dine, cõfundunt, dicẽtes: Quid merita? Falso inquis, deũ quicq̃ vel minimũ facere propter
merita diui Bonifacij, q nihil vnq̃ à deo meruit, nec potuit quidẽ, quũ & ipse homo fuerit
nostri similis: hoĩes vero, vel quãlibet boni, nihil plane merẽtur: nẽpe, qui etsi (vel Chr̃o Luce. 17
teste) quæcunq́ q̃ sibi p̃cepta sunt, fecerint, dicere t̃n coguntur: Serui inutiles sumus, q̃d fa- Esai. 64
cere debuimus, fecimus: nimiꝝ, quoꝝ vniuersæ iustitiæ sunt, q̃si pannus mẽstruatæ, quoꝝ Roma. 8
etiã huius tẽporis passiones, nõ sunt cõdignæ ad futurã gloriã, q̃ reuelabiṫ in nobis. Quid
ergo (inquiunt) dicis deũ propter merita Bonifacij, aliquid nobis facere, cuius nulla sunt?
Equidẽ nõ ignorauerim hactenus simplici plebeculæ multifariã esse impositũ, & hoc vno
articulo magis q̃ alijs oĩbus nocitũ: quo vel vno mẽdacio, seu (vt isti garriunt) paradoxo,
factũ scio, vt hactenus pene plerique oẽs facti sint, adeo infirmi & imbecilles, vt omnino fa
cti sint inutiles: nimiꝝ perinde desperati, nec suæ salutis, nec in se à deo beneficij memo-
res, q vel ideo facere bonũ destiterunt, q̃d vel facere bonũ in sua esse potestate nõ putarũt
vel sibi nihil prodesse rati sunt, q̃m omnia vel quãlibet moraliter bona sint peccata vel pla
ne nihil mereanṫ. Ego (vt paucis agã) inquã, qui talia blaterãt, osores esse dei Max. & ho- 2. Cor. 4
stes tã eius misericordiæ q̃ iustitię, & quidẽ (teste Paulo) dei verbi adulteros. Si eñ (p̃timũ
quæro) oĩa vel moraliter bona, sunt peccata, quid cũ illis, q longe ante Chr̃i natiuitatem Roma. 2
apud ethnicos vixerũt, & quidẽ sine lege euangelica, sola ratione ducti? Nõne (teste Apo
stolo) quicũq́ sine lege peccauerũt, sine lege peribunt? Et quicũq́ in lege peccauerunt, p̃
legẽ iudicabunṫ? Nõne cũ gentes, quæ legẽ non habẽt, naturaliter, quæ legis sunt, faciũt,
eiusmodi legẽ nõ habẽtes, ipsi sibi sunt lex, qui ostẽdũt opus legis scriptũ in cordibus suis,
testimoniũ illis reddente cõscientia ipsoꝝ, secundum quã vel peribunt vel saluabuntur?
Qua de re aliàs. Qui vero perperã nugantur, eos etiã, qui in fide sunt Christiana, nihil pla
ne pro sua vel alioꝝ salute mereri, quin omnia dudũ debuerint, respondrrim.

Q ¶ Si meritũ attendaṫ ex sola humanoꝝ opeꝝ dignitate ac natura, nulla habita rõne diuĩ
næ gr̃æ adiutricis, aut bonitatia eius immẽsæ, promittẽtis pro bonis operibus p̃mia, nullũ
sane ponendũ erit meritũ, q̃d. s. ex sola opeꝝ nostroꝝ qualitate ac cõditione sit ad reddẽ-
dã nobis mercedẽ obligatoriũ. Nã cũ fecerimus oĩa, q̃ p̃cepta sunt nobis, adhuc dicere de Lucæ. 17
bemus, secũdũ veritatis sentẽtiã, Serui inutiles sumus, q̃d debuimus facere, fecimus. Et cũ Esaię. 64
Esaia ingenue fateri, oẽs iustitias nr̃as esse, q̃si pannus menstruatæ. Quicq̃d eñ ad eũ mo
dũ boni fecerimus, dñi (iuxta Paulũ) donũ est, nõ ex operibus nostris, ne q̃s glorieṫ: Nimi Roma. 6
rũ, quicquid hoc pacto fecerimus, nõ est eo dignũ, q̃d deus nobis gratiose cõtulit. Quo sa Roma. 11
ne modo nihil potuit deus, neq́ propter Dauidem, neq́ propter Bonifacium facere. Ephe. 2

R ¶ Sin vero attendaṫ meritũ ex diuina promissione, gratuito & liberaliter nobis facta, q̃d Roma. 8
custodiẽtes mãdata dñi, ingrediemur æternã requiẽ, & ex ipsius itidẽ promittẽtis verita
te, quenq̃ fallere nescia, ex adiutricis etiã gratiæ dei ad bene operandũ p̃sidio, & demũ ex Matth. 19
opeꝝ nostroꝝ cõditione ac qualitate, postremo cõstituenda loco: certe tũc nemo pius
inficiabiṫ, esse meritũ in humanis operibus erga deũ, cui suũ respondeat secũdũ diuinã or
dinationẽ p̃miũ in cœlo à deo repromissum, & perinde debitũ, sicut merces pro labore, Lucę. 10
vel (Chr̃o teste) oĩs mercenarius sua mercede dignus est. Sane iustũ est, vt seruet promis- 1. Timo. 5
sum, q̃ quidẽ iustitia nõ est ex natura actus, sed ex liberalissima dei promissione, q volẽs se
debitorẽ cõstituit, & sua volũtate se obligauit tali operi tantũ reddere p̃miũ, & ita surgit Psal. 109
ibi meritũ ex veritate pollicẽtis, q iurauit, & nõ pœnitebit. Qua sane pollicitatiõe dñi stan
te, iustũ est reddere, & iniustũ nõ reddere, quãuis hæc ipsa iustitia, ex sola volũtate dei li-
beralissima pendeat, tanta p̃mia pollicẽtis, q ex sua incõparabili misericordia, proq́ no-
stra erga ip̃m humilitate, nõ solũ promittit se reddituꝝ nobis, q̃d nostrũ esse videṫ, verũ-
etiã q̃d ipsius est, se quasi nostrũ nobis datuꝝ, dicẽs: Tolle q̃d tuũ est, & vade: Nempe, q̃d Matth. 20
aliàs pollicitus est, dicẽs: Erit merces operibus vestris. Reddã mercedẽ laboribus sancto 2. Para. 15
rũ meoꝝ. Et, merces vestra in cœlis est copiosa. Siquidẽ (Paulo authore) vnusquisq́ pro Sap. 10
priã mercedẽ accipiet secundũ suũ laborẽ. Mercedẽ aũt sicuti & p̃miũ, referri ad meritũ, Matth. 5
opusq́ bonũ constat. Vnde patet, admittendũ esse tale meritũ, pendẽs ex gratuita libera 1. Cor. 3
litate dei promittẽtis, & adiutorio diuinæ gratiæ, ac demũ ex operis ipsius qualitate, secũ-
dũ quã distribuit præmiũ deus, iuxta prophetæ sententiam: Reddet vnicuiq́ iuxta opera Psal. 61

sua. Id vero q̃d redditurus est, tã ex sua liberalitate putat esse nostrũ, vt etiã velit nobis se
Math. 11. pro eo reddẽdo obligatũ. Vnde aliàs dixit: A diebus aũt Iohãnis Bapt. vsq; nũc regnũ coe
lorũ vim patitur, & violẽti rapiũt illud. Quõ rapiunt? Certe q deus illud ex inenarrabili
misericordia sua illis, qui eius seruãt mandata, & q̃ eius sunt voluntatis faciunt, se dare adeo
obligare videat, vt vel pertinere ipso volẽte ex eo promisso sibi rapere possint. Vnde Apo
2. Timo. 4 stolus nõ veritus est dicere: Reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dñs in illa
die iustus iudex. Sane q̃d reddi debet secũdũ iustũ iudiciũ, videt esse merces & pro labo
Iaco. 1 re & merito p̃miũ. Reddet aũt (inquit Iacobus) nõ solũ Paulo deus, sed & omnibus eũ di
ligentibus id est, qui p̃cepta eius seruãt. Quorũ ex numero fuisse Dauidem, huiusq; æqua
lem diuũ Bonifacium ex dictis nemo piæ mentis inficias est iturus.

¶ Igitur nobis pro liberatione ab obsidione & insidijs inimicorum exclamantibus, non S
dubitabimus deum & dicturum & facturum.

¶ Protegã vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & Bonifaciũ seruũ meum: quippe, T
cui ob eius in me charitatẽ liberaliter debeo, & subueniã vobis propter ipsum, & parcam
vobis, vtcunq; aliquãdo in me peccãtibus, qui aliquãdo peperci populo Iudaico propter
Hiere. 15 Mosen & Samuelẽ, Ezechiæ propter Dauidẽ, qui & hoc genus alijs aliorũ intercessione
plurimis auxiliatus sum. Eapropter (fratres in dño charissimi) nos qui vndecũq; ab inimi
cis, tam mũdi q̃ carnis & inferorũ, diuexamur, oremus Iesum optimum, perinde peccatis
nostris indigni eius misericordia, clamãtes: Memento dñe Bonifacij famuli tui, & omnis
mansuetudinis eius. Nos quidẽ in te peccauimus, iniquitatẽ fecimus, indigni quicq̃ abs te
petere, tua tñ misericordia cõfisi, obsecramus, vt vel propter famulũ tuũ Bonifacium nos
exaudias, cuius hodie in tuã gloriam festa tẽpora celebramus, haud sane dubitantes, cum
Acto. 5 nos recte vel tuo noĩe honorare, venerariq;, quẽ ipse vsqueadeo, & dilexisti & veneratus
es, vt illum tibi seruũ elegeris, & in eorũ numerũ ex omni carne selegeris, q habiti fuerint
digni pro noĩe tuo contumeliã vnã cũ morte pati, quẽ vel hodie veneramur, q nõ dubi-
Matth. 25. tamus in te dñm plane conferri, quod in famulũ tuum & à te traditum nostræ ciuitatis pa
tronum & tutelarem, eundemq; apostolũ, conferimus: nempe, qui dixeris, hoc totum ti-
bi a nobis fieri, quod vel minimo tuorum fecerimus.

HOMIL. LXXXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Psalm. 4. Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctũ suũ, dominus exaudiet me cum clamauero ad eum, &c.

In vigilia diui Albani martyris.



Oleo equidem ex animo vel propter infirmos & imbecilles hoc A
mihi toties hac tẽpestate pro concionibus meis occurri, q̃d dictu-
rus apud plerosq;, male euangelicos (siquidẽ contra charitatẽ om
2. Cor. 13 nia in malã parte vertentes) in me nil aliud q̃ odiũ incito, inuidiãq;
conflo: omniũ. qui omneidin se dictũ putant, q̃d me dicere vel ne
cessitas cogit, vel veritas cõpellit. Absit procul tam sim à meo offi
cio alienus, vt adfectu malim q̃ iudicio inseruire, cui hoc est à deo
Esaie. 58 iniunctũ, vt clamẽ non cessans, p̃dicem verbũ, instem opportune,
2. Timo. 4 importune arguã, obsecrem, in omni patientia & doctrina, opus
euangelistæ impleam, cuius pro loco & tẽpore loqui est veritatẽ
& tueri, pro ea, necessitate instante, etiamnũ oppetere mortẽ. Cuius (inquã) est, ad nullius
hominis personæ acceptionẽ, neq; in amorem, neq; in odium p̃dicare, quod alioqui esset
abuti euangelio, quod pacem p̃dicat & veritatem dñi, æternaliter manentẽ. Deberent isti
ideoq; meã, qua fungor, personã considerare, cuius est (ex sententia Pauli) non quærere
Psal. 118. quod sibi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Quod nisi & ipse verbo & facto facere,
1. Corin. 10. quomodo verus essem verbi dei dispensator? Quũ vtiq; studerem vni quærere, alterũ au
ferre, hunc amare, illũ vero odire & offendere. Quod profecto tantũ velim à me abesse,
quãtũ à vero falsum: nempe, qui essem Christi seruus, qui esse & haberi toto pectore de
Galat. 1. sidero, quũ adhuc (vt Apostolus ait) hominibus placerem. Quanq̃ placere cupiam omni
bus, ac non vni aut alteri tantũ, non in meã vel in alterius tantũ vtilitatem sed (iuxta Pau-
2. Cor. 12 lum) in vestri omnium ædificationem, & in primis in gloriam Iesu Christi, nimirũ, quos
vt deus quem nihil latet, æque omnes syncero, Christianoq; amore prosequor, quos &
1. Timo. 2 omnes saluos fieri opto (testis est mihi deus) & esse, in visceribus Iesu Christi, & hoc oro,
Phil. 1. vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis
potiora, vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi. Et maxime illi, q adeo in me de si-
nistro affectu sunt suspiciosi, opinantes quicquid corripiendo dixero, in se dictũ esse, quod
q̃ falsum sit, sentient speraueritm aliquando, ad se suamq; mentem olim reuersuri.

¶ Doleãt

B ¶Doleant & ipsi potius tã nihil vſpiam nũc in fide noſtra & religione, adeoq; vniuerſa ſi eccleſiæ ritu inueoiri, quod aliquot nũc anois nõ fit & cõtra dei voluntatẽ, & publicam & priuatã hominũ pacem, cõcordiam, tranquillitatem q; per ſchiſmaticos hoĩes contaminari, corrumpiq; cœptũ, quod tñ iam olim tot ſeculis, à tot doctiſſimis, ſanctiſſimis q; viris, vnà cũ tota catholica eccleſia, fuit receptũ & approbatũ. Iſtis ergo aduerſarij noſtri potius bono zelo indigneof, qui eo me pepulerunt, vt propter veritatẽ mihi cõcitẽ odiũ, q alioqui obſequio mihi amicos poterã cõparare. Sed ſciant illi Socratem cũ Ariſtotele meũ eſſe amicum, amicum vero eſſe maiorem veritatem, quã paratus ſum & hodie in dei Opt. gloriam, eiuſq; diui Albani martyris honorem tueri.

C ¶Quũ igitur ſancta eccleſia nobis hãc diem vel ideo præ cæteris habere feſtã voluerit, vt in ea deuotã memoriã ageremus diui Albani martyris, q pro tuenda & propagãda fide catholica ſanguinẽ effudit ſuũ, vt & ipſum in virtutibus quaſi eius exẽplo ducti ſequeremur, & eius apud deũ patrociniũ nobis ſuffragaretur, per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum quẽ ille ad mortẽ vſq; ſequutus eſt, quemadmodũ (deo fauente) cras iſtius proſequemur. Et quia nõ minimus eſt inter eos ſanctos, q̃s ſancta mater eccleſia hactenus facere miracula adfirmauit, eos pro loco & tẽpore perinde atq; patronos inuocandos nobis credendũ pie cenſuit, idq; ipm multis nunc ſeculis paſſim ab oĩbus orthodoxis pie fit creditũ & adſertũ. Porro ecõtrario in nouiſſimis iſtis diebus, neſcio quo ſpũ aliquot illecti, negãt & ſanctos miraculis pollere, quæ vtiq; ſubſannant. Itemq; negãt ipſos, quos dicere ſanctos ex approbatione eccleſiæ non dubitamus, aliquo modo implorandos.

D ¶Sane cõtra eos poteter inſurgit propheta Max. in themate noſtro: Scitote (inquiẽs) qm̃ mirificauit dñs ſanctũ ſuũ, dñs exaudiet me, cũ clamauero ad eũ. In prima nimirũ parte palã innuit, eum, q ſanctus eſt, dñm. f. deũ Max. mirificaſſe. Quid vero mirificari aliud, q̃ illũ miraculis ſanctũ oſtendere? In ſecũda vero parte, nõ modo vult ad aliquẽ ſanctum clamandũ, ſed & clamantẽ à deo exauditũ iri. Quid hoc teſtimonio euidẽtius, verius, ac maius? At (inquiũt) ſcripturã detorques alio, qm̃ hũc verſum eccleſia de Chr̃o cenſuit intelligendũ, q ſolus eſt ſanctus, & ſanctus ſanctorum, vt eſt in Daniele. Quibus ego: At eadẽ eccleſia eundẽ verſum, de quoq; ſancto, vtpote in deo viuẽte, poſt Chriſtũ cenſuit accipiendũ. Cur ergo in vno q̃ in altero eidẽ maluit fidẽ adhibere? An nõ ſtandũ eſt eccleſiæ? Vtiq; ſtandũ, qñ (teſte Apoſtolo) ipſa ſit firmamentũ & colũna veritatis: nẽpe, q̃ ſpm̃ ſanctũ perpetuũ nacta ſit inſtructorẽ. Hinc Ieſus dñs noſter eũ iuſſit habendũ vti ethnicũ, qui eccleſiã nõ audiret. i. ei nõ pareret. Verum enimuero, vt apud infirmos ac ſimplices clarius probẽ, ſanctos & poteſtate à deo vel hoc tẽpore (qm̃ manus dñi nondũ eſt abbreuiata) poſſe facere miracula, & ijs deũ illos mirificaſſe, ſcripturas & ipſa facta ſum adducturus. Danie.9 1.Timot.3 Matth.18 Mich.4 Eſa.59

go, qui ex charitate moriatur, nõ obnoxius morti, quo modo mors nõ possit tenere inno
xium, sed fit factura in ea foramen, per q̃d redempti transeant. Placuit & idẽ sermo. Veꝝ
quia nemo talis à iustitia in cœlo, nec à misericordia in terris inueniri potuerit, qui inno
cens esset, simulq; sufficientẽ haberet charitatẽ, lugẽtibus interim iustitia & misericordia,
Psal. 13 tandẽ seorsum pacẽ vtrasq; consolantẽ dixisset: Nescitis, haud esse qui faciat bonũ, nõ esse
vsq; ad vnum? Qui dedit consilium, scilicet Christus dei filius, ferat auxilium.

¶Atq; sic deũ misericordia illectũ, sententiæ locũ dedisse, illumq; mox superna misera- F
tione nõ destitisse, homines incitare ad bonũ per occultos instinctus, nec distulisse homi-
nẽ errabundũ ad pœnitentiã reuocare, spem veniæ exhibẽs per repromissum filij sui ad-
uentũ: quandoquidẽ, qui ne forte per ignorantiam & ingratitudinẽ tanta sua dignatio,
nostræ saluti foret inefficax, in quinq; huius seculi ætatibus, ꝑ patriarchas, iudices, sacer-
tes, reges & prophetas, ab Abel iusto vsq; ad Iohannẽ Baptistã, filij sui aduentũ prænun
Hebræ. 1. ciare, repromittere, ꝓfigurare (vt & Apostolus ad Hebræos testatur) non cessauerit, quã-
Iohan. 5 do & de Christo Moses scripserit, vt ꝑ multa millia tempoꝝ & annoꝝ (ferme enĩ quinq;
millibus & ducentis annis genus humanũ miserabiliter iacuit, quũ interim nullus homo,
propter peccatũ primi hominis ad æternã beatitudinẽ ascendere quiuerit) magnis & va-
rijs, multiplicatisq; oraculis, intelligentias nostras ad fidẽ erigeret, viuasq; desideria inflã-
Hiere. 23 maret. Ille etenim inter alia hoc Hieremiæ in consolationẽ & spem denunciati iusti: Ec
ce dies veniunt dicit dñs, & suscitabo Dauid germen iustũ, & regnabit rex & sapiẽs erit:
& faciet iudiciũ & iustitiã in terra. In diebus illis saluabit Iuda, & Israel habitabit cõfiden-
Esa. 11. ter. Et hoc quoq; Esaiæ: Egrediet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, &
Esa. 7 requiescet sup eum spũs dñi. Et paulo ante: Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ, & vocabit
Mich. 5 nomen eius Emanuel. Et hoc Micheæ: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaq̃ minima es in
principibus Iuda. Ex te enĩ exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Lucæ. 2 ¶Quàm vero interea, tanto, inquã, tẽpore antiqui patres, idemq; pij, Christi in carne G
aduentũ cõcupierint, Simeon ille timoratus hoc suo cantico declarauit, inquiẽs: Nunc di-
mittis seruũ tuum dñe, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare
tuum, &c. Sane petit ille à deo corporeis absolui claustris, ac placida pace obdormire cũ
Luc. 10 patribus suis, qm̃ mundi saluatorem (quod summopere efflagitarat) oculis suis conspexe
rit. Eius etiamnũ testis est dñs noster. Beati, inquiens, oculi qui vident, quæ vos videtis.
Dico enĩ vobis, q̃ multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & nõ vide-
runt. Desideriũ illud de Christi aduentu suum, ipsimet antiqui patres, tam viuẽtes q̃ mor
tui, vtcunq; in Abrahæ sinu constituti, ac certi in perpetuæ lucis regionẽ se demum itu-
ros, longas tamẽ moras dilationis eiusdẽ dominici aduentus pertæsi, ardentibus admodũ
votis ostẽderũt, hasce lachrymosas preces, tam pro se, q̃ pro toto humano genere (cuius
apud deũ legatione fungebãtur) in auribus diuinæ maiestatis effundentes. Emitte agnum
Esa. 16. domine, dominatorẽ terræ, de petra deserti ad montẽ filiæ Sion. Et rursus. Vtinã dirum
Esai. 64. peres cœlos & descẽderes. Et rursus: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustũ, aperiat
Esa. 45 terra, & germinet saluatorẽ. Et alio in loco: Domine deus virtutũ conuerte nos, & osten
Psal. 79 de faciem tuã, & salui erimus. Et alias: Ostende nobis domine misericordiam tuam salu-
Psal. 84

tate

tare tuum da nobis.

H ¶Tradit modo scriptura deū illū, adueniente tēporis plenitudine, sua succēsum miseri cordia, statim hoc nunciū euangelicū, quo in themate nostro vsi sumus, prophetā pronū ciare iussisse. Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Et similiter ad Gabrielē archangelū: Vade, dic filiæ Sion, id est, Mariæ virgini: Adorna thalamū tuū, & suscipe re gē. Ecce cōcipies in vtero & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabit, & reliqua suo loco recēsenda. Sic proinde statim simul atq; virgo Maria verbis angeli credidit, cōsensitq;, venisse dei verbū, Iesum scilicet, qui vocat Chrs, in virginalē vterū, inibiq;, spiritu sancto authore, natura admirante conceptum esse, eoq; pacto plane impletū Zachariæ oraculū, nostrum proloquium. Galat. 4 Zacha. 9 Luc. 1 Gene. 2

I ¶Vnde secundū allegoriā partim (quādoquidē hodiernū euāgeliū, quo ad historiam, die palmarū legi etiā soleat) primo summa dei Max. in humanā animā (quæ allegorice per filiā Sion intelligit, quū alioqui Hierusalē sit, filia proinde Sion montis, q illi adiunctus, haud secus atq; filia à matre protegit) tā pietas q dilectio arguitur. Et merito quidē, quū eā creauerit & creet. Secūdo, Christi Iesu veniētis potētia atq; gloria, in verbo, rex tuus. Et ecce quidē, quia ipse est, de quo scribitur: Dns virtutū, ipse est rex gloriæ. Et rursum: Gloriā regni tui dicēt, & potentiā tuā loquent. Tertio, Christi veniētis vtilitas & causa in verbo, venit tibi, id est, ad salutē & vtilitatē tuā. Et vere, ait em̄ scriptura: Dns rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Et aliàs: Ipse em̄ saluū faciet populum suū à peccatis eorū. Et Apostolus: Fidelis sermo, ait, & dignus omni acceptione, qa Christus Iesus venit in hunc mundū, peccatores saluos facere. Sed de hoc suo tēpore latius. Quarto ostēditur, mirāda Iesu Christi tam in aduētu suo pterito, q in vita ipsius humilitas & clementia, in verbo, mansuetus. Cuius ipse de se dat testimoniū, inquiens: Ego quasi agnus māsuetus. Et rursus: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. Idēq; pauper venit: nimirū, q non habuit quo reclinaret caput suū. Veluti etiam aliàs locupletius testabimur. Psal. 23 Psalm. 144 Esaie. 33 Luc. 1 1. Timot. 1 Hiere. 11 Matth 11 Matth. 8 Luc. 9

K ¶Postremo, ex his oībus colligit mirabilitas, simulq; beneficētia Chri aduētus, & meri to deplāgēdus antiquorū patrū ante illū aduentū luctus, vnaq; ingēs nri oīm salus, quā se qui debet plurima ex corde gratitudo. Quid, obsecro, mirabili' & salutarius, q q ille (Pau lo dicēte) q quū in forma dei eēt, nō rapinā arbitratus est, eē se æqualē deo, sed semetipm exinaniuit, formā serui accipiēs, in similitudinē hoīm factus, & habitu inuētus vt hō, humiliauit semetipm, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē aūt crucis? Quid, inq, luctuosius eo planctu, q ad deū clamarūt veteres patres, quēadmodū paulo an̄ diximus? Quid, inq, admirabilius simul atq; beneficētius ea innouatiōe, q in Iesu Chri aduentu in carnē facta est? Tū etem̄ oīa innouata sunt tā mirabiliter q salutariter, creator & creatura, angelica pariter & humana. Creator em̄, apud quē (Iacobo teste) nō est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, etsi æternus ab æterno, factus est in tpe nouus hō, hominūq; liberator. Innouatus est hō, qm̄ (vt Paulus scribit) p Chri aduentū deletū est chirographū peccati, deleta quoq; est protoplastorū culpa, et sublimata ē natura, hūanitas quoq; exaltata est & innouata sup naturā angelicā: qhquidē verbū nō angelicā (Aplo teste) sed humanā naturā assumpserit. Angelicus quoq; lapsus, hoīm redēptione est restauratus, nimirū cuius redēptio angelicæ fuit ruinæ restauratio. Adeo quidē, vt eo tpe vera sit facta visio diui euāgelistæ, de qua ille ait: Et vidi cœlū nouū & terrā nouā. Et paulo post: Dixit sedens in throno, Ecce noua facio oīa. Quū & ipse, q innouatus est, assumēs qd non erat, manens qd erat, nouo, gratioso, admirādoq; suo aduētu in carnē, oīa (vt diximus) tā immutauit q innouauit. Phil. 2 Iacob. 1 Coloss. 2 Hebr. 2 Apoc. 21

L ¶Vnde in cōsuetudinē ante multa tpa receptā, multisq; tēporibus ad hāc vsq; diē à catholica ecclesia religiose obseruatā abijt, vt in hoc sacro dn̄i aduētu, q ecclesijs vel psunt, vel earū sunt ministri, & quidē alijs in exēplū suas immutant cū luctu vestes, nēpe, vt earū immutatiōe recordatio pdictæ Iesu Chri immutatiōis mentē nostrā facilius, ardentiusq; subeat, eaq; subeunte, & ipsi abiecta pctōrū vetustate, virtutibus, bonisq; operibus immutemur, innouemurq;, iuxta verbū Pauli, q ille pcipiens inquit: Deponite vos secūdū pristinā cōuersationē, veterē hominē, q corrumpit secūdū desideria erroris. Renouamini aūt spū mētis vestræ, & induite nouū hoīem, q secūdū deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et rursum: Expoliātes vos veterē hoīem cū actibus suis, & induētes nouū, eū, q renouat in agnitionē secūdum imaginē eius, q creauit vos. Quod ni fecerimus, Chrs sua gr̄a spūaliter (de q suo aduētu ille aliàs ait: Ad eū veniemus & apud eū māsionē faciemus. Et scriptura alibi: Si morā fecerit, expecta eū, qa veniēs veniet, & nō tardabit) ad nos venire dedignabit, quippe q nouus mentē peccatis veterē atq; squalentē ingredi nō soleat, eo ipso dicēte: Nō mittūt vinū nouū in vtrea veteres, nec cōmissurā pāni rudis in vestimentū vetus. Quis est vinū? Certe Chrs, de q scriptura: Guttur eius vinū optimū, q nō ui si charissimi inebriant. Quis pānus est? Idē, inquā, alioqui hodie Aplus nō diceret: Indui- Ephe. 4 Coloss. 3 Iohan. 14 Abacuc. 2 Matth. 9 Lucæ. 5 Cant. 5. 8 Roma. 13

 mini

mini dominum Iesum Christum.

¶Hanc igit salutarē, eandē'q; spūalem innouationē, vestes in aduētu mutatæ admonēt, M
q̄ vel ideo pullatæ sunt & nigrę, vt simul in memoriam reducāt mœstissimū illū antiquoꝝ
patrū ante Iesu Chri aduentū, mœrorē, luctū, plāctū'q;, q color (vt plurimū) mœroris ar
gummētū. Nec tantū vt nobis eundē luctū & casum primoꝝ parētū miserabilē in mentē
feruētius reducāt. Veꝝ vt ex illius casus atq; plāctus recordatiōe magis atq; magis mone
mur, q̄ta nobis Chrs suo aduētu grām largitus sit, simul'q; inde ad deuotas illi graꝝ actio-
nes habēdas & agēdas moueamur, impellamur, cogamur'q;, siquidē magis mouēt bona,
maloꝝ repetitiōe, quēadmodū & ecōtrario natura cōparatū videmus. Sic aliàs deus in-
Deute.16 quit: Septē diebus comedes absq; fermēto afflictiōis panē, qm̄ in pauore egressus es Aegy
ptū, vt memineris diei egressiōis tuæ de Aegypto oībus dieb' vitæ tuæ. Si inibi deus hmōi
sibi cærimonijs memoriale eē voluerit Iudęis, tā captiuitatis q̄ redēptiōis Aegyptiacę, vt
hinc gratiores eēnt pro tāto bñficio ipsis à deo collato, cur, obsecro, ipsi ex institutiōe ca-
tholicę ecclesiæ vestiū, & hoc genus reꝝ aliaꝝ cærimonijs nō auderem' habere memoria
le æternæ tā dānatiōis q̄ redēptiōis, vt inde ꝑmoti ad graꝝ actionē simus, vt debemus, ꝓ
Matth.24 niores pro tāto bñficio, nobis à Chro ꝑ ipsius aduentū collato? Nos ipsi, inquā, qui (Chro
olim ꝓphetāte) in charitate adeo refriguimus, q̄s vix totus (vt ita dixerim) Aethna parū-
per subcalidos redderet, q̄s'q; vix leonis cuiusq; rugiētissimi clamor ꝑmoueret & excita-
ret. Facescāt igit & valeāt, vt merent, schismatici, hoc gen' pias cærimonias tā neglectui
Nume.15 q̄ derisui habētes. Derisuri nimiꝝ alioqui deū Max. sapiētissimū, q ad Mosen dixit: Loq̄re
filijs Israel, & dices ad eos, vt faciāt sibi fimbrias ꝑ angulos q̄tuor palliōꝝ, ponētes ī eis vit
tas hyacinthinas, quas cū viderint, recordent oīm mādatoꝝ dñi, nec sequant cogitatiōes
suas, sed magis memores p̄ceptoꝝ dñi, faciāt ea, sint'q; sancti deo suo. Siluerim reliq̄s illud
genus pijssimas cærimonias, q̄s ille istis ad deuotionē excitandā sæpenūero p̄scripsit. Qd̄
nō ideo dixerim, ꝙ velim Iudęoꝝ quascūq; cærimonias à nobis idētidē obseruatū iri: ve
rū ꝙ nolim aliq̄d dānandū, q̄d pietati nō nocet, nec Chri derogat autoritati, etsi hoc ipm
Matth.11 Iudęis q̄q; visum sit cōmune. Nihil quidē veteris testamēti in nouo reijcitur, p̄ter q̄d Iesu
Chri quoq̄ mō autoritati derogare possit. Alioqui etiā scismatici hoc dñi dictū dānabūt
ꝑinde cōtra pietatē. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, q͞a si in Tiro & Sydone factæ
essent virtutes, q̄ factę sunt ī vobis, olim ī cilicio & cinere pœnīam egissent. Quo sane dicto
Chrs ꝑ cærimonias ad pœnīam & deuotionē hortat, tm̄ abest vt improbet, vt etiā subin-
nuat illos, ad q̄s loquit, pœnīam facere debere ī cilicio & cinere, q vtiq; mos, ab illis pio aīo
receptus, à nō paucis Chrianis pro loco & tp̄e salutariter obseruat. Sin isti Barrabæ sedi-
tiosi ꝑinde stultū subsannāt hmōi pullatū vel reliquū hoc gen' cærimonialē vestitū, neces
sum erit subsannare diuū dñi p̄cursorē, q̄ inter natos mulieꝝ non surrexit maior, q (vt ex
Matth.3 euāgelio claret) veste pilis cameloꝝ sarcta amict', pellicea'q; zona circa lūbos accinct' fuit
Quid, obsecro, vir in vtero matris sanctificatus hoc sibi habitu voluit? Nimiꝝ vt ostēde-
ret se pctā totius gñis humani deflere, nobis'q; plangēdi, mœrēdi'q; formulā p̄scribere.

¶Sed q̄d hæc cōmemoro, quū hūc ritū infiniti pene hoīes, tā veteris q̄ noui test. & qui- N
Nume.16 dā apud deū sctissimi cōseruarint, q̄s schismatici isti īpuris labijs incessere nō verent. Nimi
rū pœnā suo tp̄e cū Chore, Dathane & Abyrone, hoc'q; genus alijs seditiosis hoībus acce
pturi. Cū q̄bus ne ipsi cōdēnemur, absorbeamur'q;, induti vel q̄cūq; veste (mō cū ecclesia
sctā cōueniamus) eius, q̄ antiqui pr̄es affecti fuere, doloris memores Ita q̄dē simus, vt tā in
tus q̄ foris innouati, admirabilis Chri bñficij recordemur, ad verā deo graꝝ actionē, ardē
tius ꝓuocati. Qd̄ sane faciemus, vbi & nos cū illis ipsis patrib' deuote exclamauerim': Ni-
Psal.79 mirū pctōꝝ interim vinculis rursus vincti. Dñe deus virtutū cōuerte nos, & ostēde faciē
tuā & salui erimus. Cur aūt id nō fecerim'? Et ad dei filiū p̄ces tā assiduas, affectuosas'q; ef
funderem', vt diutissime expectat' post tātā morā tandē veniat in mūdū, & naturā huma
nā à captiuitate dæmonis, à carcere pcti, à tenebris erroꝝ sua visitatiōe gratiosa liberet, q
vtiq; arctius q̄ isti iacemus cōstricti, nec minus q̄ illi, imo magis grā indigem'. Equidē ve
ro nō possum & ipse cū diuo Bernardo ī memetipso nō cōpungi & cōfundi, ardorē deside
rij patrū suspirātiū Chri ī carne p̄sentiā, cogitās, q̄bus, vl certe paucis, nō tātū ingerit gau
diū grǽ huius exhibitio, q̄tū sanctis veterib' desideriū ꝓmissio ingessit. Qui, inquā, tā su-
mus gelidi & Scythica glacie frigidiores, neq; cœlestis in cordibus nr̄is ꝑcipimus amoris
Matth.24. scintullā. Quid, inq̄, aliud auguror futuꝝ nr̄is tp̄ibus, q̄bus (vt Chrs testat) multoꝝ iniq̄tas
Apoc.3 abundauit, charitas aūt refriguit. Nisi q̄d ipse in Apocaly. cōminat, vtpote timēdū, ne euo
memur de ore dñi, q̄d ipse dñs auertat? Auertet aūt vbi ad eū toto desiderio grām eius po
stulauerimus, q̄ patres, vel quālibet olim sancti, in lymbo illius aduentū expostulaṙunt.

¶Porro apud nōnullos male Chrianos in q̄stionē venit. An oēs ab Adamo posteri vsq; O
ad Chri passionē (in q̄ eius cœpit cōpleri aduētus) à paradiso seclusi fuerint ī lymbo, quē
Iudæi

Iudæi appellãt suburbiũ paradisi: Veritatẽ sequẽs rñderim, Oẽs fuisse cõusq; à loco beati-
tudinis exclusos: nimiꝝ ob pc̃tm̃ primi parẽtis originalis, qd q a totius est gñis ac naturæ,
in oẽs posteros trãsiuit. Vnde nemo p naturã (vt alio tpe docebimus) fuit immunis, quod Roma. 5
apl̃us attestat, inquiẽs: Propterea sicut p vnũ hoiem pc̃tm̃ in mũdũ intrauit, & p peccatũ
mors, ita & in oẽs hoies mors pertransijt, in quo oẽs peccauerũt. Et Esaias dudũ ante: Pa Esai. 43.
ter tuus prim' peccauit, & interp̃tes tui p̃uaricati sunt ĩ me. Et ꝓphanaui principes sc̃tos,
& dedi interemptiõi Iacob, & Israel in blasphemiã. Si (vt est) oẽs peccauerũt, ideo nullus
paradisum ingredi potuit: quippe q̃ nihil coinquinatũ intrare possit. Fuisse exclusos, pro-
pterea ẽ scriptura, inquiẽs: Eiecitq; Adã, & collocauit añ paradisum voluptatis Cherubin Gene. 3.
& flãmeũ gladiũ atq; versatilẽ, ad custodiendã viã ligni vitæ. Fuisse aũt eosdẽ in lymbo cõ
stitutos, ꝓpheta subindicat, inquiẽs ad Christũ: Tu aũt in sanguine testamẽti tui, emisisti Zacha. 9
vinctos de lacu. Siquidẽ redẽptione e loco ad aliũ locũ, q inibi inferior, infernus eẽ haud
potuit, cũ illic sint æternaliter dãnati, nec aliqua sit inde redẽptio. In lymbo deniq; extra
cœlũ oẽs, vel quãlibet iustos, fuisse vsq; ad Chr̃i aduentũ detentos, scriptura adseuerat, di-
cens: Tu ibis. s. Abrahã cũ tuis ad patres in pace. Si ad patres suos, ergo nõ iuit ad cœlũ, q̃
nõ ingrediunt idololatræ, cuiusmodi multi patres Abrahami fuere. Vnde subsequẽs est,
Abrahamũ, alios patriarchas, licet post mortẽ in inferno nõ fuerint, vbi locus est dãnatoꝝ
ꝑpetuo, nõ tñ ascẽdisse in cœlũ, qd beatoꝝ est locus, sed fuisse in inferno loco, nõ pœnali,
sed in eo quidẽ loco, in q̃ visione caruerũt, pœnã tñ gehennæ haudquaq̃ sensisse: nẽpe de
beatitudine futura obtinẽda certos, vtpote cũ Chr̃o post passionẽ in cęlũ ascẽsuros, apl̃o Ephe. 4.
scribẽte: Ascendẽs Chr̃s in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoibus. Qui primus
oĩm iter ad cœlũ docuit, eo primus oĩm ingressus, vt ait ꝓpheta: Pandẽs iter añ eos. Nec
interim obstat dicere, Sequi inde, deũ eẽ iniustũ, nec reddere (vt scriptura docet) vnicuiq;
secundũ opera, qñquidẽ quũ ij, q̃s ipsemet iustos & sanctos appellauit, vti Mosen, Abra-
hamũ, Iacob, hocq; genus alios, ex iustitia dei cœlũ oportuisset ingredi, & nequaq̃ tanto
tpe secludi. Qñquidẽ quũ ij (vt dictũ est) p originẽ à pc̃õ originali trãslatitiã nõ fuerint
immunes, diuina tñ in eis iustitia saluata est, quãuis illos nõ ilico post mortẽ ad gloriã re-
ceperit, sed in lymbo detinuerit, q̃ ad illud primi parẽtis pc̃tm̃, introitusq; regni cœlestis
impedimentũ inde deriuatũ, abunde Chr̃i sanguine tolleret. Bene proinde cũ Abrahamo
Isaac & Iacob, vel quolibet iusto egit clemẽs diuinitas, q͂ ille à paradiso exclusus, nõ etiã
inferni cruciabat ignibus, sed in pace collocatus, illũ expectauerit legislatorẽ, q veniẽs be
nedictionẽ daret, vt videret deus deoꝝ in Sion. Quicq d eñ fidelis seruitij deo quilibet iustus Psal. 83
obtulit, tantũ erat ad cõparationẽ eius laudis & glorificatiõis, quã homo cõditus, in para
diso suo debuerat creatori, q̃tũ si cõpares centũ denarios decẽ millibus talẽtis. Vnde ergo
peccatũ redimeret? Id qd dñs per eũ, q descenderat ab Hierusalẽ in Hiericho & incidit
inter latrones, notauit. Sed de hoc negotio, aliàs forte opportunius, deo volẽte, differem'

HOMIL. II. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Matth. 24 Marc. 13. Luc. 21. Et tunc videbũt filiũ hoĩs venientẽ in
nube cum potestate magna, & maiestate, &c.

DOMINICA SECVNDA ADVENTVS.

A 
Onfirmat Chr̃s hisce verbis, q͂ nuper diximus duplicẽ videlicet
esse suũ in hũc mũdũ aduentũ, q̃ꝝ vnus p̃terijt, alter est vẽturus,
de illo nup, de hoc aliqua hodie, deo dãte, sumus dicturi. Nec mi
nus interim, ille idẽ Iudæos impudẽtis erroris hoc verboꝝ cõte-
xtu cõuincit: nẽpe q vnũ dũtaxat cõtẽdãt eẽ Messiæ aduẽtũ, eũq;
nõ p̃terijsse, sed futuꝝ: ꝑmoti nimiꝝ, q͂ scriptura passim de vtroq;
aduẽtu in futuro tpe loquat. Cæteꝝ, vide, obsecro, q̃ recte ĩ istos
dici queat, hoc saluatoris: Erratis, nesciẽtes scripturas, neq; virtu- Matth. 22
tẽ dei. Quis, obsecro, maior error, q̃ propterea dici & esse vnicũ Marc. 12
Messiæ aduẽtũ, q a sanctæ literæ vbiq; in futuro loquant? Cur ali
ter debuissent loqui tũ, qñ vterq; futurus erat? Quæ si mõ loquerent, nõne in p̃terito tpe
de primo aduẽtu essent locuturæ? Proculdubio. Loquẽtibus olim scripturis, vtiq; vterq;
aduẽtus erat futurus, atqui tñ ille q erat ad saluãdũ propinquior, q̃ q erat & erit ad iudicã
dũ. Cuius hodie ecclesia memoriã agit ex sacrosancto euãgelio. Vnde isti, si nõ eẽnt vel
Marpesia caute induratiores, vnica rõne intelligere suũ possent errorẽ. Qñquidẽ scriptu
ra etsi loquat de Chr̃i aduẽtu futuro, nõ tñ simul, sed mõ de vno, mõ de alio, & varia qdẽ
diuersitate, diuersaq; forma, diuersoq; effectu. Porro Messias in suo primo aduẽtu in for- Esa. 42
ma maxie mãsueta & humili p̃nunciat venturus. Siquidẽ Esaias ait: Calamũ cõtritũ non Matth. 12
cõteret, & linũ fumigãs nõ extinguet. Et Zacharias: Ecce rex tuus venit pauper, equitãs Zacha. 9

Danie. 9 super asinū. Itemq̃ Daniel: Hebdomadæ abbreuiatæ sunt sup populū tuū, & sup vrbem
sanctā tuā, vt cōsumat p̄uaricatio, & finē accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & addu-
catur iustitia sempiterna, &c. Vnde liquet, primū illū Christi aduentū fuisse (vt eē debuit)
mansuetū, humilē, pauperē, pacificū, itemq̃ ad peccata delendū atq̃ saluandū adeo p̄m
mundū veluti proxime ostendimus, ostensuri, deo volente, paulo post pluribus.

¶ Verū enimuero alterū Chr̄i aduentū, quē & nos Christiani futurū credimus, nequaq̃ B
fore eiusmodi, sed plane austerū, tremēdū, superbū, opulentū, bellicū, itēq̃ ad peccata pu
Zach. vlt. niendū, adeoq̃ totū mundū iudicandū. Id q̃d ex Zach. claret: Erit deus rex sup omnē ter
Sopho. 3 rā, in die illa erit dn̄s vnus, & nomē eius vnū. Et ex Sophonia, q aït: Tūc reddā populis la
biū electū, vt vocēt oēs in noīe dn̄i, & seruiāt in humero vno. Et ex Esaia: Dn̄s ad iudiciū
Esaie. 3. veniet cū senioribus populi sui & principibus eius. Et ex Daniele, q inquit: Aspiciebā, &
Danie. 7 quasi filius hoīs veniebat, & vsq̃ ad antiquū dierū peruenit, & in cōspectu eius obtulerūt
Matth. 26 eū, & dedit ei potestatē & honorē & regnū eius, q̃d nō corrumpet. Et Christus alibi: Ve
Marc. 14 runtamē inquit, dico vobis, amodo videbitis filiū hoīs sedentē à dextris virtutis dei, & ve
Luce. 22 nientē in nubibus cœli. Idem hodieq̃ ait: Et tūc videbunt filiū hoīs venientē in nube cū
potestate magna & maiestate. Vnde paucissimi quiq̃ Iudæi euidenter possent colligere,
non vnū dumtaxat, sed duplicē esse Christi aduentū, ex forma quidē vtriusq̃ diuersa, ef-
fectuq̃ amborū diuerso. Siquidē qui p̄terijt humilis fuerit & obscurus, q vero futurus est,
Matth. 24 gloriosus erit, idēq̃ tremendus. Ille quo ad saluandū mundū, hic ad iudicandū. Ille quidē
Lucæ. 17 pene latēs ob humilitatē, hic adeo oībus patēs, vt de eo Christus dixerit: Sicut eñ fulgur
Esa. 5 erit ab oriente, & paret vsq̃ ad occidentē, ita erit & aduentus filij hominis.

¶ Eiusmodi vero futurū, ipsum secundū Christi aduentū arguunt, quæ illū sunt p̄cessu C
ra tam à longe q̃ à propinquo, quæ concomitatura, & quæ deniq̃ secutura sunt. Quæ
vel singula Christiano scire plurimū profuerit, ideoq̃ paucis recensenda.

¶ Secundum illum Christi aduentum præcedet. ¶ Primo, pseudoapostolorū multi- D
Matth. 24 tudo, dicente dn̄o: Et multi pseudoprophetæ surgent & multos seducēt. Et erunt (inquit E
2. Petri. 2 Petrus) qui introducēt sectas perditionis, & multi sequent eorū luxurias, per quas vis ve
Matth. 24. ritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur.
2. Timo. 3 ¶ Secūdo, abūdabit iniquitas, & refrigescet multorū charitas, odioq̃ se mutuo hoīes ha F
bebūt, teste dn̄o, quē Ap̄lus sequēs, ait: Hoc sūt scio, q in nouissimis dieb' instabūt tp̄a pe
riculosa, & erūt hoīes seipsos amātes. i. carnales, elati, superbi, parētibus inobedientes, in-
grati, criminatores, incōtinentes, proditores, proterui, tumidi, voluptatūq̃ magis q̃ dei
amatores, habētes speciē q̄dē pietatis, virtutē aūt eius abnegātes. Et Iudas ait: Q̄m in no
uissimis tēporibus venient illusores, secundū desideria sua ambulantes in impietatibus.

Luce. 21 ¶ Tertio, prælior & bellorū frequentia, Christo dicente: Cum audieritis prælia & se-
ditiones, nolite timere. Surget eñ gens contra gentem, & regnū aduersus regnum.

Matth. 24 ¶ Quarto, famis, pestilentiæ, terræq̃ motuum frequentia, Christo rursus dicente: Et G
erunt pestilentiæ, & fames, terræq̃ motus per loca.
Marci 13 ¶ Quinto, discessio à Romano imperio, adeoq̃ ab ecclesia Romana. Vnde Ap̄lus: Ne H
2. Thess. 2 quis vos seducat vllo mō. Q̄m nisi venerit discessio primū, dies dn̄i nō instabit. Et rursus:
1. Timot. 4 Quia in nouissimis tp̄ibus discedēt quidā à fide, attendētes spiritibus erroris & doctrinis
dæmoniorū in hypocrisi. ¶ Sexto, mira Antichristi persequutio & seductio, q cū pseu- I
doapostolis suis, perq̃ plurimā Christianorū partē seducet, partim callida p̄suasione, par-
2. Thessa. 2 tim miraculorū operatiōe, partim bonorū largitiōe, partim tormētorū exhibitione. Hinc
Ap̄lus: Ne quis (inqt) vos seducat vllo modo, q̄m nisi venerit discessio primū, & reuelatus
fuerit homo peccati, filius p̄ditionis, q aduersat & extollit supra omne, q̄d dicit deus, aut
q̄d colit, ita vt in tēplo dei sedeat, ostendēs se tanq̃ sit deus. Cuius aduētus erit secundum
operationē satanæ, in omni virtute & signis & prodigijs mēdacibus, & in omni seductio
Matth. 24 ne iniquitatis, ijs q pereūt, eo q charitatē veritatis nō receperūt, vt salui fierēt. Et tūc sane
primū (iuxta dictū dn̄i) tāta erit tribulatio, quāta nō fuit ab initio mūdi vsq̃ huc, ne futura
4. Reg. 2 maior. Nimirū tāta erit Christianorū ab Antichristo & suis p̄sequutio, vt nisi propter ele
Malach. 4. ctos illi dies abbreuiarent, nemo saluus fieret. Id q̄d etiamnū ex Apocalypsi ē intelligere.
Gene. 5. Ita in cōsolationē & reconuersionē (vt ita dicā) eorū, qui seducti sunt, à deo mittent He-
Eccl. 44 lias & Enoch: quos Zacharias duas oliuas, Iohānes duo candelabra vocat, qui (vt ex Da-
Hebr. 11 niele cōijcitur) tribus annis cū dimidio instar Chr̄i, amicti saccis, pœnitentiā ostēdent &
Zacha. 4 p̄dicabūt passim cōtra Antichristi dogmata impia, signis clari atq̃ virtutib'. Quos demū
Apoc. 11. Antichristus in Hierusalē occidet, occisi tribus diebus & noctibus cū dimidia die, in ter-
Danie. 7. 9 rorē omniū sine sepultura in plateis iacebunt. Post dies aūt tres, & dimidiū resurgētes in
cœlū volabunt in nube. Antichristus vero, q aliàs seuiendo regnaturus est, annos tres cū
dimidio (totidem eñ ex Daniele colligimus) quintodecimo die post mortē illorū, & ipse,

peribit

peribit nimiꝝ(teste apl'o)quē dn̄s Iesus sp̄ū oris sui interficiet, & destruet illustratiōe ad- 2.Thess.2
uētus sui, de quo noster hodie est sermo. Quo interfecto, nō statim venturus est dn̄s ad iudi
ciū, sed cōcessurus est deus Opt. aliquot dies ad refrigeriū sanctoꝝ, & ad pœniam subuer Matth.24
soꝝ. Id q̄d ex verbis Iesu fortassis facile pcipit, quū dī: Videte ne turbemini: Oportet eñ
hæc fieri, sed nondū est finis. Ecce p̄dixi vobis. Et tūc p̄dicabit euangeliū in toto mūdo. ibidem.

K ¶Quantū vero spaciū interea vsq; ad finē mundi futuꝝ sit, nemo vnq̄ nouit, affirmāte Luc 17
dn̄o, q aitt De die aūt illa & hora nemo scit, neq; angeli cœloꝝ, nisi pater solus. Sicut aūt 2.Petri.3
in diebus Noe, ita erit & aduētus filij hoīs. Sil'r sicut factum est in diebus Loth, ita quoq;
erit dn̄i aduentus, q̄nquidē q̄n tunc hoīes non putabant iram dei sup se venturam, hæc Matth.24
ipsa subito illis non opinantibus, veniebat & perdebat. Sic & filius hoīs veniet in secundo 1.Thess.5
aduentu, q̄a (inquit Chr̄us) qua hora non putabitis filius hoīs venturus est. Sicut eñ(ait
Paulus) fur in nocte veniet, ita & dies dn̄i erit. Cum eñ dixerint, pax & securitas, tunc re-
pentinus eis sup̄ueniet interitus. Sic & dn̄s in Apocalypsi ait: Si ergo non vigilaueris, ve- Apoca 3
niam ad te tanquam fur, & nescies, qua hora veniam ad te.

L ¶Cæteꝝ frēs in dn̄o dilectissimi, q̄a oculari pene testimonio videmus oīa adesse, fir-
meq; p̄terijsse, quæ iuxta scripturā testimonia iam audita nobis portendunt in foribus eē
secundum dn̄i aduentum (obsecro) oremus vt is nobis aduentus, vti primus, sit mitis &
mansuetus, qui alioqui tam gloriosus quàm horrendus traditur futurus. Quādoquidem Sopho.1
ait Propheta: Dies illa. s. futuri dn̄i aduentus & iudicij, dies erit iræ, dies tribulationis, an-
gustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valde. Id quod ex ijs, quæ ventu
rum dominum pene (vel potius præcedent) concomitabuntur, patet.

M ¶Quoꝝ erit primū, solis & lunæ stellaꝝq; obscuratio & in colorē sanguineū terribilis
mutatio. Vñ Iohel: Si cōuertet in tenebras, & luna in sanguinē. Et Apoc. Sol factus ē ni Iohel 2
ger, tanq̄ saccus cilicinus & luna tota facta ē sicut sanguis, & stellæ de cœlo ceciderūt sup Apoc.6
terrā. Et Chr̄s q̄q; dixit: Sol obscurabit & luna nō dabit lucē suā, & stellæ cadēt de cœlo. Matth 24.

N ¶Secundū, hoīm pressura præ confusiōe sonitus maris & fluctuum, arescētibus hoībus
præ timore, & propter expectationem, quæ toti orbi superueniet. Sane iuxta Dauidem: Psal 92
Mirabiles tunc erunt elationes maris, & vociferabit tunc denuo & finaliter, quod Chri- Matth.24
stus dixit: Erit tunc tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neq; fiet. Et q̄d Danie.12
Daniel dixit: Veniet tale tempus, quale non fuit, ex quo gentes cœperunt esse. Siquidem
(vt ex euangelio colligi potest) vniuersa quatuor genera creaturarum turbari videbūtur
cœlestium, vt solis & lunæ, terrestrium, q̄a aquaꝝ & fluctuum. Rationalium, quoniam hō
minum arescentium, intellectualium. i. virtutum cœloꝝ, quæ mouebuntur, quodam mo-
tu admirationis, conspicientes inusitatos & præter ordinem naturæ effectus accidere.

O ¶Quo facto (ait Petrus) elemēta calore soluent, terraq; & quæ in ipsa sunt op̄a exurent 2.Petri.3
simulq; magno impetu cœli transiētnimiꝝ, q ardētes soluent, & elemēta ignis ardore ta
bescent. Hoc igit igni p̄inde atq; olim diluuio oībus cōsumptis, ilico (teste Apl'o) ipse dn̄s 1.Thess.4
in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descēdet de cœlo, & mortui resurgent oēs. 1.Cor.15
Oēs (inquā) in momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba resurgent. Canet eñ tuba, & mor
tui resurgent incorrupti. Iterumq; (vt patet ex euangelio) oēs videbunt filium hoīs, veniē
tem in nube cum potestate magna & maiestate. Veniet eñ à deo iudex viuoꝝ & mortuo Acto.10
rum, ad vallem Iosaphat, quo (vt ait Propheta) congregabit oēs gentes, & disceptabit cū Iohel.3
eis. Veniet (inquā) dn̄s cum oībus milibus sanctis suis facere iudicium cōtra omnes, redar Esa.3
guere oēs impios, de oībus op̄ibus & impietatibus eoꝝ, & de oībus duris, quæ locuti sunt
contra eum p̄ctōres impij. Erit aūt iudicium illud in quo oīa vel secretissima cordiū pan
dent & referent, & vndequaq; tremendū. s. malis. Supra q̄dem in aere, iratus iudex, sub- 2.Cor.5
tus, patēs infernus, intus, conscīa remordens, extra, mundus, à dextris p̄ctā accusantia, à
sinistris, infinita dæmonia terrētia, Circa, boni angeli in infernū pellentes, & mali ad ip̄m Matth.13
trahētes (Chr̄o teste) q aitt Sic erit in cōsummatiōe seculi. Exibunt angeli, & separabunt Apoca.20
malos de medio iustoꝝ, & mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.

P ¶Apparebit tam filius hoīs. i. Chr̄s in forma humana, vtpote ea qua in cœlū quondā
ascendit, vt claret in Actis apl'icis, & ipsemet testat apud Euangelistam, inquiens: Et tunc Acto.1
apparebit signum filij hoīs in cœlo: nimirum, non vulnera solum & reliqua mortis suæ Matth.24
insignia, sed & mortem illam exprobratissimam ostendens, vt Iudæoꝝ aliorumq; inuere
cundiam confutet. Et sic cruce visa considerabunt, quod mortuo eo nihil profecerint, & Sopho.1
quoniam crucifixerunt eum, quem adorari oportebat. Et tunc indubie tempus illud vl-
timum erit & miseriæ, nullius prorsus misericordiæ, sed totius iustitiæ. In quo reprobis Lucæ.23
tam terribilis apparebit, vt dicturi sint montibus & petris si adessent. Cadite super nos,
& abscondite nos à facie sedentis supra thronum, & ab ira agni. Id quod & Christus in- Matth.24
nuit, inquiens: Et plangent omnes tribus terræ. Apo.1

¶Feret aūt(Euāgelista scribente)tandē snia pro bonis in hūc modū. Venite benedicti Q
Math. 25 pris mei,possidete paratū vobis regnū à cōstitutiōe mūdi. Esuriui em̄ &c.Et sic tandem
1.Thessa.5. (Aplo teste)semp erunt cū dño. In malos vero hæc erit snia.Discedite à maledicti in ignē
Lucæ.13 æternum,q paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui em̄ &c. Si dixerint:Dñe,qn̄ vidi-
Matt 25 mus te esurientem. Respōdebit dñs:Amen dico vobis,q̄diu nō fecistis vni de minimis ijs,
Iohan.5 nec mihi fecistis.Et ibunt ij in supplicium æternum,iusti autem in vitam æternam.

¶Et sic(vt qn̄q; regrediamur,vnde sum⁹ digressi)solidissima scripturaꝝ veritate,Iudęi R
& eoꝝ cōplices pfidissimi erroris cōuincunt,&apparet duplicē Chri aduētū eē eū,q prę
terijt humilem & mansuetum,eum q futurus est,supra quam dici possit gloriosum &ter-
Esa.53 ribilem,istosq; se pniciose credere,damnandosq; certo,nisi resipiscant. Siqdē meminisse
debuerint nō oportuisse Chrm venire primū bellica potentia ad remittendū pctā & sal-
nandos hoies,sed potius in humilitate &patientia,passuꝝ durissima.Nec qdem opus fuit
ad remittendum peccata,delendumq; iniqtates bellis corporeis,quæ sunt extra aīam,in
quoꝝ tumultu credunt Chrm ventuꝝ Iudæi. Recte aūt quæ scripturæ bellica narrāt,se-
cundo aduentui(de quo diximus)applicabunt,qn̄quidem,in quo Chrus nō venturus est,
Psal.109 vti passurus ab iniqs,sed potius vt iudex iustissimus & fortissimus ad puniendum omnes
Hebræ.10 sibi rebelles cum Antichro duce eorum , quemadmodum fore multis ostendimus. Tunc
Christus ponet sub pedes inimicos suos scabellum,& nona omnia erunt.

Luc. 21 ¶Superest modo,qm̄ Chrus nō modo suos discipulos,sed &(vt est apud Euangelistā) S
Apoca 21 nos oēs sæpenumero terrore eius aduētus ad benefaciēdū admonet,qppe q inibi vni-
cuiq; scdm opa eius tribuet,vt & ipe cum Chro Iesu vos toto pectore admoneā,inqens:
Charissimi,vigilate & orate,q a qua hora nō putabitis, dñs veniet,& cum eo merces pro
vnoquoq;. Attendite(inquā)vobis,ne forte grauent corda vestra crapula & ebrietate &
1.Iohan.2 curis huius vitæ,& supueniat in vos repentina illa dies.Nimiꝝ ventura in oēs , q sedent
sup faciē oīs terræ.Hocq; maxime,q videtis oīa,quæ propinquā hanc esse diem porten-
Roma.4 dunt,partim transacta esse,partim nunc adesse & propediē imminēt,adeoq; vt certū sit,
Titū.1 hanc diem paulopost venturā,sed qn̄ & q̄ cito nemo scit,qa repētina.Sane(vt Apostolus
Math.24 ait)quemadmodum oīa quæ deus promisit futura,iam impleta sunt partim,implebunt &
Math.5 reliqua oīa.Non em̄ pt deus mētiri,nec verbū ipsius fieri irritū,qn̄quidē cœlum & terra
transibunt,verba autem eius nō transibunt,Imo de ijs,ne iota quidem. Et profecto non
est nobis ipsis blandiendum,pinde atq; procul hinc sit hæc illa aduentus dies,& quasi non
1.Petri.3 ventura.Id quod & isti q Noe & Loth tpibus opinabant,sed perditi.Qn̄quidem dñs(ait
2.Petr.3 Petrus)nō tardabit suam promissionē,sed nobis apparet paulo tardior,propter eius pa-
Gene.6.19 tientiam,qua neminem vult perire , sed omnes ad pœnīam reuerti. Quod & tpe Noe &
Loth faciebat,verum eorum qui noluerunt resipiscere,nec pœnitere,ipse deus tarditatē
Roma.2 suam,pœnæ grauitate compensauit.Hinc Paulus hortatur, ne & ipsi toties moniti diui-
tias eius bonitatis,& patientiæ,& longanimitatis contemnamus,verum memores simus,
benignitatem dei nos ad pœnitentiam reducere.

¶Eapropter(charissi fratres) ad cor vestrum tandem redite,mementote hodierni tam T
tremendi euangelij,cuius timore dñs nitit nos ad se amandum prouocare,qui amore iu-
Luc.21 stitiæ flecti nolumus. Vigilate(inquiens)& ego cum eo,omni tempore orantes, vt digni
beamini fugere ista omnia,quæ futura sunt,& stare ante filium hominis. Itaq; fratres mei
1.Cor.15 dilecti(inquit Apostolus)stabiles estote & immobiles,abundantes in omni opere domi-
ni,semper scientes, quòd labor vester non est inanis in domino.

HOMILIA III. DE EO QVOD SCRIPTVM EST:
Mat.11.Luc.7. Tu es qui venturus es,an alium expectamus?

Dominica tertia Aduentus.



Pprobat hæc diui Iohannis domini præcursoris sanctissimi quæ- A
stio quod diximus,decreta videlicet iam humani gñis à deo re-
demptione,mox illum ipm deū maximū aliquot mille annos per
patriarchas,iudices,sacerdotes,reges &prophetas,ab Abel iusto
vsq; ad Iohannē Baptistā,filij sui aduentū oraculis & figuris, mul
Hebr.1 tipharià multisq; modis(teste Aplo)pnūtiasse.Hinc Iohānes ho
die quærit: Tu es q venturus es,an aliū expectamus? Quasi dice-
ret:Es ne ipse ille Messias,q dudum nobis à deo patre ad liberan
dum nos promissus,&tot seculis vēturus tamq; multipharìam p-
dicatus est? Itemq; hac quæstiōe subindicat desideratissimam de
Christo venturo expectationē,inquiēs: Quem expectamus,s.tantopere ac tāto tēpore.

Aduentum vero Iesu Chri antiqs patribus fuisse magnopere desideratũ, inter alia nõ pa
rũ multa scripturaꝝ testimonia, hoc saluatoris nostri dictũ occurrit: Abrahã pater vester Iohan.8
exultauit, vt videret diem meũ, vidit & gauisus est. Occurrit, & hoc Iacob pr̃iarchæ. Salu Gene. 49
tare tuũ expectabo dñe. Salutare qdẽ latine. Hebraice Iesus est. Itemq́ hoc Mosis. Si in- Matth.1
ueni grãm in cõspectu tuo, oñde mihi temetipm̃, vt videã te. Et hoc Iohannis hodie. Tu Exod.33
es q̃ venturus est, an aliũ expectamus? Hoc nimiꝝ interrogauit, vtrum ipe esset Messias. i. Iohan.4
Chr̃s, q vtiq expectabat venturus, ita vt mulier quoq Samaritana dixisse legit: Scio quia
Messias venit q̃ dr̃ Chr̃us. Cum ergo venerit, ille nobis oĩa nuntiabit. Vnde biphariam
à plerisq q̃ri solet. Primo, quũ deus ab æterno maximeq́ decreta humani gñis redẽptiõe
misericors fuerit, cur tantisper filiũ suũ in hunc mundũ mittere distulerit? Deinde cur Io
hannes, qs Chr̃us esset quæsierit, perinde ignoraret, qui tamen propheta fuit, & quidem
propheta longe maior? Ex quibus & tertia fluit quæstio, quid in se habuerit, aut voluerit
Christi responsum, quando ille prorsus obscure ad rogata respondisse videatur.

B ¶Primo sane quæsitui breuiter put or r̃ndendũ. Sapĩam ipsam & dei benignitatẽ hac fi-
lij sui salutiferi aduentus mora, nos capaciores suæ vocatiõis effecisse. Siqdem q̃d multis
figuris, ac multis vocibus, multisq́ mysterijs per tot fuerat secula nuntiatũ, in ijs euangelij
diebus nõ esset ambiguum, sicq́ saluatoris natiuitas tanto cõstantiorẽ in nobis gigneret fi
dem, quãto p̃dicatio eius, & antiquior præcessisset & crebrior. Hinc Propheta ait: Si mo Abacuc.2
ram fecerit expecta illum, q̃a veniẽs veniet & nõ tardabit. Ecce q̃ incredulus est, nõ erit
recta anima eius in semetipso, iustus aũt in sua fide viuet. Vnde monemur, ne increduli si
mus de vltimo eius aduẽtu, quo de nuper multa, quanq̃ is tardior nobis videatur propter
nos (vt ait Petrus) quoꝝ deus nullum vult p̃ditum, sed oẽs saluatũ iri. Debet sane nobis 2.Petri.3
dies p̃ eiusmodi motã fieri tã cõstantior q̃ probatior: debemus & esse memores eoꝝ, quæ 1.Timot.2
dudum deus nõ promisit, sed & seruauit, q̃ & reliqua proculdubio seruauit, hocq́ pacto
semp̃ manere in timore dei. Nec aliqs nostrum sit dicturus, q̃d aliàs malus seruus dixit in
corde suo. Moram facit dñs venire, & cœpit propterea cõseruos suos p̃cutere & mandu- Matth.24
care & bibere cum ebrijs: nimiꝝ quem dñs in illa die qua eum non sperat venire, & hora
qua ignorat diuidet, partemq́ eius ponet cũ hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentiũ.

C ¶Præterea, distulit Chr̃us venire, vt homo prorsus cognosceret se lege naturali, & scri
pta saluari nõ potuisse, id q̃d fortassis alioqui negasset, sup̃fluumq́ fuisse Chri aduentũ cre
didisset. Cæteꝝ comperto se aliter saluari nõ potuisse, q̃n oẽs ad inferos descenderint, tã-
dem data est fides virtuti fidei, Chr̃usq́ vnicus idemq́ verus totius mundi seruator cre-
di cœptus, & tempus miserendi vtile, quod prius venire non fuit necesse? siquidem me-
dicina spũalis non prosit citra adfectum recipientis. Et hoc est, quod Apostolus passim
& clare ad Galatas docet, inquiens: At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium su Gala.4
um, factum ex muliere, sactũ sub lege, vt eos q̃ sub lege erant, redimeret. Idem ad Ephe- 1.Timot.4
sios ait: Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, nõ Ephe.2
ex operibus, vt ne quis glorietur. Hinc est quod tardauerit venire Christus.

D ¶Quanq̃ si rectius attẽderimus, deus ille Max. nõ nouo cõsilio, nec sera miseratiõe re-
bus humanis cõsuluit, sed à cõstitutiõe mũdi, vnã eandemq́ oĩbus causam salutis instituit
siquidem grã dei, qua semp̃ sanctoꝝ vniuersitas est iustificata, Chr̃o sit nascẽte aucta, nõ
cœpta, sicq́ sacr̃m salutis humanæ in nulla vnq̃ antiqtate cessarit: nimiꝝ q̃d prędicauit
Apostoli, hoc prædixerunt futuꝝ prophetæ. Sic nõ sero impletũ est, q̃ semp̃ ẽ creditũ.
Hoc qdem sacr̃m salutis ac pietatis, tam potens fuit etiam in suis significationibus, vt non
minus adepti sint, q̃ illud crediderunt promissum, q̃ qui suscepere donatũ. Id quod Ap̃lus Galat.3
arguẽs, ait: Priusq̃ aũt veniret fides, sub lege custodiebamur, cõclusi in eam fidem, quę re-
uelanda erat. Est eñ eadem in nouo & veteri testamento fides quæ erat in veteri figuris
velata, in nouo Chr̃o nato reuelata, q̃ppe q lex ipsa vmbrã bonoꝝ futuroꝝ habuerit.

E ¶Nec sane p̃fuisset Chr̃m posterius q̃ venit venire, ne fides & spes ex p̃missa incarna- Hebræ.10
tiõe perijssent. Si eñ tardasset venire, q̃tidie hoĩes decreuissent & tepuissent, q̃ñquidẽ spes
(vt ait scriptura) quæ differt affligit aĩam. Et sic speramus solutũ esse primũ quæsitum. Pr. uerb.13

F ¶Succedit scd̃m, quare Iohãnes à Chr̃o quæsierit? R̃ndeo: Non vtiq q vel de Chr̃o du
bitasset, vel Chr̃m ignorasset. Ob cuius p̃sentiã dudũ in vtero matris exultarat, & ei dein- Lucæ.1
de ad baptismũ veniẽti dixerat: Et tu venis ad me &c. Ad quã quoq vocẽ p̃ris audierat in Matth.3
baptismo: Hic ẽ filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Quẽ deniq digito demõstrarat Marci.1
dicẽs: Ecce agnus dei, ecce q̃ tollit p̃cta mũdi. Qui etiã pro fide Chr̃i, & iustitia in carce- Iohan.1
re positus, paratus erat mortẽ subire. Nec q dubitarit, an is eẽt moriturus, quẽ sciebat ho
minẽ natũ. Q̃ñquidẽ hoc reijcit in eo, q̃d dixit: Ecce agn' dei &c. q̃ is crucẽ diuulgat, nec Marci.6
ei alr̃ q̃ p̃ crucẽ p̃ct̃m mũdi abstulit. Insup̃ q̃uo ignoraret maior p̃pheta, q̃d minor eo sci
uit? Esaias qdẽ dixit: Sicut ouis ad occisionẽ ductus ẽ. Quid m̃ta? Arbitramur eũ, q̃ vẽtuꝝ Esa.53
vt præ

vt ꝓcursor nũtiauit, cõsistentẽ vt prophetã agnouisse, adeuntẽ vt cõfessorẽ esse veneratũ,
Iohan.11 eiusq́ʒ abundãti sciæ errorẽ nõ obrepsisse. Nec par credi putamus, spũs sancti grãm in car
cere posito defuisse, cũ Apl̃s virtutis suæ lumen erat in carcere positis ministraturus.
¶Igit̃ quẽadmodũ saluator interrogat, vbi sit Lazarus positus, vt q locũ sepulchri indi G
carẽt, saltẽ sic pararẽt ad fidẽ, vt viderẽt mortuũ resurgẽtẽ. Sic & Iohãnes ab Herode in-
terficiẽdus, discipulos suos rogatũ mittit ad Chr̃m, vt hac occasiõe vidẽtes signa, & virtu
tes crederẽt in eũ, & magistro interrogãte sibi addiscerẽt. Hoc (inquã) faciẽs, vt cõfirma-
ret suoꝝ aĩos, & ĩmodicã de se suspitionẽ cũ fide aboleret. Etenĩ si ipe negasset se Chr̃m eẽ
Matth.9 & repetisset, q̃d sæpe iã dixerat, Iesum eẽ Messiã, discipuli modestiæ tribuissent, & hoc ma
Marci.2 gnificẽtius de illo sensuri, q̃ magis sese deiecisset. Sciebat aũt Iesum ipm melius huic im-
becillitati medicatuꝝ. Quod vero discipuli Iohãnis ꝑ nimia in suũ magistrũ, suspitiõe ali-
qd aduersus dñm habuerint mordacitatis, innuit q̃d supra dixerũt. Quare nos & pharisæi
ieiunamus frequẽter, discipuli aũt tui nõ ieiunãt? Et Chr̃s paulopost subindicat, inqens:
Et btũs q nõ fuerit scãdalizatus in me. Nimiꝝ in internũtios ꝑcutiẽs, in ipos scãdalizatos
quãq̃ eoꝝ dubitationẽ nõ diuulgatit, & soli eoꝝ cõsciæ reliq̃rit redargutionẽ eoꝝ latẽter
inducẽs. Et hoc pacto (vt tãdẽ cõcludamus) sicut pr̃ moriturus, si viderit filios suos bonis
moribus ornatos, omniq́ʒ prudẽtia ꝑfectos, q̃si securus morit̃, nihil de cætero timẽs de illis.
Sic & Iohã. volebat discipulos suos ꝑfectos videre in Chr̃o, vt iucũdius moreret̃. Aut (q̃d
forte magis cõgruit) q̃si pędagog⁹ alienos filios, q̃s ad tp̃s accepat, vt erudiret, eruditos
volebat Chr̃o reddere, q̃si ꝓprio pr̃i ipoꝝ. Ideoq́ʒ Iohãnes ĩterrogauit ꝑ discipulos suos
nõ vt accipiẽs rñsum, à Chr̃. audiret & disceret, sed vt missi discipuli oculis suis viderent
Tobiæ.4 opa eius & crederẽt, exemplã relinquẽs oĩbus patribusfamilias, vt moriẽtes ꝑcipue ꝓui-
derent filijs suis in ijs, quæ ad salutẽ aĩæ pertinent, veluti nuper ex Tobia ostendimus.
1.Corint.1 ¶Sequit̃ mõ tertiũ quæsitũ, cur Chr̃us tã obscure videat̃ rñdisse ad interrogata, quũ nõ H
Col.2 rñdeat se eẽ Messiã, nec itẽ neget? Rñderim, Chr̃m q summa ẽ dei pr̃is sapia, in quo fuere
oĩm sciaꝝ thesauri, sapiẽter & modeste, satisq́ʒ ad rogata rñdisse: nimiꝝ q nõ fuerit igna-
rus, certius eẽ testimoniũ, q̃d à factis ꝓficiscit̃, q̃ à verbis, ꝑsertim si qs sibi sit testis. Nihil q
Lucæ.7 dẽ primũ rñdit, sed in illoꝝ cõspectu multis æditis ꝓdigijs, nouis & ĩauditis saluans ægro
tos &c. ait illis: Nihil opus ẽ, vt de me qs sim ꝓnũtiẽ, tm̃ ite & renũtiate Iohãni, q̃ vr̃is ocu
Psal.118 lis vidistis, & vr̃is aurib⁹ audistis &c. interim subindicãs, ea eẽ illa de se testimonia, q̃ mira
bilia olim ꝓpheta hortatus ẽ ab aĩa nr̃a scrutãda, vtpote duobus testimonijs deitatẽ satis
superq́ʒ patere, nimiꝝ altero mirãdoꝝ opeꝝ, altero approbatõis declaratiõisq́ʒ scriptura
rũ. Ipse em̃ dei filius nõ cõtẽtus testimonio Iohãnis, ait alibi: Vos misistis ad Iohãnẽ, & ille
Iohan.5 testimoniũ ꝑhibuit veritati. Ego aũt testimoniũ ab hoĩe nõ accipio. Et rursus: Ego ãt ha
Iohan.14 beo testimoniũ maius Iohãne. Opera em̃ quæ dedit mihi pater, vt ꝑficiã ea, ipsa opa, quę
ego facio testimoniũ ꝑhibẽt de me, qa pater me misit. Nẽpe ea opa, quę nõ sunt oĩm, sed
quæ sunt Chr̃i. i. talia opa, qualia nemo alius facere potuit, nisi solus Chr̃us filius dei, q̃lia
erant à prophetis ꝑnunciata per Chr̃m facienda, quæ à Chr̃o numerant̃ in contextu.
¶Etenĩ is dicit: Ipsa opa q̃ ego facio, testimoniũ ꝑhibẽt de me. Vnde si mihi nõ credi- I
Esa.35 tis vel opibus credite. Cõferte opa, quæ in me vidistis, cũ prophetaꝝ oraculis, q̃ legistis,
vt & me illũ, de q̃ dixerũt, esse cognoscatis. Etenĩ cæcos illumino, surdis aures aperio, mu-
Esa 53 tos reddo loquẽtes, claudos restauro, vt ĩpleat̃ illud Esa. Pusillanimes cõfortamini & no
Esa.26 lite timere. Ecce deus nr̃ vltionẽ adducet retributõis, deus ipe veniet & saluabit nos. Tũc
Esa.61 aperient̃ oculi cæcoꝝ, & surdoꝝ aures patebũt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & apta
erit lingua mutoꝝ, Leprosos mũdo, vt impleat̃ hoc eiusdẽ. Languores nr̃os ipse tulit, cu
ius liuore sanati sumus, Mortuos resuscito, vt impleat̃: Viuẽt mortui, & interfecti mei re
surgent, Pauperes euãgelizant̃, vt impleat̃, Euangelizare vel ad annuntiandũ pauperi-
bus misit me, vt mederer cõtritis corde, & ꝑdicarẽ captiuis ĩdulgẽtiã, & clausis aptionẽ.
¶Hinc Chr̃us rñdet artificioso syllogismo, inquiẽs: Qui operat̃ opa, oẽm naturæ facul
tatẽ excedẽtia, & q̃ prophetæ ꝑdixerũt de Chr̃o, ille nõ põt nõ esse Chr̃us. Sed (vt videtis)
ego talia operor. Sum igit̃ Chr̃us. Et subdẽs ait: Beatus q in me nõ fuerit scãdalizatus, la
tenter sine cõtumelia discipulos Iohannis, vitij incredulitatis & mordacitatis arguẽs.
¶Ex quibus omnibus (vt omnibus sua sit Homiliæ nostræ vtilitas) collige. K
¶Primo Iesum vel ideo cognitũ eẽ veꝝ Messiã. i. Chr̃m dei filiũ, qa supra naturã mira L
Iohan.15 cula peregerit (ipo teste) q ait: Si opa nõ fecissem in eis, q̃ nemo alius fecit, pctm̃ nõ habe-
Iohan.2 rẽt. Testant̃ idemq́ʒ Iudæi, dicẽtes: Quod ergo tu facis signũ, vt videam⁹ & credam⁹ tibi?
Iohan.3 Chr̃m ãt eiusmõi fecisse, testat̃ Nicodem⁹ priceps Iudæoꝝ: Scimus (inquiẽs) qa à deo ve
nisti magister. Nemo em̃ põt hæc signa facere, q̃ tu facis, nisi fuerit deus cũ eo. Hinc turba
Iohan.6 alibi exclamat, videns Iesum tot millia pauisse qnq́ʒ panibus & duobus piscibus. Quia hic
est vere propheta, qui venturus est in mũdum, id est, Messias ad saluandum nos.

¶Secun

N ¶Secundo collige: Iesum vel ideo probari Messiam verum fuisse, quod in ipso fuerint com
pleta, quæ de Messia per prophetas dudum fuerant prædicta. Vnde dominus ad Iudæos: Ioan. 5
Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere æternam, & illæ sunt, quæ te
stimoniũ phibẽt de me. Et rursus: Nolite putare, quia ego vos accusaturus sum apud patrẽ,
est, qui accusat vos Moses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsan &
mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomõ verbis meis cre-
detis? Sic alias inquit: Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, Luc. 24
& prophetis, & psalmis de me. Quum igitur omnia quæ erat facturus Messias, scripturis
tradita sunt, vel testibus ipsis Iudæis, & ea Christus omnia fecit, in coq́ om̃ia sunt imple
ta, subsequitur non esse fortius aduersum incredulos argumentum, verum aduenisse Mes
siam, quàm quòd in Iesu fuerint omnia impleta, quæ de Christo scripta sunt. Quod & 1. Cor. 15
passim Apostoli factitarũt, vt claret apud Apostolum & in actis apostolicis. Hoc ipsum Actor. 3
quoque Christus hodie pro se facit, vtcunq; obscurius. Non enĩ dicit se esse palam Chri Marci. 8
stum, imo sæpe prohibuit suis discipulis, ne se dicerent esse Christum, inter cæteras causas
nobis exemplum humilitatis præbens.

O ¶Et tertio colligendum, ne quis frustra vaneq́ aut scandalose se iactitet, cõmendetq́. 1. Cor. 1
Hinc Paulus ait: Qui autem gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui seipsum com 2. Cor. 10
mendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Gloriari autem in approbationem Hier. 9
diuinæ gloriæ, adeoq́ veritatis comprobandæ, publicæ vtilitatis promouendæ exemplo Iohan. 5
Pauli in eodem alioq́ loco, prohibitum non est, nec in malam partẽ vertendum, sed deo 2. Cor. 11
qui cordium est scrutator, committendum.

P ¶Quarto collige, quia Christus antea factis respõdet quàm verbis, prælatos ac quosq́
optimos regentes, ea quæ facere volunt alios, debere facto simul exhibere & verbo, vt sic
bono exemplo alijs luceant. Ita alibi Euangelista de domino ait: Cœpit Iesus facere & do
cere. Hinc Paulus ad Timotheum: Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplo Actor. 1
esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide & castitate. Hoc enim faciẽs 1. Timo. 4
& teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Sic idem ad Corinthios: Sed castigo cor- 1. Cor. 9
pus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus effici- Matth. 23
ar. Non autem debent prælati sequi scribas & pharisæos, & qui sedebant super cathedrã Luc. 11
Mosi: nempe qui dicebant & non faciebãt. Alligabant onera grauia & importabilia, & Marc. 12
imponebãt in humeros hominum, digito autem suo nolebant ea mouere. Attamen & si
qui sunt eiusmodi prælati, eorum tamen Christus dicta & doctrinas, præcepit amplecti
à populo, non etiam opera.

Q ¶Hic tamen nolim mihi à quopiam susurrari, mea verba retorqueri in hunc vel illum
prælatum, sed quidem in omnes, qui Christiana monitione indigent, siquidem qui in hac
parte nõ quidem ob vitæ sanctimoniam quam in me scio nullam, sed ob officij regulam
non minus puto me omnibus ad salutem docendam esse obligatum quàm Paulum, quip Roma. 1
pe qui me, & debitorem existimo Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus &c. Acto. 10
Neque enim debet esse personarum acceptor, qui loco est eius, qui personarum nõ est ac
ceptor. Addiderim & quemcunque patremfamilias & non modo eum, qui in aliquo con Ephe. 6
stitutus est officio vel dignitate dici prælatum, quando & ille suis filijs præfertur, quibus Col. 3
æque in omni virtutum genere tenetur præesse, atque episcopus suo populo. Hinc Apo- Exod. 3
stolus: Et vos (inquit) patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate il Eccl. 17
los in disciplina & correctione domini, siquidem deus etiam vnicuique de proximo suo 2. Timot. 2
mandarit. Verbum enim dei non est alligatum.

R ¶Quinto collige, quod Chr̃us sine nominatiõe alicuius psonæ dixit: Beatus, qui in me
nõ scandalizatus fuerit &c. ipsum modeste subtaxasse inuidiam discipulorum Iohannis,
sed sic, vt nec apud turbam pudescerent, sed taciti secum agnoscerent vitium suum tem-
perato modis omnibus respõso, vt illorum affectioni potius mederetur quàm traduceret Mat. 18
nobis exemplo, vt homines citra infamiæ notã corripiamus, eos nõ publice traducentes. Luc 17
Sic Christus ait: Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipsum Eccl. 10
solum. Et Sapiens: Corripe proximũ anteq̃ cominneris. Et Paulus: Fratres, & si præoc- Galat. 6
cupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui sp̃iales estis, hunc instruite in spiritu leni- 1. Timo. 5
tatis, cõsiderans teipsum, ne & tu tenteris. Et hoc est verum, vbi peccantes admonitioni
acquieuerint, nam alias in cõspectu duorum aut trium sunt castigandi. Hinc Ap̃lus: Pec-
cantes (inquit) coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant, sine tamen præiudicio
hæc custodias, nihil faciens in alteram partem declinando. Atq; vtinam omnes huic ad-
monitioni essemus obedientes. Sane haud diceremus: Tu es qui venturus est &c. Nimirũ
quem sciremus dudum venisse ad nos, qui ijsce salutaribus doctrinis ac præceptis viã no-
bis dedit ad seipsum, & ad sui plenius agnitionem, quæ ipsa est beatitudo.

¶Homi-

¶HOMILIA IIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Iohannis.1. Lucæ.3. Ex Esa.40. Dirigite viam domini.

Dominica quarta Aduentus.



Matth.11 X Euãgelijs nuper recitatis catholica ecclesia solidissimis sacrarũ A
scripturarũ testimonijs ostẽdit duplicẽ Iesu Chr̃i in hũc mundum
Matth.21 Lucæ.2 corpalem aduentũ, quorũ altero, q præterijt, ad saluandũ totũ hu
manum genus diu multumq́ʒ antea peccatis illigatum venit, alte
ro aũt Chr̃us ad idem genus iudicandũ vẽturus est: Docuit pin-
Acto.10 de recte credi, Chr̃m in carne venisse, eũdemq́ʒ reuersurũ in sum
ma maiestate & potestate, vtpote iudicẽ viuorũ & mortuorũ. Iu
Matth.24 dæos igit reliquosq́ʒ oẽs infideles minime excusatum iri de in-
credulitate secundi aduentus, nec item primi aduentus, quẽ pręe-
terijsse verissimũ diui Iohannis Baptistæ testimoniũ approbat:
Iohannis dico præcursoris, viri tam pstantis, vt inter vniuersos, quos vlla fœmina pro-
duxit in lucem, non fuerit illo maior, quem etiam Iudæi ob ipsius præstantiam, qa de in-
clyta prosapia Zachariæ magni sacerdotis, quia miraculose natus, quia maxime auste-
rus in vita, quia procul à conuersatione hominum in heremo fuerit, pene Christum cre
didissent, ad quem proinde magnificam legationem transmiserunt.

¶Ita nimirũ ecclesia ex hodierno euãgelio, adiunctis tribus pcedẽtibus, summatim ostẽ B
Matth.11 Luc.16 dere vult, illũ. s. Iesum, cuius natiuitatẽ ipso fauẽte paulopost celebraturi sumus, eẽ mũdi
saluatorẽ, quẽ ab initio seculi, pater cœlestis mũdo designauit, in figuris prophetisq́ʒ mul
tipharia promisit. Ita (inquã) in hodierno euãgelio oĩm pphetarũ terminũ & limitẽ addu
cit Iohannẽ, sane plus q̃ prophetã, cuius testimoniũ nimis est efficax, & oĩni expectatiõe
maius, qm̃ (vt diximus) mirabiliter cõceptus, mirabiliter natus, mirabiliterq́ʒ supra hoĩem
cõuersatus sit. Cuius fama p oĩnes Iudææ partes adeo diuulgata, tãtiq́ʒ ille à ppl̃o æstima
tus fuit, propter vitæ austeritatẽ ac miraculosam eius natiuitatẽ, vt nõ sine causa à Iudæis
Chr̃us creditus fuerit. Vnde nõ plebei, nec indocti, sed sacerdotes & leuitæ ex pharisæis,
legis & pphetarũ nõ ignari, missi sunt, vt interrogarẽt eũ, si Messias esset, dicẽtes: Tu qs es
&c. Ille vero firmus, cõstans, veraxq́ʒ, idemq́ʒ humilis, in se subsistẽs, ne humana opinione
Matth.11 Malach.3 raperet inaniter supra se, vt veritatẽ loquẽs membrũ fieret veritatis, cuius nomẽ fallaci-
ter nõ vsurparet, professus est, se nõ esse Chr̃m, ecclesiæ sponsum, sed amicũ spõsi, pcurso
rem dñi, vocẽ verbi. Ego sum (inquiẽs) vox clamãtis in deserto. Et vere qdẽ, de quo pater
cœlestis ad Chr̃m p prophetã dixerat: Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã, q prę-
Iohan.1 parabit viã tuã ante te. Ille qdẽ homo erat missus à deo, vt testimoniũ præberet de vero
lumine, vt crederẽt per illum. Nõ erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine.

¶Sed quale erat obsecro Iohannis de Iesu testimonium? Hoc nimirũ. Medius vestrũ C
Matth.3 stetit, quẽ vos nescitis, q nõ in aqua tm̃, sed in spũ sancto baptizans, pctã remittit, hic est,
qui post me venturus est, q ante me factus est, platione. s. & dignitate ante me erat, quan-
tum ad psonã, quẽ natiuitatis suæ tpa non coangustant, nam q per matrẽ in tpe nascitur
Hebr.13 à patre est sine tempore generatus. Vnde Apostolus: Christus heri & hodie ipse & in se
Iohan.1 cula seculorũ, cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiã calciamenti. Ecce agnus
Matth.3 dei, ecce q tollit peccata mundi, sup quem vidi spiritum descendentem, quasi columbam
Marci.1 de cœlo, & mansit sup eum, hic est q baptizat in spiritu sancto, qa hic est filius dei, nempe
Luc.3 ad quem pater deus dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum au-
Matth.17 dite. Hactenus de testimonio Iohannis de Chr̃o, quod merito tanti est, vt contra id ni-
hil plane sit excipiendum qppe ab eo dictum, q (vt nuper ostẽdimus) à Chr̃o approbatus
est optimus testis, in tanto psertim salutis negotio, qm̃ constans, sanctus, clarus, doctus,
(quia angelus) & plus quàm propheta, veraxq́ʒ fuerit. Non est igitur, quod vel hodie infi
deles Iudæi rejciant testimonia eius, q omnes eas habuit conditiones, quas bonus testis
legitimo iure debet habere, & præcipue, cui ipsimet tantũ fidei hodie tribuerunt, vt etiã
de ipso testimonium requirerent parati etiam ei de seipso credere. Ipse vero Iohannes
& si tanta apud omnes esset authoritate, vt si voluisset reputari & haberi poterat Chri-
stus, noluit tamen non solum Christus, sed nec Helias, nec propheta alius reputari.

¶Nimirum nõ arrogans, sed humillimus contra eos, qui se non modo de genere, deq́ʒ D
scientia, & authoritate plerunq́ʒ iactitant, sed seipsos longe maiores quàm sunt, mentiunt,
haud similes diui Iohannis, omnium præstãtissimi, qui hodie, ne missi frustra redirent, de
se respondit humillime, inquiens: Ego vox, non quidẽ in persona & corpore, sed in oĩni
officio & similitudine. Vox (inquam) verbi & Christi per me clamantis in deserto, id est,
Esa.40 qui ille sum, quẽ dudum Esaias pdixit in deserto Iudææ clamaturũ, vt homines ad Chri-
sti ad

sti aduentum se præpararent.

E ¶Dirigite viā dñi. In qbus qdē verbis propheta tertiū, sed eū, qdē spūalem Chri ad-
uentū in mundū, id est, in hoīem, q in mūdo ē, pulchre subindicat, & recte qdē: Quādo-
quidē Chrs adhuc qtidie in mundū venire dicit, qn lumine grē suæ venit, sua, inquā, cle Iohan. 14
mētia, prouidētia, pietate & misericordia, de q quidem aduentu ait ipse: Ad eū veniemus Abacuc. 2
& apud eū mansionē faciemus. Et scriptura aliàs: Si morā fecerit, expecta eū, qa veniens 1. Cor. 3
veniet & nō tardabit. Locus aūt vel mūdus, quo is venire debet, est cor humanū, de quo 2. Cor. 6
apostolus: Vos estis templū dei viui, sicut dicit dñs, qm habitabo in illis. Et itē: An non
cognoscitis vosmetipsos, q a Chrūs Iesus in vobis ē, nisi reprobi sitis. In vobis dicit haud
dubie, quin secūdū animā. De hoc Christi aduētu nō minus debemus, imo longe magis
esse ardētes ac cupidi q olim de corporeo in hunc mundū aduētu patres sanctissimi fue
re, quū nihil prosit Christū carnaliter venire, nisi & spūaliter p gratiā suā & illustrationē
spūs sancti veniat: q tamē eo pacto venire nequit, nobis nolentibus, q̄uis vel quālibet ad Iohan. 1
nos venire satagit, & licet ipe vera sit lux q oēm hoīem venientē in hunc mundū illumi-
nat, ipso teste, in Apoca. dicente: Ego sto, & ad ostiū pulso, si qs audierit vocē meam, & Apoc. 3
aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illū. Pulsat aūt dominus cor nostrum, & indicat se velle
intrare, qties nos suæ in nos pietatis, nostrorūq peccatoꝝ & reuersionis ad virtutes bo
naq opera hortat, monetq nūc exemplis, nunc scripturis, nunc pceptis, nūc infirmitati-
bus, nunc tribulationibus, nunc prosperis, nūc aduersis rebus, nunc p viuos pdicatores,
hocq genus varijs vocibus. Quaꝝ si vnam aut alterā audierimus non obduremus, apo- Heb. 3.
stolo post Dauidē hortante, corda nostra, alioqui & ipsi in requiem ipsius nō sumus in- Psal. 94
gressuri. Et sane nequit Chrūs æterni patris splendor cor nostrū ingredi si ipsi id clause- Hebr. 1
rimus, & viā eo non præparauerimus, quo dñs ingrediatur, in quo non dñs, sed nos su-
mus culpandi, quemadmodū clausis fenestris non culpa est solis, si domū non intrat, qui
procul dubio sit ingressurus, vbi viam ingrediendi paratam inuenerit.

F ¶Appropinquāte igit sacrosanctæ dñicæ natiuitatis die euāgelica lectione hodierna
instruimur, qūo illi viam ad domum nostram pparemus, vt ingressus ibi habitet.

G ¶Ad cuius pparationem ex dicto prophetæ adeoq ipsius Iohānis esse opus facile do
cemur. Primo, fideli diligentiq pdicatore, q & ipse sit vox, id est, clamet in deserto, id ē,
apud hoīes à gratia dei desertos, & à virtute alienos iuxta prophetā: Clama, ne cesses, q̄si Esa. 58.
tuba exalta vocē tuā, & annūcia populo meo scelera eoꝝ, & domui Iacob pctā eoꝝ. Et
iuxta Paulū ad Timotheū: Testificor corā deo & Iesu Chro, q iudicaturus est viuos & 2. Timo. 4
mortuos, & p aduētū ipsius, & regnū eius, pdica verbū, insta opportune, importune ar-
gue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Erit eñ tempus, quū sanā doctrinā
nō sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à
veritate qdem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in om
nibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto.

H ¶Secūdo, opus est sana doctrina, & scriptura, teste aplo, diuinitus inspirata, q vtilis ē
ad docendū, ad arguendū, ad corripiendū, ad erudiendū in iustitia, vt psectus sit homo 2. Timot. 3
dei ad oīne opus bonū instructus. Hæc est illa doctrina & sapientia secundū Iacobum, q Iaco. 3
est pudica, pacifica, modesta, suadibilis, bonis cōsentiens, plena misericordia, & fructib
bonis, iudicās sine simulatiōe. Cuiusmodi fuit doctrina Iohannis Baptistæ clamātis: Pa-
rate viā dñi, rectas facite in solitudine semitas dei nostri, omnis vallis exaltabitur, & oīs
mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

I ¶Tertio, opus est doctrinæ interpretatiōe, quæ fit ad populi ædificationē. Hinc apo- 1. Cor. 14
stolus ait: Et vnus interpretet, ita vt omnia ad ædificatione, id est, honeste, & secūdum
ordinē fiāt in vobis, ne qs idiota cū sancto Eunucho dicat: quomodo possum intellige- Acto. 8
re, si non est, qui mihi ostenderit? Videamus ergo quomodo interpretetur doctrina Io-
hannis, qua nos monet præparationis viæ Iesu venturi ad nos.

K ¶Quid ergo, inquā, est pparare viam dñi, rectasq facere semitas eius? nisi implère p-
cepta dñi, q sane implentur, vbi deū ex totis viribus & proximos sicut nosipsos dilexeri-
mus, dicente dño: In his duobus mādatis pendet vniuersa lex & prophetæ. Et Aposto-
lus ait: Qui diligit proximum legē impleuit. Hinc Dauid orat, dicēs: Vias tuas dñe de- Matth. 22.
monstra mihi, & semitas tuas edoce me. Eas aūt vias & semitas rectius parabimus in so- Roma. 13
litudine, id est, in mūdanoꝝ & tēporaliū elongatione & abstructione, ne p colles deuias Psal. 25
mūdanæ delectatiōis cōtingat oberrare & vias diabolo parare. Id qd clare testat dñs, in-
quiens: Nemo mittēs manū suā ad aratrū, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Quod Lucæ 9
figuraliter in vxore Loth monstrat, q retrospiciens, priuata est salute, & versa in statuā Gene. 19
salis. Debemus itaq deserere nimiā bonoꝝ tēporaliū cupiditatē, perinde atq; obstacu-
lum, q Chrūs impeditus in cor nostrū ingredi nequit. Et hoc totū doctrinæ, q Iohannes

B aīt:

Psal.36 ait: Parate viã dñi, &c. quid aliud deniq; est, quàm quod ipse alio noīe quasi interpres vocat
Lucæ.3 pœnitentiã? Pœnitentia vero qd est, nisi iuxta prophetã declinare à malo, & facere bonũ, qd fit cũ deũ recte dilexerimus, & proximũ sicut nosipsos. Id qd Iohannes expressit quadã interpretatiõe, inqens: Pœniam agite. i. fructus dignos pœniæ facite, q vtiq; fructus in duob' mãdatis, in dei scilicet ac proximi dilectiõe cõsistit. Quod Iohãnes arguẽs, inqt: Quod con-
Eccl.7 stitutũ est vobis, faciatis: Qui habet duas tunicas det nõ habẽti, & q habet escas, similiter fa-
Matth.25. ciat: nimirũ cõmendãs primo dei timorẽ, q nobis in scriptura cõstitutus est. Itẽq; opa misericordiæ, à dño aliãs cõmendata, hanc vero sanctæ doctrinæ interpretationem, adeoq; salutarem pœnitentiam, vt populus citius & melius suscipiat, sequitur.

¶Quarto, vt sit aliqua forma, & quasi amussis ad fructus pœniæ, id est, ad declinãdũ à ma L lo, & faciendũ bonũ, quæ qdẽ debet in primis eẽ in ipso pdicatore, quasi lux qdã quæ præce-
Matth.5. dens cæteris viã mõstret, pcipiẽte Christo: Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt
1.Timot.4 opa vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrũ, q in cœlis est. Sic aplus hortat Timotheũ, vt se in
1.Corint.9 omi virtute populo suo exemplũ præbeat: nimirũ, ne q aliis pdicet, ipse (vt nuper diximus) reprobus efficiatur. Modo quis hoc ipsum euidẽtius arguit Iohãne Baptista, qui verũ eundemq; Opt. verbi dei præconẽ, & prædicatorem populo se exhibuit, quẽ optimus quisq; dñi verbi præco ita sequi studeat, vt sit, qualis ille fuit.

Matth.3. ¶Nihilẽm aliud Iohãnes Baptista vir in vtero sanctificat', ab omniq; labe imunis sibi suo M
Marci.1 habitu & victu gestuq; esse voluit, q pdicatoribus bonis sine hypocrisi pscribere formã. Sane q (vt ipse) deberẽt hse, vestitũ vilẽ e pilis camelorũ. i. mũdi, sui ipsius, vitæq; trãsactæ cõtẽptũ & displicẽtiã. Itẽ asperitatẽ, id ẽ, fugã delitiarũ. Itẽ pelliceã zonã circa renes. i. arctã cõtinentiæ custodiã. Itẽ cibũ locustarũ, id est, cibi neglectũ & gulæ frenum. Itemq; postremo aquæ potum, id est, sobrietatẽ. Hæc certe omnia prætendebat Iohannes, vti valde necessaria vere resipiscentibus, & ad quos deberet appropinquare regnum dei, id est, Chrũs dñs per suam
Actor.1. gratiam, in primisq; ab his acceptãdam, qui reliquos docent ex officio, vt possit de ipsis qq;
Iohan.3 verificari illud qd de Iesu Lucas dixit: Cœpit Iesus facere & docere. Et vt ipsi cum Christo ad populum dicere queant. Exemplum dedimus vobis, vt quemadmodum nos fecimus, ita
Matth.13 & vos faciatis. Vnde debet sequi.
Matth.15 ¶Quinto, opus eẽ ad pparationẽ viæ dñi obsequẽte populo, admonẽte Chro: Qui habet N
Luc.10. aures audiendi audiat: verũ nõ mõ audiat, sed & faciat, ne dicat in eum, populus hic labiis me honorat, cor aũt eorũ longe est à me. Dicit eñ dñs: Hoc fac & viues, nõ dicit tantũ audi, sed fac & ope cõpleas, hoc eñ est tollere crucẽ, & sequi dñm, hoc est, viã dñi præparare, & semitas rectas facere, vt dominus in cor nostrum sine impedimẽto intrare possit. Quod vt facilius impetretur, sæpe cum ecclesia deuote clamandum est.

¶Cõsciẽtias nostras qsumus dñe, visitãdo purifica, vt veniẽs dñs noster Iesus Chrũs filius O tuus cũ oĩbus sanctis paratã sibi in nobis inueniat mansionẽ. Qui tecũ, &c. Et rursus: Excita qsumus dñe potentiã tuã & veni, & magna nobis virtute succurras, p auxiliũ gratiæ tuæ, qd pctã nostra ppediũt, indulgẽtia tuæ propitiatiõis acceleret, q eñ cõspicis, qd ex nña prauitate affligimur, concede propitius, vt ex tua visitatione consolemur, &c. Quod vbi pio corde orabim', haud dubie dñs dicturus ẽ: Iudæa & Hierlm nolite timere, cras egrediemini, & dñs
2.Para.20 erit vobiscũ. Cõstãtes estote, videbitis auxilium dñi sup vos, dicetq; Chrs: Veniemus eñ &
Iohan.10 apud vos mãsionẽ faciemus, erimusq; vobiscũ vsq; ad cõsummationẽ seculi oĩbus diebus.
Matth.28

HOMILIA V. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucę.2. Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.

In ferijs dominicæ natiuitatis.



Psalm.80. Illuxit nobis fratres in dño charissimi, dies illa solennitatis, in qua A hortãte Dauide, sumẽdi sunt psalmi, dãda tympana, recipiẽda psalteria cũ cythara, & buccinãdũ est in tuba, qñquidẽ dies illa, dies est
Lucę.2 lætitiæ, nõ vni tantũ nationi, sed toti orbi cõmunicatæ. Siqdem hodie natus sit saluator, qui est Chrũs dñs, in ciuitate Dauid. Sane, inquã, hodie natus est Iesus, qd saluator est, interprete Matthæo: Ipse
Matth.1 eñ saluũ faciet populũ suum à peccatis eorũ. At qño natus est? Verbum, inquã, caro factũ est, qd erat in principio apud deũ, qm deus ipm erat. & qd in principio æterno, q oĩa facta sunt, sine quo nihil
Iohan.1 factũ est qd prolatũ nõ definit, sed manet in æternũ, nõ trãsitorium
Esa.40. sed æternũ, nõ factũ à deo patre, sed genitũ, non solũ genitũ, sed vnigenitum. Vnum quippe
Psalm.8. verbum deus pater genuit de seipso, per quod omnia creauit ex nihilo. Illud verbum de deo deus est,

deus est, de creato recreator ē. Hoc & à Maria virgine primogenitū, ante q̄d nullū; vni-
genitū in substātia diuinitatis, sed primogenitū in susceptiōe humanitatis. Quo nato, in- Iohan.1
quit angelus, nolite timere, sed vniuersi gaudete, q̄m natus est Christus dn̄s, id est, salutis Lucæ.1
vestræ author, vitæ reparator. Gaudete, inquiēs, q̄a illuxit dies redēptionis nouæ, repa-
rationis antiquæ, felicitatis æternæ. Hæc est illa dies, quam ardenter videre desiderauit
Abrahā, Siq̄dē hæc sit illa dies, in qua tandē venit p̄ incarnationē mirificā, quē diu, mul-
tumq́ꝫ cœli expectarūt, terræ desiderarūt, inferiq́ꝫ exoptarūt, vt is angeloꝝ ruinā repara
ret, sedētes in tenebris & in vmbra mortis illuminaret, captos de lacu erueret. Is, inquā,
venit hodie, q̄ est Iesus Chrūs, dn̄s noster, lumen illud, q̄d in tenebris exortū est, lux illa, Lucæ in
quæ illuminat oēm hoīem venientē in hunc mūdū, veritas, via atq; vita. Venit, inquam, Iohan.1
& vere hodie venit, quē prophetica carmina, Sibyllinæ voces, æthnica oracula, tam ma Iohan.14
nifesto p̄dixerunt euentu, vt in nouo & incredibili pene mysterio, cuius ne humana q-
dem mens est capax, nihil sit eoꝝ, q̄ fide continentur, cui libentius accedat humana pie-
tas. Cui hodie testimonio sunt tēpus, locus natiuitatis, angelus, itemq́ꝫ pastores.

B ¶ Absit igit̄ fratres charissimi, aut timeamus aut tristemur hodie, q̄bus natalis est vitæ
quæ consumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promissa æternitate lætitiā. A qua
sane lætitia nemo est excludendus, quū cōmunis omniū natus sit saluator, adfirmāte an-
gelo: Nolite timere, Ecce eñ euāgelizo vobis gaudiū magnū, quod erit omni populo. Lucæ.2

C ¶ Nec interim obstat induratoꝝ Iudæoꝝ obiectio, qua isti moliunt̄ adseuerare, sibi &
in suam dūtaxat salutem Messiam venire, quē venisse impie negant, & nos q̄ ex nume-
ro gentiliū fuimus, ab illius salute secludūt scripturis male retortis. Primo ex veteri testa-
mento apud Esaiā: Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, sup te aūt orietur Esa.60
dn̄s, & gloria eius in te videbitur. Et rursus: In die illa, scilicet tempore Messiæ, erit ger Esa.4
men dn̄i in magnificentia, & gloria & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluādi Matth.15
fuerint de Israel. In nouo testamēto Chrūs ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perie-
rūt domus Israel. Vnde, inquiūt, claret Messiam nō vobis, sed Iudæis tantū venire salu- Lucæ.1
tarem, nempe, qui & Iudæis patribus fuerit promissus, Zacharia teste. Ille eñ ait: Ad fa-
ciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Bene-
dictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Hinc & Chri-
stus: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed po Matth.10
tius ite ad oues, quæ perierunt, domus Israel.

D ¶ Respondeo, Israeliticos nō tantū dici eos, q̄ secundū carnē de Israel venerunt, sed &
eos, & q̄dē potius, q̄ vera fide ip̄m sequunt̄, deū veꝝ colentes, etiam si nō ab Israel seu Ia
cob descendūt carnaliter. Id patet ex eo loco Esaiæ, in quo agitur de multiplicatiōe po- Esa.44
puli Israel p̄ vocationē gentiū ad fidē, quæ p̄ effusionē sp̄us sancti facta est, de qua dicit:
Effundā spiritū meū super semē tuum, &c. & germinabūt inter herbas quasi salices iuxta
fluentes aquas. Et quū paulopost dicit: Et hic scribet in manu sua dn̄o. Q. d. Iste etsi non
poterit dicere, dn̄i ego sum, nec etiam vocari noīe Iacob, eo modo, q̄ alius, q̄ Israeliticus
est secundū carnē, scribet tamē manū suā dn̄o. s. adhærendo ei per operationē. Hinc di-
cit: Et in noīe Israel cognominabitur. Q. d. Iste, q̄ per operationē debet dici esse dn̄i, etiā
nomē Israel meret̄ p̄ quandā assimilationē seu cognominationē, sic patet vocabulo Is-
rael in scripturis etiā venire illū, q̄ nō carnis propagatiōe, sed similatiōe operatiōis des-
cendit. Quod Chrūs tanquā optimus interpres in Zachæo gentili ostendit, inquiens de Lucæ.19
Zachæo: Quia hodie salus huic domui facta est, eo q̄ & ipse sit filius Abrahæ. s. nō stir-
pe, sed fide. Hinc vbi Israelis sit mētio tā qui ab Israel p̄ carnē descendūt q̄ qui illū bona
operatiōe sequunt̄, intelligi debēt, q̄bus iuxta Chrūs fuit saluator. Vnde in aliis q̄q; scri-
pturis liquet per Christū Messiam nō modo Iudaicū, sed & aliū populū dispersum fuisse
saluandū. Siquidē Iacob patriarcha, q̄ primus de Christo vaticinatus est, ait: Donec ve- Gene.49
niat, q̄ mittēdus est, q̄ est expectatio gentiū. Idē rursus: Radix Iesse; q̄ stat in signū popu- Esa.9.
lorum, ip̄m gētes expectabūt. Ezechiel: Et cōgregabunt̄ gentes multæ in die illa & erūt Ezech.2
mihi in populū. Rursus Esaias: Dedi te in lucē gentiū, vt salus sit mea vsq; ad extremum
terræ. Et Dauid: Lætamini gētes cū plebe eius. Esaias: Erit radix Iesse, & q̄ exurget re- Psal.116
gere gētes, in eum gētes sperabūt. Hinc Symeon in nouo testamēto: Quia viderūt oculi Esa.11.
mei salutare tuū, quod parasti ante faciē omnium populorum, lumen ad reuelationē gē- Luc.2
tium, & gloriā plebis tuæ Israel. Quod vero Chrūs dixerit, se nō missum nisi ad oues Is-
rael, quæ perierūt. Idēq́ꝫ prohibuerit discipulis, ne irent in vias gentiū, &c. Respondeo,
Christum hoc voluisse, se primo, & (vt ita dixerim) præcipue p̄dicatorem & miraculoꝝ
operatorē fuisse missum populo Israelitico secundū carnē, q̄m antiquis Iudaicis patribus
facta fuerit promissio, illis tamen fidem respuentibus fore se quoq; gentibus saluatorem.
Id q̄d grauiter arguit ap̄lus, inquiens: Dico eñ Chr̄m Iesum, ministrū fuisse circuncisio-

nis propter veritatẽ dei ad cõfirmãdas promissiones patrũ, gẽtes aũt sup misericordia hono
rare deũ. Porro licet salus Iudæorũ & gẽtiũ fuerit simpliciter p viã gratiæ, q̃tũ tñ ad Iudæos
Psalm. 47. videri pene solet debita: siqdẽ ad dei veritatẽ ptineat, impleri promissa patrib⁹ Iudæorũ fa-
cta in lege & prophetis, q̃ solũ patribus Iudæorũ data fuerat, vñ propheta: Non fecit taliter
omĩ natiõi & iudicia sua nõ manifestauit eis. Sic sane salus gentiũ magis est p viã misericor-
diæ, qa licet lex & prophetæ loquerent de eadẽ ad fidẽ Christi vocatiõe, nõ tñ patribus eorũ
data fuit lex neq; prophetiæ. Ex qbus etiãnũ claret, Christũ præcedẽte authoritate subindi-
casse, se primo & principaliter missum Iudæis pinde atq; apostolis, qbus & nõ gẽtilibus, nisi
in casu ex speciali causa in propria psona pdicauit, & miracula fecit, argumẽto, ecclesiã in fi-
Iohan. 4 de gentiũ fuisse fundandam, vti & alias Christus indicat: Sic & apostoli prohibebant prædi
care gentibus, quum breue adhuc esset tempus ad Christi passionem, congruũ erat, vt Chri
stum primo pdicarent Iudæis, qbus erat promissus pcipue. Illis autẽ ex maiore parte in in-
fidelitate remanentibus irent ad pdicandum gentibus, hinc ad eos Chrũs post suã passionẽ
Matth. 28 ait: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spũs san-
cti. Quod apostolus & Barnabas alibi repetentes inquiunt, vobis oportebat primum loqui
verbum dei, sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuer
timur ad gentes. Sic enim nobis præcepit dominus.

Esa. 42. ¶Ex qbus omnibus concludas, primo lucẽ Christi adeoq; eius salutẽ nõ modo fuisse ex- E
Leuit. 19 tendẽdam ad Iudæos, sed & vsq; ad extremũ terræ & alias nationes, alioqui deũ fuisse acce-
Actorũ. 10. ptorẽ personarũ, si confitẽtes ei corde, ore & opibus ad saluandũ haud suscepisset. Hinc Pau
Roma. 2 lus dicit: Iustitia aũt dei per fidẽ Iesu Christi in oẽs & super omnes, qui credũt in eũ. Nõ eñ
Roma. 3 est distinctio, omnes eñ peccauerũt, & egẽt gloria dei. An Iudæorũ deus tantũ? Nõne & gẽ
tium? imo & gentium. Quandoquidem vnus est deus, qui iustificat circuncisionẽ ex fide, &
præputium per fidem. Igitur verissime hodie ab angelo dictũ est: Ecce enim euangelizo vo
bis gaudiũ magnũ, q̃d erit omĩ populo. s. tam Iudæo q̃ Gentili. Nemo sane ab hmõi gaudij
participatione secernit, vna cũctis lætitiæ cõmunis est ratio, qa dñs noster peccati mortisq;
Galat. 4 destructor, sicut nullum à reatu liberũ reperit, ita liberandis omnibus venit. Exultet sanctus
quia appropinquat ad palmam. Gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam. Animet gen-
tilis, quia vocatur ad vitam. Dei eñ filius secundum plenitudinẽ tẽporis, quã diuini consilij
inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandã authori suo naturã generis adsumpsit huma-
ni, vt inuẽtor mortis diabolus per ipsam, quam vicerat, vinceretur.

¶Nũc qd rectius hodie sumus acturi, fratres dilectissimi, q̃ vt eamus festinãter vsq; Beth- F.
leem, id est, ad cœlestẽ domũ, q̃ est cor nostrũ, vna cũ pastoribus, visuri hoc verbũ, q̃d caro fa
1. Cor. 3. ctũ est, id ẽ, Iesum saluatorẽ nrm. Quo viso sim⁹ itidẽ reuersuri, deũ in oĩbus q̃ audiuim⁹ &
2. Cor. 6 fide vidimus glorificaturi & laudaturi. Quẽ certe videbim⁹, si vti pastores illi festinauerim⁹
. s. fide & virtute, fuerimusq; vt illi simplices, paupes, humiles, cõtẽptibilesq;. Nõ eñ poterit
is, quũ infans sit, ab alijs videri aut inueniri, quã à puris & simplicibus, quã à paupibus quũ
ipse pauper fuerit, quã ab humilibus & cõtẽptibilib⁹, quũ ipse humilim⁹ in psepio iacuerit. Et
sane talis ẽ, qualẽ nõ possimus timere ad accedendũ, qualis nõ erit in secũdo suo aduentu.

¶At obsecro, qualem hodie in primo suo aduentu ipsum videbimus aut inueniemus. In- G
grediamur in Bethleem, id est, cor nostrũ pia deuotione & contemplatione deuota. Et inue
niemus eum, videbimusq; Iesum nõ secus atq; eum, qui sit mox ab infantia noster saluator,
qui suo exemplo infans adhuc nobis viã salutis ostendere satagit: nempe, qui nihil penes se
habet, q̃d nõ magnopere ad æternam salutem conducat.

¶Primo ipsum inueniemus in Bethleem, in exiguo castello, nimirum documento, nemi- H
Roma. 10 nem de terrena patria gloriari debere. Apostolus, non est inquit distinctio Iudæi & Græ-
Galat. 3 ci, omnis, qui inuocatit nomen domini saluus erit.

Iohan. 18 ¶Secũdo nõ in domo sua, sed peregrinũ in via natũ, documento, suũ regnũ nõ esse de hoc I
2. Cor. 5 mũdo, sic & nostrã nõ esse hic domũ, sed cœlũ, quo ipse sit via. Paulus: Audiẽtes igit & sciẽ-
Hebr. 13 tes, qm̃ dũ sumus in hoc corpe, peregrinamur à dño. Et rursus: Nõ eñ habem⁹ hic manen-
tem ciuitatẽ, sed futurã inquirimus, id est, cœlestem, quæ nõ est manufacta.

¶Tertio, iacentẽ in diuersorio, argumẽto, nos habere non debere plalatia sed diuersoria, K
vt simus memores, nos omĩ momento esse mutabiles & non manere constantes, quẽadmo-
Iob. 14. dum, q sunt in diuersorio, nõ perstant. Iob: Homo natus de muliere, quasi flos egredit & cõ
Psal. 101 teritur, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodem statu permanet. Dauid: Dies mei sicut vm-
bra declinauerũt, & ego sicut fœnũ arui. Tu aũt domine in æternum permanes.

¶Quarto in stabulo iacentẽ, documento, vt vitemus curiositatẽ ædificiorũ mundiq; glo- L
Psal 126 riam. Vñ propheta: Nisi dñs ædificauerit domũ, inuanũ laborauerũt qui ædificant eã. Nam
Eccl. 34 vt sapiens ait, vnus ædificãs & vnus destruens, qd prodest illis nisi labor. Hinc Iohãnes: No
1. Iohan. 2. lite, inquit, diligite mundũ, neq; ea, quæ in mũdo sunt. Transibit eñ mũdus & cõcupiscentia
eius.

eius. Hei quàm vere, vbi obsecro, nũc sunt magnifica ædificia Babyloniæ & Hierusalẽ splẽ-
dida atria Troiæ atq; Romæ & aliorũ excellẽtissimorũ ciuitatũ. Nihil tam splendide tãq; ma
gnifice ædificatũ, quod ætas & conditio tẽporis non diruat, vti palam est videre.

M ¶Quinto, paruulũ inueniemus, documento, vt nos magnos & perfectos efficeret, & ipsi
nobis per humilitatem essemus parui: Paulus, fratres, nolite effici pueri sensibus, sed malitia
paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Hinc Christus: Quicũq; humiliauerit se sicut 1. Cor. 14
paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Matth. 18.

N ¶Sexto, infirmũ, vt nos ad bona opa fortes efficeret. Sic Paulus dicit: Quod infirmũ est 1. Cor. 1.
dei, fortius est hoĩbus, & ipse dñs est circũdatus infirmitate, vt & ipse infirmis cõdolere possit. Hebr. 5

O ¶Septimo, pauperem, vt nos sua inopia ditaret, & ne quisq̃ se ob diuitias extolleret aut in
ipsis cõfideret. Vñ aplus: Scitis enĩ gratiã dñi nři Iesu Christi, qm̃ propter vos egenus factus 1. Cor. 8
est, cũ eẽt diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Et alio in loco: Nihil enĩ intulimus in hũc
mũdũ, haud dubiũ q: nec auferre qd possimus. Habẽtes aũt alimẽta & qbus tegamur, his cõ 1. Timot. 6
tenti simus. Nã q volũt diuites fieri, incidũt in tẽtationẽ & laqueũ diaboli, & desideria multa ibidem.
& nociua, q̃ mergunt hoĩem in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum
est cupiditas. Et scriptura ait: Qui cõfidit in diuitijs suis corruet, nec proderunt illi in die vl- Prouer. 11
tionis. Et Chrũs dicit, fallatiã diuitiarũ suffocare verbum dei, illudq; infructiferũ reddere. Matth. 13

P ¶Octauo, pãnis inuolutũ, vt nos à laqueis mortis absolueret, qm̃, ait apls, nũc soluti sumus Roma. 7.
à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spũs, & nõ in vetustate literæ.

Q ¶Nono, manibus & pedibus ligatum, vt manus nostræ ad bene operandum, & pedes ad
viam pacis dirigantur. Hinc Zacharias: Illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis
sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc. 1.

R ¶Decimo in præsepio positũ, documento, vt lectos delicatos sperneremus, illicq; cor no-
strum mansionem præparemus, iuxta scripturã, fili, præbe cor tuum mihi. Prouer. 23

S ¶Vndecimo in p̃sepio reclinatũ, vt nos quasi sancta aĩalia carnis suæ frumento reficeret, Psal. 48.
& vt cibus eẽt iumẽtorũ, q̃ nos sumus facti propter pctm̃, dicẽte scriptura: Homo cũ in hono
re eẽt, nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus & similis factus est illis, ideoq; dñs fa-
ctus est fœnũ qd est cibus iumẽtorũ, qa verbũ caro factũ est, & caro fœnũ, & cibus facta.

T ¶Duodecimo in diuersorio, indigentem loco, vt nobis in cœlo multas mãsiones pararet. Iohan. 14
Sic sane si ad hũc modum hodie Christum infantulum quæsiuerimus, inuenerimus, videri- Esa. 40
musq;, procul dubio reuertemur glorificantes & laudãtes deũ in omnibus, q̃ audiuimus & Iohan. 1
vidimus, sumusq; dicturi. Aeternæ misericorsq; deus nos tibi infinitas humilimasq; gratias
habemus & agimus, quod nos filij tui, domini nostri Iesu Christi natiuitate à diabolica ca-
ptiuitate liberasti, regnumq; cœlorum aperuisti.

HOMILIA VI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ. 2. Postquam consumati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus.

In ferijs dominicæ Circumcisionis.

A ADest & altera nobis, fratres dilectissimi, dies & festa totoq; æuo venerabilis ea
demq; solennis: quippe quæ non modo vnius sacræ rei memoriam affert, sed
trium plane rerum sanctimonia dissertarum. Primo quidẽ hodie recolimus,
die, scilicet octaua, diem natiuitatis Iesu Christi, id quod in euangelio tangit,
postq̃ consumati sunt dies octo, &c. hocq; ideo, vt hodie à nobis impleri pos-
sit, quod tum neglexímus, quum tantum nobis ea in die bonæ salutis effulserit, quantum
nulla lingua exprimere sufficiat. Dies enĩ illa, dies fuit redemptionis nostræ prima, qua, au-
thore apostolo, facti sumus per fidem filij dei: qua deus Max. sua benignitate & humanita-
te Iesu Christi filij, nostri dei saluatoris, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secũ- Galat. 3.
dum suam misericordiam saluos nos fecit, vt iustificati gratia ipsius hęredes simus secundũ
spem vitæ æternæ in Christo Iesu domino nostro. Cui & hodie & postea gratias omnibus Titum. 3
modis agere obligamur. Cuius, vt diximus, hæc dies potissimum & primo est ab ecclesia ce
lebrari cæpta.

B ¶Secundo, vt nobis frequentissima sit memoria sanctissimi nominis Iesu hodie ex veteri
instituto impositi, vt patet ex Euãgelio: Nempe, qd illud est nomen sine quo saluus fieri ne-
mo põt, quum, vt Petrus ait: Non sit aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo opor
tet nos saluos fieri, quod & ex se saluatorẽ, angelo interprete, significat. In quo nomine, apo Acto. 4
stolo adfirmante, omne genu flectitur, cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ, & omnis lingua cõ- Matth. 1
fitetur, quia dominus Iesus Christus in gloria dei patris est. Hoc igitur nomen in sempiter Roma. 14.
na nobis sit memoria atq; veneratione. Cui hæc dies sacra est. Phil. 2

¶Tertio, vt Christi Iesu saluatoris circuncisionis cũ gratiarũ actione memores simus, C
qñ in ea primũ primo suũ pro nobis sanguinẽ ĩ nostrã redemptionẽ effuderit. Nobisq́ꝫ
documentũ spũalis circũcisionis reliquerit, vt quemadmodum olim in veteri testamen-
to carnaliter secundũ corpus circũcisi sint, ita & nos mẽte secundũ carnalia desideria cir-
Roma. 2 cũcidamur, vitia à nobis abijciamus carnalia, vti isti per circũcisionem præputij carnem
Galat. 5 abijciebant. Hinc Apostolus. Non eñ, ait, qui in manifesto Iudæus est, neqꝫ quæ in ma-
nifesto in carne est circũcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circũcisio cordis in spi
ritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo.

Esa. 53 ¶Quũ aũt (vt cõstat) circũcisio hoc olim fecit, q̊d nunc facit baptismus, qui originale D
1. Petr. 2 delet peccatũ, plane sequit̃ Christũ non propter se fuisse circũcisum, q̃ sine virili semine
cõceptus & oĩ absqꝫ labe ex virgine purissima natus, pctm̃ nõ fecit, nec inuẽtus ẽ in ore
eius dolus, sed fuisse circũcisum. Primo, vt veræ circũcisionis documentũ relinqueret. Et
Math. 5. ita secũdo legẽ magis adimpleret q̃ vel diminueret, vel solueret, q̃ alias inq̃t: Nolite pu-
tare, qm̃ veni soluere legẽ aut prophetas, nõ veni soluere, sed adimplere: Lex prohibet
carnalia, ego mentalia q̃qꝫ. Mãdat fieri corporalia, ego fieri volo etiamnũ mẽtalia, debet
eñ iustitia vestra plus abundare q̃ scribarũ & pharisæorũ. Sufficiebat Iudæos & veteres
circũcidi carne, ego aũt mea circũcisione doceo mẽte oportere circũcidi, id est, pecca-
ta amouere & succidere, & paulopost baptismo, nunc aũt circũcidor, qm̃ lex cõcipit vt
infans octo dierũ circũcidat̃. Et masculus cuius p̃putij caro circũcisa nõ fuerit, peribit de
Gene. 17 populis suis: sic eñ q̃ legi subijcior ex obediẽtia vos ab onere legis libero, hocq́ꝫ meo san
Galat. 4 guine p̃tioso ago, q̊ mediator dei patris & hoĩm vnicus oẽs homines patri reconciliem,
adeoq́ꝫ ipsos hoĩes vniuersos ad vnitatẽ redigã, vt vnus sim pastor vnius ouilis, qui (vt de
Iohan. 10 me Apl̃us meus scripsit) pax vestra sim, q̃ tam vos, q̃ gẽtiles fuistis q̃ Iudæos in seruanda
lege p̃ effusionẽ virtutẽq́ꝫ sanguinis mei hodie effusi vnũ effeci, ambosq́ꝫ non modo patri
cœlesti reconciliaui, sed & vos vna ecclesia, vna fide, vno baptismate pares feci, & cõcor
Galat. 3 des reddidi, vt deinde vnanimes ad salutẽ vnicã perueniretis. Hoc aũt Christũ fecisse, &
Ephe. 2 quidẽ hodie cœpisse, Apostolus testat̃, inquiens: Quicũqꝫ eñ in Christo baptizati estis,
Christũ induistis. Nõ eñ est, neqꝫ Iudæus, neqꝫ Græcus: nõ est seruus, neqꝫ liber: non est
Ephe. 4. masculus neqꝫ fœmina. Oẽs eñ vos vnũ estis in Christo Iesu. Et aliàs: Ille enim veniens
euãgelizauit pacẽ vobis, q̃ longe fuistis, & pacẽ ijs, q̃ prope qm̃ per ipsum habemus ac-
cessum ambo in vno spũ ad patrẽ cui nos Iesus vtrosqꝫ vnũ fecit, recõciliauitq́ꝫ ambos in
vno corpore. Et paulopost: Vnus est dñs, vna fides, vnum baptisma. Vnus deus & pater
Ephe. 2. omniũ, q̃ sup omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Debet igit̃ hæc dies oĩm eẽ ma
xime venerabilis, vel ideo: Quòd Chrũs hodie primũ, inter deũ patrẽ & nos q̃ antea iræ
eramus filij, tum inter nos omnes, & singulos cõcordiam suo sanguine, qui virtus est ba-
ptismi, sanciuit, nosq́ꝫ fratres concordes effecit.

¶Porro, in quæstionẽ venit, quũ deus omnia in sapientia, ratione, & mẽsura fecit, cur E
Sapiẽ. hac die maluit hæc tãta nobis bona tã abunde cõferre, quæ q̃dem dies, prima est Ianua-
rij & initium noui anni? Ad quod, si secretiora scripturarũ loca scrutati fuerimus, facile
offendemus, hãc ob rationẽ ip̃m tanta fuisse nobis largitum, vt primo, se verũ esse Ianum
ostẽderet, à quo cœptus est dici mensis Ianuarij primus (quẽ falso aliũ esse deum menthi
Macro. li. sunt prisci illi Aethnici, vt est apud Macrobiũ) nẽpe eum verum esse Ianum bifrontem,
1. ca. 6 qui præterita sciat, & futura ijsq́ꝫ prouiderit mature, quippe qui superiorũ atqꝫ inferorũ
deus, vniuersa climata maiestate sua cõplectatur, cuncta cõponens, eadẽq́ꝫ regens, aquæ
Prouer. 8 terræq́ꝫ vim ac naturã grauẽ atqꝫ pronã in profundum dilabentẽ, ignis atqꝫ aiæ leuẽ im-
mensum in sublimem fugientem copulans circũdato cœlo &c. Et recte q̃dem ipse talis
Apoc. 1. 22 est, q̃ de seipso ait: Ego sum Alpha & ω, principiũ & finis, primus & nouissimus: quan-
doquidem ipse omniũ sit rerũ principium & finis, origo & finis oĩm, q̊d oĩa cœperit, om
niaq́ꝫ claudat. Ipse eñ est principiũ omniũ effectuũ, & finis ad quem omnia ordinantur.
Prouer. 16 Op̃atus est aũt in ineunte primo die anni Ianuarij mensis, & in nouo, vt ostẽderet se il-
lud esse nouũ, de quo Propheta: Creauit dñs nouũ sup terrã. Fœmina circũdabit virũ. Sa
Hier. 31 ne nouum fuit, quod dei Max. verbũ est caro factũ, & deus homo. Ille (inquã) vti primus
Iohan. 1 dies anni, qui est hodiernus, vetera repulit, scilicet, vetustatẽ nouæ legis antiquæ adeoq́ꝫ
duræ, & noua incepit, id est, misericordem & gratiosam Euangelij legem introduxit, &
Apoc. 21 vtraq́ꝫ vnum fecit, & ad concordiam reduxit, adeo vt ipse de se dixerit. Ecce noua facio
omnia. Exemplo quidẽ vt & ipsi essemus noui, scilicet à vetustate peccatorum, vt ad ip-
Coloss. 3 sum nouum, scilicet salutẽ, viã, vitamq́ꝫ veniremus, hortante Paulo: Expoliantes vos ve
terem hominem cũ actibus suis, & induentes nouũ, eum qui renouatur in agnitionẽ se- F
cundũ imaginem eius, qui creauit vos. ¶Igitur (vt aliquando in altũ veniamus) Chri-
stus Iesus, nouus homo, idemq́ꝫ verus Ianus, præterita sciens, futura noscens, vetera &

noua cõiungẽs,hodie suo nouo sanguine nos p cõcordiã oẽs nouos & qdẽ in principio noui anni reddere satagit,vt doceret,si & ipsi noui esse vellemus & manere in vera vitæ nouitate mox initio anni,id est,ætatis nr̃æ circunciderem ur,ita vt ex nouo principio,nouũ sequeret mediũ,nouusq́;,id est,felix finis. Plerunq; em̃ ex bono initio bonũ sequit mediũ,& finis bonus. Eapropter fratres charissimi,salutari Christi exẽplo admoniti,veterem q́; hactenus ser uantes morem, præsertim quum videmus tam omnia his annis fuisse in malo medio tanquàm malo fine, hauddubie,qa malum fuit principium, vnde sequuta est oĩm malorum vetu stas. Eapropter,inquam, qa magnopere indigem' nouitate vitę,adeoq; morum omnium, cogitemus & ipsi hodie,vt hũc nouũ annũ in aliq̃ bono nouo,id est,principio ichoemus. Id q̃d scio plerosq; sibi à me collatũ iri petere. Illis aũt qd aliud q̃ hoc cũ diuo Petro respondere,rim,ingens: Argẽtũ & aurum nõ est mihi,q̃d aũt habeo hoc tibi do. In noĩe Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Surge,inquã,à veteribus peccatis,ambula in nouitate virtutũ,apostolo dicẽte: Vt q̃io Chrũs resurrexit à mortuis p gloriã patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Id q̃d fiet si acceptauerimus hoc ipsum nouũ, quo Chrũs hodie annũ,id est,tẽpus nouæ legis incepit,sed & nos deo patri reconciliauit,adeoq; oẽs æque vnum effecit,vt apud illum iam inde non est gentilis,nec Iudæus,nec circũcisio,nec præputium,nec barbarus,nec Scytha,nec seruus,nec liber, sed omnia in omnibus Christus. Acto.3 Roma.6 Coloss.3

G ¶Sed q̃d est illud nouũ? Sane cõcordia est,qua ille gentiles Iudæis & ediuerso cõiunxit,& vnũ fecit ad salutẽ tã tpalẽ q̃ æternalẽ,adeo proficuã, vt sicut Chr̃s ab ea salutẽ nostrã exorsus est,ita ipsa in om̃i re & tpe primũ eẽ debet. Hæc pinde cõcordia fit nobis oĩbus loco noui anni quẽ dicũt. Sed qd est cõcordia? Est vnus idẽq; mutuus multorum, q alioq sunt statu diuersi,in vita moribusq; anim'. Qualis fuit Chr̃ianis in ecclesia ineunte,de qbus scribit: Multitudinis aũt credẽtiũ erat cor vnũ & aĩa vna,nec quisquã eorum,q̃ possidebat,aliqd suũ eẽ dicebat,sed erãt illis om̃ia cõmunia. Id q̃d olim promiserat se daturum deus,dicẽs: Et dabo eis cor vnũ & viam vnã,vt timeãt me vniuersis diebus,& bene sit eis & filiis eorum post eos. Acto.4 Hiere.32

H ¶Ad hanc igitur concordiam primo nos hortatur vtilitas, vtpote, quod deus velit concordibus,& eorum filiis bene. Matth.23. Malac.2

I ¶Secũdo natura,quũ oẽs ex vno sumus patre fratres,quos decet esse cõcordes. Hinc propheta: Ecce quàm bonum & quàm iucundũ habitare fratres in vnum. Psal.132

K ¶Tertio ratio naturalis,qua videmus etiã illa inanimata in suo gñe cõcordiam tenere,vt sunt sydera & elemẽta & angelicæ creaturę,q̃ vtiq; deus vti cætera creauit ad concordiam, singula in suis officiis. Hic Sapiẽs ait: Sed oĩa in mensura,& numero,& pondere disposuisti. Et Baldath Suites dixit: Potestas & terror apud eũ,q facit cõcordiã in sublimibus suis. Sapię.11 Iob.25. Eccl.25

L ¶Quarto,q̃ res sit deo singulariter grata & accepta concordia. Vnde scriptura: In trib' placitũ est spiritui meo,quæ sunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrum & amor proximorum,vir & mulier sibi bene consentientes.

M ¶Quinto,status noster,q Christianus eẽ debet,& nos sumus Christiani,id est,Christi Iesu discipuli & filii,quãdo nos mutuo dilexerimus. Id q̃d ex cõcordia,q̃ nutrit amorẽ,oritur. Quare Chrũs ait: In hoc cognoscẽt oẽs,qa discipuli mei estis,si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Ita nimirum initio ecclesiæ discipulorum vnũ erat cor & vna anima. Eapropter Chrũs cœlestem patrem orauit,inquiẽs: Rogo pater nõ modo pro eis,sed pro iis etiam,qui credituri sunt,vt sint vnũ,sicut & nos vnũ sumus,vt sint cõsumati in vnum,& cognoscat mũdus,quia tu me misisti,& dilexisti eos,sicut & tu me dilexisti. Q.d.(authore Chrysostomo) nihil em̃ ita scandalizat omnes,vt ab inuicẽ diuidi & concordiã amittere,q̃d credentes fiant vnũ hoc ædificat ad fidem. Si enim altercantur,non dicentur pacifici magistri esse discipuli,me vero non existente pacifico,non confitebuntur à te missum. Iohan.13. Acto.4. Iohan.17.

N ¶Sexto scriptura hortat,apostolus em̃ ait: Implete gaudiũ meũ,vt idẽ sapiatis,eandẽ charitatẽ habẽtes,vnanimes,idipsum sentientes. Nihil per contentionẽ,neq; per inanem gloriã &c. Et alio in loco: Soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Phil.2 Ephe.4

O ¶Septimo,necessitas cõcordiæ,q̃m sine ea nihil sibi constare potest,nec aliqd durare. Sicut em̃(vt ait Historicus) cõcordia paruæ res crescunt,sic discordia maxime dilabunt. Hinc Micipsa rex ait ad filios Adherbalem & Ihemsalem: Non exercitus,neq; thesauri præsidia sunt regni,verum amici,&c. Quis aũt amicior q̃ frater fratri. Aut quẽ alienum fidũ inuenies,si tuis hostis fueris. Equidẽ ego vobis regnũ trado firmũ,si boni eritis,si mali, imbecillũ. Et recte quidẽ. vtcũq; ab æthnico dictũ,veritas tamẽ vsqueadeo est & semper amplectenda,vt vere licet adfirmare,sine cõcordia ad bene beateq; viuendũ regi nõ posse regnũ, neq; regionẽ, neq; ciuitatem,neq; pagum,neq; vllam,nec vllam vel quamlibet exiguam rempublicã,dicẽte dño nostro: Omne regnũ in se diuisum,desolabitur,&c. Et omnis ciuitas vel domus diuisa contra se,nõ stabit. Quod vti à summa dictũ est veritate,ita verissimum est. Et quidem probatum ex infinitis exemplis tam fidelium quàm prophanorum hominũ. Nonne quæso Salust.in Iug. Matth.12 Lucæ.11

discor-

Gene. 4 discordia duorum fratrum Caini & Abelis causa fuit, vt aucto deinde hoim scelere aquarum inundatio auctores culpæ, & q auctoribus accessere, cũ vniuersa terra obruit? Nõne pa-
Gene. 9 tris Noe ira qua egit Cham filiũ in exiliũ, dedit causam, vt nunq̃ iã inde, humanũ genus semel immeesum erroribus à seipso diffidere destitit? Nõne Solomon, reliqt filio Roboe magnũ & opulentũ regnũ, cæterum domestica discordia diuisum iã inde in peius abijt, gra
3. Reg. 11. 12 uibusq̃ intestinis cladibus accisum, eo venit, vt finitimis oibus fuerit ludibrio? Nonne & Dauid rex à filio regio solio, vrbe deiectus, coactus est cum suis hostiliter dimicare, re-
2. Reg. 17 gnũq̃ ignominiosa fuga, & Absolonis cæde deformaũ, nõ tã hũana est eceeptum q̃ cœ
Iosephus lib. 14. li prouidẽtia? Nõne filij Aristoboli Iudæorum regis & fratis Hircani, dũ inter se de regno hostiliter discep tãt, regnũ & vrbẽ, in qua nati erãt, perdiderũt, & q̃d maximũ est, augu-
Ioseph⁹ in An. libr. 7. stissimũ templũ, q̃d in vrbe fuit, bello prophanatũ est, magnaq̃ ex parte dirutum. Nec eo bello, quo Hierosolyma, orientis olim clarissima, excisa sunt, æque aliud funestũ fuit ciuitati, q̃ Eleazari, & cæterorum ducum discordia, quorum dissidium, non minus obsessam multitudinẽ intus afflixit quàm foris Romanus hostis.

¶Supruacuum fit interim (puto) memorare quoties & quibus in locis validissimi exercitus sunt aut deleti, aut male habiti suorum ducum discordia. Ex quorum numero fuisse & Germanos nostros nõ possum nõ supra quam dici põt dolere, q nisi deinde cõcordes fuerint, vereor ne similes eorum, q̃s recẽsuimus, sint futuri, & q̃dem hãc ob rẽ peiores ac miseriores æthnicis. Illi em̃ sentientes vbiq̃ tãta cõcordiæ cõmoda, illã sibi deam statuerunt, eiq̃ tẽpla, vt est apud Titũ Liuiũ & Iuuenalẽ, dedicarũt, quatenus ipsa fortunã augeeret,
Iuue. sat. 1. Titus Liuius libr. 9 ac discordiã repelleret omnis mali authorẽ. Cuius & gratia eandẽ in vexillo sub specie ciconiæ (quemadmodum paulopost dicemus) ad bellum ituri ferebant, vt semper in memoria haberent optimam deam Concordiæ.

Tit. Liui⁹ libro. 2. de vrbe cõdi. ¶Quam quãti prisci fecerint, aeguměto est Apologus ille Menenij Agrippæ, q orta Romæ sæuissima inter patres & plebẽ seditione, missus ad plebẽ furibundã orator prisco illo dicẽdi & hoerido mõ nihil aliud q̃ hoc narrasse fert. Tẽpore, q̃ in hoĩe, nõ (vt nunc) oĩa in vnũ cõsentiebant, sed singulis mẽbris, suũ cuiq̃ consilium, suus sermo fuerat, indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore, ac ministerio vẽtei oĩa quæri, ventrẽ in medio quietũ, nihil aliud q̃ datis voluptatibus frui, cõspirasse inde, ne manus ad os cibũ ferrẽt, nec os acciperet datũ, nec dẽtes cõficerẽt, hac ira dũ fame ventrẽ domare vellẽt, ipsa vna mẽbra, totũq̃ coepus ad extremã tabẽ venisse, inde apparuisse vẽteis q̃q̃ haud segne ministeriũ esse, nec magis ali, q̃ alere eũ, retentũ in oẽs corporis partes hũc, quo viuim⁹ vigemusq̃, diuisum pariter in venas, maturum cõfecto cibo sanguinẽ. Sic q̃dam similẽ eẽ intestinæ corporis seditionẽ irã plebis in patres, nec eẽ possibile, illã rectẽ facturã qcquã, nisi locũ daret concordiæ, cuius ductu oẽs æque viuerẽt tã diuites q̃ pauperes, nec inutiles eẽ magistratus vteũq̃ viderent superflui & otio dediti: nẽpe, oino ad rempublicam feliciter regendã opus foret, &c. flexisse hoc modo mẽtes hoim. Agi deinde de concordia cœptũ, cessumq̃ in conditiones, vbi plebi sui magistratus eẽnt sacrosancti. Quid obsecro ab Aethnico viro in lumine naturæ vel pulchrius vel verius, q̃ is euidenter arguit, q̃ male cędat inter mẽbra corporis discordia, & q̃ bene oĩa gerant duce Cõcordia. Quis aũt inficias ibit, hoc ipm̃ à deo oim bonorum largitore infusum, quũ vndecũq̃ sacris etiã
Roma. 12 literis sit consonũ. Apostolus em̃ ait: Nũc aũt multa quidem mẽbra vnũ per baptisma in
1. Cor. 12 Christo corpus sumus. Et posuit deus mẽbra, vnũquodq̃ in corpore sicut voluit. Quod
Ephe. 4 si omnia essent vnũ mẽbrum, vbi corpus? Non aũt potest ocul⁹ dicere manui, opeea tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, nõ estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ vidẽtur mẽbra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora mem bra esse corporis, his honorem abundantiorem ciecundamus. Sed deus tẽperauit corpus ei, cui deerat abundatiorẽ hõnorẽ tribuendo, vt nõ fit schisma in corpe, sed in idipm̃ pro
1. Cor. 1. inuicẽ solicita sint mẽbra. Ea propter obsecro vos fratres (ait idẽ) per nomẽ dñi nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.

¶Modo dilectissimi fratres, si tanti est cõcordia tamq̃ ad bene beateq̃ viuendũ hic & alias necessaria, vt sine ipsa prorsus nihil sibi rectẽ constare possit, quam etiã propterea Chrũs nobis noui anni, adeoq̃ omniũ actuũ nostrorum esse voluit principiũ, qua primum nos deo reconciliauit nosq̃ ex omni natione & gente quasi vnũ fecit, qs nõ ex aio discere cupiat, quæ concordiã verã efficiant, quæ sane necessarium est scire omnes, q & se & suos feliciter velint gubernare. Qua propter paucis expediamus, dicentes:

¶Concordia dictionẽ tribus cõitare syllabis, quarum singulæ tres cõtinent literas. Tres syllabæ tres notãt, inter quos debet eẽ concordia, tres literæ docẽt qd in quolibet trium ad concordiã faciendam & tuendam necessum sit tam ad se q̃ ad alia duo. Prima syllaba con, deo, secunda cor, superioribus. Tertia, dia, inferioribus adsignatur.

¶Si igi-

T ¶Si igit verã habere voluerimus cõcordiã, debemus ante oĩa habere syllabã con, id est colere deũ, illũq́ timere, oĩa illi ascribere, illi quicqd sumus & quicqd habemus, acceptum ferre. Nostra nõ qrere, sed q̃ sunt Iesu Chri, & q̃ oim sunt, neminẽ se alteri perinde vihorl pferre, sed cogitare nos oẽs esse sub Chro vero dño, q nostrũ sit caput, & ipsi eius in vno corpore mẽbra, ex qbus tandẽ eueniet, vt nemo velit ab altero quasi à fratre discordare.

V ¶Hinc Tobias ad filiũ: Noli timere fili mi, pauperẽ quidẽ vitã gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deũ & recesserimus ab omni pctõ, & fecerimus bene, q & filiũ ab infantia timere deũ docuit. Et scriptura: Qui timet deũ, habebit ęque amicitiã bonam. Et rursus: Dñm deũ tuũ timebis, & illi soli seruies. Paulus: Nõ q sufficientes simus aliqd à nobis q̃si ex nobis cogitare, sed sufficientia nr̃a ex deo est, q est solus beatus & solus potẽs rex regũ & dñs dominantiũ. Hinc vos, qa pares frẽs, cũ omni humilitate & mãsuetudine, cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in charitate. Et rursus: Charitate fraternitatis inuicẽ diligẽtes, honore inuicẽ puenientes. Nihil p cõtentionẽ neq̃ p inanẽ gloriã, sed in humilitate superiores sibi inuicẽ arbitrantes, nõ quæ sua sunt singuli cõsiderantes, sed ea q̃ sunt alioꝝ sicut Chrs fecit, quẽ imitemini. Estote inuicẽ misericordes. Alter alterius onera portate. Nam si quis existimat se aliqd esse, quũ nihil sit, ipse se seducit. Hæc quo ad deũ Max. & generatim ad oẽs homines cuiuscunq; status, ad cõcordiæ fundamenta sunt necessaria.

Tobię 4
Tob. 1.
Eccl. 6
Deute. 10
2. Cor. 3.
1. Timot. 6
Ephe. 4
Roma. 12
Philip. 2
Gala. 6

X ¶Deinde syllaba, cor, cõplectit superiores, tã ecclesiasticos q̃ seculares, q̃s deus dñs noster Iesus Chrs toto corde, & quidẽ adeo voluit pro salute reip. Christ. esse cõcordes, q ille se eis exemplũ indiuiduæ cõcordiæ pbuerit: quippe q secundũ ordinẽ Melchisedech in sua psona vnica ex vtraq; secũdũ carnẽ tribu summus sacerdos & rex factus est, eãq; non in se tantũ, sed & in suo corpe mystico, Chriano corpore, cuius ipse caput ẽ, adeo cõmiscuit, vt in scriptura quoq; qt ad vitã sunt pdestinati, reges & sacerdotes noiant. Inique igit agũt, q eos trahũt in discordiã, q̃s deus oĩno cõcordes eẽ voluit. Maleq; hõ separare molitur, q̃s deus cõiunxit, imo q talia agũt, reip. Christ. sunt destructores lõge nocentissimi. Sane vtrisq; opus est (teste Aplo) ad ædificationẽ ecclesiæ, & salutẽ populi.

Y ¶Quẽ tũc habebũt superiores cõcordẽ secũ, vbi fecerint, q lr̃æ syllabæ cor, p se serũt. i. quũ correxerint paterne malos, iidẽq; ornauerint bonos, rebelles suppsserint. Apls: Rogam' frẽs, corripite inquietos. Et item: Quod si nõ obedierit verbo nr̃o, p eplam hũc notate, & nõ cõmisceamini cũ illo vt confundat, sed corripite vt fratrẽ, sicut & Chrs fratrẽ corripiendũ docuit.

Matth. 16
Hebrę. 2
Apoc. 1. 5
1. Petri. 2
Hebræ. 13
1. Thess. 5
2. Thess. 3

Z ¶Ornẽt aũt & diligãt bonos, vt boni maneãt, prouocati, quũ viderint se malis in diligẽdo & pmio pferri: q̃quidẽ & sapiẽs cẽsuit malos aũ bonos iacere, & viꝝ bonũ debere eẽ sup stultũ. Quod vbi fit, sæpenumero mali reddunt boni, & boni meliores, quũ videãt locũ esse virtuti & honorẽ: siquidẽ honos alit virtutes. Hinc Paulus ait, cõsolamini pusillanimes. q.d. souete eos, vt videãt esse discrimẽ inter probos & improbos. Hinc Iosippũ pr̃ Israel, qa eũ in senectute genuisset, & bonus esset, p cæteris oĩbus filiis dilexit: exẽplũ relinquens bonis platis, vt cõsimili modo probos p cæteris foueãt sine aliquo humano affectu.

Prouer. 14
1. Thess. 5
Gene. 37

& ¶Demum, supprimãt rebelles & inobedientes, q̃m cæteris & reip. nocent. Quãdoquidem ait scriptura: Et auferes malũ de medio tui, vt audientes cæteri, timorẽ habeant, & nequaq̃ audeãt talia facere. Et Apostolus: Peccãtes corã oĩbus argue, vt cæteri timorẽ habeant, hæcq; custodias sine pindicio, nihil faciens in alterã partẽ declinãdo: In chamo & freno maxillas eoꝝ cõstringe, q nõ approximãt ad te. Et item scriptura: Qui aũt superbierit, nolẽs obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis moriet homo ille, & auferes malũ de Israel, cũctusq; populus audiens, timebit, vt nullus deinceps intumescat supbia. Et hoc loco velim admonitos oẽs potestates, psertim seculares, vt meminerint, quur potestatẽ à deo receperint, quur gladiũ ferãt: nimiꝝ dei ministri, vindices in irã ei, q malũ agit. Caueant ne sint pigriores & tardiores ad puniendũ malos q̃ oporteat, memores eius, quod Caiphas dixit: Melius est, vt vnus moriat q̃ tota gens pereat, memores eius, q̃d ait scriptura: Maledictus qui facit opus dñi fraudulenter, & maledictus, qui prohibet gladiũ suũ à sanguine. Studeant igitur superiores, perditos subiectos requirere, abiectos reducere, cõfractos alligare, infirmos cõsolidare, incorrigibilesq; iuxta delictum punire.

Deute. 13
1. Timo. 5
Psal 31.
Deuter. 17
Roma. 13
Iohan. 11
Hiere. 48
Ezech. 34

A ¶Ipsi vero inferiores tenebũt suas partes per syllabã, dia. i. disciplinã suscipiãt, iussa capessant, & amari malint à potestatibus q̃ odio haberi, & in se descendãt, memores huius dicti apostolici: Oĩs anima potestatibus sublimioribus subdita sit, qa dei ordinationi resistit, q potestati resistit. Meminerint eos esse (Paulo teste) qui peruigilãt, quasi rationẽ pro animabus eoꝝ reddituri. Hinc ait: Obedite ppositis vestris & subiacete illis. Et alibi inquit: Fili mi, noli negligere disciplinam dñi, neq; fatigeris, dum ab eo argueris. Castigat eñ dominus, quẽ diligit, flagellat omnẽ filium, quem recipit. Meminerint, inquã, obedientiam deo q̃ victimã esse gratiorem. Vnde & ipse Christus dñs noster, licet deus esset, idemq; rex regũ, parentibus (euangelista scribente) subditus fuit. Conentur igitur, vt dili-

Roma 13
Heb. 13
Hebr. 12
1 Reg. 15
Luc. 2.
Iohan. 14

Iohan. 14 gant suos superiores, & ipsi mutuo diligentur, siquidem ait Christus: Qui diligit me, di-
Prouerb. 8 ligetur à patre meo. Et ego diligam eum. Et sapiens: Ego diligentes me diligo.

¶ Hæc sunt, fratres, quæ ad cócordiã parandã & tuendã multo maxime proficua sunt: quippe quæ à priscis illis gétilibus propterea credita est dea, quòd videret respub. salutis rerum esse omnino maxime vtilis & necessaria, proindeque sub imagine ciconiæ coli cœpta, quòd eas conditiones haberet hæc auis, quæ cócordiã pariũt. Siquidé ciconiæ aues peregrinæ, gratæ hospitæ ex Asia vel aliunde abituræ, nullã post se relinquũt nisi seruã & captiuã, nouissimã lacerãt & abeunt, in volatu liburnicarum more rostrato impetu feruntur, facilius ita cõscindẽtes aera, quàm si recta fronte impellerẽt, &c. colla imponũt pcedétibus, fessos duces à tergo recipiunt, nidos eosdé repetũt. Genitricũ senectã inuicé educũt. Quæ & nidos repetẽtes amore materno pullos salutãt. Vnde Satyricus: Quæque salutato crepitat cócordia nido. Hinc iterum atque iterum cognoscere est, quãti fit cócordia, quæ & ethnicis sola experiẽtia rerum magistra bonitaté eius expertis haberi dea est cœpta. Et reuera diuina res est cócordia, adeoque noua, vt Christus dñs nouus hodie homo, idéque ab æterno deus ea vsus fit nouissime ad recócíliationé humani generis in suo sanguine nouo, quo & nouũ annũ incepit, vt posito bono & nouo principio, omnia bene & nouiter, id est, integre essent successura.

Plin. lib. 10 cap. 23

Iuuenal.

¶ Quamobré, fratres amãtissimi, hoc tantũ nouũ in Christi memoriã, nostrique omniũ salutẽ, hodie alacri animo, vice (vt aiunt) noui anni suscipiamus, quũ idipsum vtilitas cómendet, natura approbet, ratio dictet, deo Max. perplaceat, statũ nostrũ Christianũ deceat, scriptura suadeat, necessitas cogat, vt bene beateque possimus viuere tã in hoc quàm in alio seculo. Nisi ení cócordes fuerimus, actũ erit de nobis, deque rebus nostris oibus. Sin cócordes, certo qui nũc pauperes videmur, breui sumus futuri diuites. Si igitur, fratres, irritatione quorundã pessimorum hominũ hactenus vel antea discordes fuimus, mutuoque vel ob quãcunque causam offensi hodie, hortãte Apostolo, inuicem simus benigni, misericordes, donãtes inuicé, sicut & deus in Christo donauit nobis. Supportãtes inuicé, si quis aduersus aliqué habet querelã. Et super omnia habeamus charitaté, quod & vinculũ perfectionis & pax Christi exultet in cordibus nostris, in qua & hodie vocati sumus in vno corpore mẽbra. Simus itaque mutuo pro nobis soliciti, vt si quid patitur vnũ membrũ, compatiantur & oia membra. Prouidẽtesque bona, non tantũ corã deo, sed etiã coram omnibus hominibus: Si fieri potest, quòd ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacem habẽtes. Non nosmetipsos defendẽtes, sed date locũ iræ. Scriptũ est ení: Mihi vindictã & ego retribuã dicit dñs: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potũ da illi. Hoc ení faciens, carbones ignis cógeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Quo facto, non dubitabimus de concordia nobiscũ feliciter mansura, imo de Iesu Christo dño nostro, qui vera est concordia idemque pax æterna in cœlesti patria.

Ephe. 4
Coloss. 3
1. Cor. 12
Roma. 12
Deute. 32

HOMIL. VII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 7. Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? IN FERIIS EPIPHANIAE.



Odiernæ diei maiestaté & sanctitaté nomenclatura ipsius palam arguit. Siquidé vocet ab ecclesia dies Epiphaniæ, i. dies apparitionis seu manifestationis. quorum quidé manifesto est. Hoc autem ideo, quia dñs noster saluator hodie apparuit in tenebris. Neque id solũ, quòd per stellã Magis est declaratus, verũetiã quãdo in Iordane baptizatus est à Iohãne, facta est eius manifestatio p vocé paternã, & spiritũ sanctũ in colũbæ specie. Et quòd in nuptiis mutauit aquã in vinũ, & facta est diuinitatis ostẽsio, & manifestauit (inquit euãgelista) gloriã suã. Licet ení Chrs olim natus eét ex Maria & triginta annorum explesset ætatem, tñ ignorabat à mũdo, eo tempore quo cognitus est, quòd ad Iohannẽ Bapt. vt in Iordane baptizaret, aduenit, & vox de cœlo patris, intonantis audita est, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Qué pr̃ de cœlis mõstrarat voce, hũc spũs sanctus versus in columbã, & sup caput illius sedẽs, tactu quoque ipso voluit demõstrare, ne quis alius dei filius putaret ex populo. Quæ quidé duo postrema mysteria. s. baptizatio & aquæ in vinũ mutatio, eodé die (quo tribus regibus adoratus est) diuersis tamen annis, scilicet. xxx. & interiecto multi téporis interuallo, peracta fuisse memorantur. Et debet sane hæc dies pcipue nobis esse veneranda & gaudio plena, nobis, inquã, qui gentiles fuimus, in Magis hodie pariter gentilibus signati. Sicut ení dominus Iesus die natiuitatis suæ in persona pastorum Iudæis apparuit, ex quibus admodũ pauci fidé receperunt, adeoque dei verbũ, ita nimirum hodie apparuit gentibus, quæ ecclesiã impleuerunt: siquidé in stellæ fulgore dei gratia, & in tribus Magis vocatio gentium

Matth. 3
Marci. 1
Iohan. 2
Matth. 3
Matth. 17

gentium ꝓcesserit. Ipsi em̄ Magi primitiæ gentiũ fuerũt, & gentes in Christũ credituras
signarũt. In qbus hodie ad Iesum nuper natũ venientibus, hoc Esaiæ impletũ est: Filiȷ tui Esa.6
M de longe venient, & ambulabũt gentes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Qui fu
erũt filiȷ, q à longe venerũt? Nimirũ nos, filiȷ quondã iræ propter primorũ parentũ pc̃tã. Ephe.2.
Longe vtiq; fuimus propter idololatriã, cui seruiebamus, à Hierusalẽ. i. à visione pacis,
quã notat Hierusalẽ. In qs recte videt̃ dixisse propheta: Appropinquauerũt iniquitati, à le Psal.118
ge aũt tua longe facti sunt. A qua lege? Qua ꝓcipit̃, Dñm deũ tuũ timebis, illiq; soli seruies. Deut.10
At quõ facti sumus ab hac lege longe? Quod (teste Paulo) in vanitate sensus nr̃i ambulaui Ephe.4.
mus, tenebris obscuratũ habẽtes intellectũ, alienatiq; à vita dei ꝑ ignorantiã, q̃ fuit in no- Roma.1.
bis propter cæcitatẽ cordis nr̃i, adeo longe fuimus, vt plane mutaueramus gloriã incor-
ruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs, & volucrũ & q̃drupedũ & serpẽ
tũ, qui, inquã, cõmutaueramus veritatẽ dei in mẽdaciũ, & coluimus & seruiuimus creatu
ræ potius q̃ creatori, q propterea, qm̃ deũ habere in notitia nolebam', traditi in reprobũ
sensum, faciebamus ea, q̃ non cõueniũt, repleti omni malitia & iniqtate. Nõ sũt tales erãt
longe Iudæi tũc, sed ꝓpe, q vnũ deũ coluerũt & cognouerũt. Nos igit̃ hodie ab ea lõgin
quitate erroris in ꝑsona triũ Magorũ venimus & ambulauimus in lumine. s. stellæ, q̃ fuit
Chr̃s, de q̃ Balaam: Orieẽt stella ex Iacob, & cõsurget virga de Israel, & ꝑcutiet duces Mo- Nume.24
ab. Sane fuit Chr̃s secũdũ carnẽ ex stirpe Iacob. Et lumẽ stellæ, eiusq; lucis, q̃ suæ gr̃æ & do Matth.2
ctrinæ radiȷs illuminat omnẽ hoĩem venientẽ in hũc mũdũ. Nõ em̃ fuit hæc stella natura
lis, sed diuina, qm̃ nõ nr̃is meritis, q̃ nulla fuerũt, sed ex mera misericordia nos duxit & il- Iohan.1
luminauit, & vsq; ad Hierusalẽ. i. ad visionẽ pacis æternæ, q̃ est Chr̃s, direxit. In quo deo
patri sumus recõciliati eius benedictæ incarnatiõis mysterio, vnũq; facti sumus, q longe
fuimus, ꝑ ipsum illis, q prope fuerũt, nobis nũc facti remotiores. Id quod ad literã arguit
Apl̃us, inquiẽs: Gratia estis saluati ꝑ fidẽ, & hoc nõ ex vobis. Dei em̃ donũ est, nõ ex ope Roma.11
ribus, vt ne qs glorieẽt. Sine em̃ pœnitẽtia sunt dona & vocatio dei. Propter q̃d memores Ephe.2
estote, ꝙ aliqñ vos, qui gẽtes eratis in carne, q dicebamini ꝓputiũ, eratis illo in tẽpore si-
ne Chr̃o, alienati à cõuersatione Israel, & hospites testamẽtorũ promissionis, spem nõ ha
bentes, & sine deo in hoc mũdo. Nunc aũt in Chr̃o Iesu, vos, qui aliqñ eratis longe, facti
estis prope in sanguine Chr̃i. Ipse em̃ est pax nr̃a, q fecit vtraq; vnũ, vt duos condat in se
metipso in vno nouo hoĩe, faciens pacẽ, vt reconciliet amboa in vno corpore, deo. Et ve
niens euãgelizauit pacẽ vobis, q lõge fuistis, & pacẽ ȷs, q prope, qm̃ per ip̃m habemus ac
cessum ambo in vno spũ ad patrẽ. Qui ambo? Duo. s. parietes, vno lapide angulari cõiun-
cti, Iudæi. s. & gentiles, cœlesti patri Christo lapide reconciliati. Siquidẽ Iudæi & genti-
les ꝑ ipsum facti sint vnũ, qbus fidei vnitas, vnũ indidit nominis Christiani vocabulum.

¶ Ad lapidẽ igit̃ angularẽ vterq; paries hodie venit, verũ angulũ vnitas fecit. Horũ duo
rũ parietũ vnus adductus est, qñ (vt dixi) pastoribus Iudæis Christũ natũ angelus nũcia-
uit, alter paries adductus est, qñ gẽtilibus Magis, nouũ sydus apparuit. Illi fuerũt primitiæ
Iudæorũ, isti facti sunt primitiæ gentiũ, illi de proximo adducti, isti de longe reducti, &
N in lumine cœli ac terræ regẽ inuenerũt, quẽ quæsiuerũt, de quo ardẽter interrogarũt, di-
centes: Vbi est, q natus est rex Iudæorũ. Et recte hic triumphalis titulus, à Iudæis postea Iohan.19
reprobatus, (noli scribere, rex Iudæorũ) à Magis hodie nunciat̃, à scriptura postmodũ est
cõfirmatus, (q̃d scripsi, scripsi). Ipse em̃ Chr̃s est, nõ modo Iudæorũ, sed rex regũ, dñs do Mich.5
minantiũ, de q̃ propheta cecinerat: Et tu Bethlehẽ, terra Iuda, nequaq̃ minima es in prin Psal.17
cipibus Iuda. Ex te em̃ exiet dux, q regat populũ meũ Israel. Et alius: Ipse reget nos in se
cula. At vbi inuenerũt ip̃m? In Bethlehẽ, in domo panis. i. saturitatis: satur em̃ est, qui cũ Iohan.6
Chr̃o est, ille em̃ est verus cibus noster, quẽ q comederit, nõ esuriet (ipso teste) in æternũ.
At cuius adiutorio Bethlehẽ venerũt? Sane auxilio luminis stellæ. i. Chr̃i, adeoq; fidei ip
sius Christianæ, quã ipsi admirabili profecto mysterio significãtes Christo infantulo, ea Matth.5
obtulerunt munera, q̃ coram palamq; Christũ esse verũ deũ & hominẽ arguerunt. Aurũ Luc.7.
quippe regiam maiestatẽ, thus deũ & sacerdotẽ, myrrha hominẽ mortalẽ subindicauit.
O mirandæ fidei lumẽ Magorũ, de qua vtiq; fide nõ falso dicere Christus potuit: Amen
dico vobis, nõ inueni tantã fidẽ in Israel. Nõne est fides vel incõparabilis? Quod viri tam
magni, tamq; opulẽti, à longe veniẽtes puerulũ tam viriliter indutũ, cũ paupercula matre,
& in loco abiecto, sine societate, sine familia, sine omni ornatu, sine regiæ dignitatis insi-
gni inuentũ procidẽtes, tã mente q̃ corpore humiliter adorãt in carne deũ verũ, honorãt
vt regẽ, hominemq; agnoscunt. O vere digni Magi, qui q̃d quæsierunt, inuenerũt. Iuxta Matth.7
verbũ pueri: Quærite. s. vera fide, & inuenietis. s. hic ꝑ gratiã & alibi re ipsa. s. Iesum Chri Luc.11.
stum regẽ Iudæorũ, imo cœli terræq; regẽ ac dominum: & fiet Christi verbo locus: dico Roma.11.
O aũt vobis, ꝙ multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cũ Abraham, Isaac, & Matth.8
Iacob in regno cœlorũ. Filiȷ aũt regni eȷcientur in tenebras exteriores.

HOMIL. VIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,

Luc.2. Hæc processerat in diebus multis,& vixerat cũ viro suo annis septem à virginitate sua,& hæc vidua vsq; ad annos actogintaquatuor.

Dominica infra octauas dominicæ natiuitatis.



ARbitror omnino diuinitus hoc nobis hodie offerri euãgeliũ,quo A
inter cætera tam multa q̃ feria dicta hæc se offert scriptura, quæ
2.Timot.3 Apostolo scribẽte,diuinitus inspirata sancto euãgelistæ: vtilis est
ad docendũ,ad arguendum,ad corripiendũ,ad erudiendum in
iustitia,vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonũ instructus.
Quæ isthæc est scriptura? quæ Annã prophetissam, filiã Phanue
lis de tribu Aser describit,prout thema nostrum habet.Quos ar
Esa.5. guit? qui(vt est apud Esaiam)dicunt malũ bonũ,& bonũ malum,
ponẽtes tenebras lucẽ,& lucem tenebras,ponẽtes amarũ dulce,
& dulce amarũ.Qui sunt tales? qui authore Paulo, hoĩes crimi-
2.Timo.3 natores & incontinentes. Voluptatũ magis sunt q̃ dei amatores,speciem quidẽ habentes
pietatis, virtutem aũt eius abnegantes,qui penetrant domos,& captiuas ducunt mulier-
culas,oneratas peccatis,quæ ducũtur varijs desiderijs,semper discentes,nunq̃ ad scientiã
veritatis peruenientes,qui,quẽadmodũ Iamnes & Mambres restiterunt Mosi,ita & ij re
Matth.7 sistunt veritati,homines corrupti mẽte,reprobi circa fidẽ,quos hic Paulus monet vitan-
Luc.6 dos.Et Christus alibi, inquiens: Attendite à falsis prophetis,qui veniunt ad vos in vesti-
mentis ouiũ,intrinsecus aũt sunt lupi rapaces,q voluptuosis suis dogmatibus trahũt ho-
mines ad latã viam,quæ ducit ad perditionẽ,quã multi ambulant:siquidẽ plerịq; omnes
ad malũ voluptatis simus proniores.Et qui tandẽ,quæso,tales sunt? qui nouissimis istis tẽ
Gene.8 poribus,authore Paulo,subortí sunt,magistri prurientes auribus,qui à bonis operibus &
2.Cor.4 moribus hoĩes perinde nihil ad vitã æternam cõducentibus,auocãt,qui opportune & im
portune tanq̃ omnis fidei atq; virtutis inimicissimi sunt arguendi,quoniam cõtra doctri-
nam diuinã,naturã,rationem,consuetudinemq́; docent,quum dominus Iesus inter mille
Matth.7 consimilia loca aliter tonat: Qui facit voluntatẽ patris mei,qui in cœlis est,ipse intrabit in
Psal.36 regnũ cœlorũ.Qui audit verba mea & facit ea,assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit
Iohan.5 domũ suã supra petram,quæ nulla tẽpestate instante sit casura.Verba domini sunt, Da-
uide dicẽte,declinare à malo & facere bonũ.Alioqui,ait Christus,venit hora,in qua oẽs
qui in monumentis sunt,audient vocẽ filij dei,& procedẽt qui bona fecerunt in resurre-
ctionẽ vitæ,qui vero mala egerunt in resurrectionẽ iudicij. Et hodie Anna sanctitatis à
bonis operibus,scilicet cõtinuis ieiunijs & orationibus ita cõmendatur,vt vel ideo à deo
digna fuerit facta,vt & prophetaret,omniũq; redemptorẽ nunciaret & videret.Arguen
di sunt itaq; vt pessimi reipub.corruptores,& omnis honestæ vitæ occisores,q quocũq;
modo bona opa eleuãt,blaterãtes frustra à nobis fieri ieiunia & orationes,qñ omnino ad
uersentur scripturæ euãgelij diuinitus inspiratæ,quæ ideo istos corripit,& quidem.

¶Secũdo istos arguit,q ipsi oẽs Christianæ religionis status,non modo impie tanquã B
ima in summa,& summa in ima,& mala in bona,& bona in mala confundũt,sed & pror
sus detestãtur & prophanãt,quos tamẽ vel ethnici solo naturæ lumine per dei permissio
nem ducti seruarũt & singulos in se cõmendarunt.At qui sunt isti status,post quos alij nõ
reperiuntur? Sunt status virginũ,coniugatorũ,viduarumq́; quos illi iuxta suam reprobã
mentẽ tam nequiter ad libidinẽ confundũt, vt nullum ex eis permittant incontaminatũ,
sed suũ cuiq; honorẽ,meritumq́; prorsus detrahunt, nimirũ qui omnis in repub. malitiæ
authores,& in deũ eiusq́; sapientissimã institutionem præuaricatores status iam enume-
ratos potius contendant diabolicos esse q̃ diuinos.Isti enim virginitatem esse impossibi-
lem seruatu,proindeq́; eligendũ magis coniugium q̃ cœlibatum, imo à quo omnes pene
prouocant,matrimoniũ à numero sacramentorũ excludunt,quasi non satis dignum.Vi-
duas quasi non bene agentes,quia viduæ manent,ad secundas nuptias alliciunt.Sed q̃ im
pie & impudenter docent,& q̃ sint acriter corripiendi.

¶Primo hodie testatur euangeliũ de Anna Phanuelis filia,in qua vel vna fœmina oẽs C
isti status vsqueadeo cõmendantur,vt quisq; eorũ in causa apud deũ fuerit,quur ille huic
mulieri eã gratiã contulerit,q præ cæteris prophetissa Christũ redemptorẽ denunciarit
& viderit,testatur,itemq́; quælibet statũ in se esse laudabilem deoq́; gratũ,& nõ facta vni
us ad alterũ collatione,neutrum esse altero meliorẽ,facta vero collatione virginitatẽ hoc
magis esse coniugio præferendam,quo magis natura & ordine præcedit.

¶Secũdo,vt dictis fiat palã fides,omisso nũc coniugij tractatu,de quo propediẽ multa, D

aliqua

aliqua de virginitate dicemus, de qua quicquid dixerimus, & de viduitate accipi volumus, quoniam vna alteri vel ideo fit cognata, quod in vtraq; fit continẽtia opus, prout vid=> debimus. Et sane (vt breuissime omnia & ad verã salutem omniũ intelligi queant) videndum primo erit, quid sit vera virginitas, deinde q̃ sit laudanda. An merito quis virginitatem, vtpote scripturis consonã, obseruet. Tertio, an pferatur coniugio. Quarto, an virginitas seruari possit? Quinto, quibus medijs haberi possit ac conseruari vel vsq; ad finẽ vitæ vel saltem recte vsq; ad annos nubiles, vt virgo deinde feliciter contrahere, felicius in coniugio viuere, felicissime coniugium finire queat.

E ¶Initio igitur sciendũ peruelim, virginitatem esse incorruptã & Christianã à tam animi q̃ corporis libidine vel libidinoso adtactu continẽtiam, vtriq; sexui communem, rationis tamen capaci: quãdoquidẽ ipsa proposito indigeat. Quàm vero hæc ipsa sit laudabilis, deoq; grata, ostendit hodiernũ euangelium à virginitate primũ commendans Annã:
ostendit exemplũ Christi, qui ex virgine natus, virgo & ipse vnà cũ matre permansit: ostẽ Matth. 1.
dit pcipua gratia, quæ ob virginitatẽ hominibus sanctis præ cæteris à deo collata intelli- 3. Reg. 17
gitur. Helias & Heliseus, quia virgines, prophetæ soli omniũ, qui salutarẽ Christi ortum Gene. 41.
pcesserunt, mortuos suscitarunt. Ioseph, quia sermone & vita castus, spũ sancto, ad inter-
pretandũ somnia, repletus est, & alter post regẽ Pharaonem in regno factus apud Aegy Matth. 3
ptios. Iohãnes Zachariæ filius, quia castus & virgo, meruit Christi esse pcursor & bapti- Marci. 1.
sta, simulq; maior q̃ propheta haberi. Paulus, quia virgo, vas electionis & doctor gentiũ Lucæ. 3
effectus est. Iohãnes euangelista, quia virgo, meruit esse custos deiparæ virginis Mariæ. Iohan. 19
Maria, quia virgo, imo fulgentissima virginũ idæa ex vniuersis electa est, q̃ foret mater Iesu Christi, dei Max. vnigeniti. Sileo interim, inter alios castimoniæ cõmendatos ex viris, Iacobũ Adelphoteum, Anium Aegyptiũ, Amatorẽ Antisiodorensem, Iulianũ Antiochænũ, Vandonem abbatẽ, Leonem pontificẽ, Benedictũ abbatem, Iohannẽ Anachoretam, Arsenium abbatẽ, Pionem monachũ, Vrsinũ Nursiæ presbyterũ, hocq; genus alios.
Item ex mulieribus, Iuditham, quia vidua casta, Holophernẽ (quẽ recte quis cacodæmo Iudith. 13
nem credat) interfecit. Susanna, quia casta, à falsis testibus mirabiliter est vindicata. Anna Danie. 13
hodie Phanuelis filia, quia vidua casta, Christũ nuperrime ortũ videre, visum agnoscere, Lucæ. 2
agnitũ adorare meruit. Sileo reliquas virgines, vti Catharinã, Barbaram, Agnetem, Dorotheam, idq; genus alias, quarum virginitas fuit deo gratissima. Quid multis? Tanti est vir-
ginitas, vt Abimelechus sacerdos olim panẽ cærimonia consecratũ, neq; Dauidi esurien- 1. Reg. 21
ti, neq; his qui cũ Dauide erant, daturus fuerat, nisi prius exploratũ habuisset, mũdos fuisse
eos ab omni mulierum congressu. Sic Iohel propheta ratus est ieiunium & fletũ nihil pro- Iohel. 2
desse contra excidiũ, quo Chaldæis imminebat, nisi à castis fieret, tanti virtutem vnã insi
gnis fecit propheta. Cui adeo succedit Paulus, vt existimet solam virginẽ cogitare saluta 1. Cor. 7
riter, quæ dei sunt. Inde facile accipimus eos qui velint diuina & salutaria vel docere vel doceri, parum vel nihil acturos, nisi in suo sint statu casti.

F ¶Quã igitur castitatẽ, virginitatẽq;, quia nõ modo sanctissimi hoĩes etiã perpetuo seruarunt, sed & Chrs rex ille & doctor summus, q omniũ virtutũ exemplar fuit oĩbus, cuius vita nihil fuit vnquã in terra sanctius, ex virgine nasci voluerit, & ipse in certa permãserit perpetuaq; virginitate, sequitur recte posse seruari perpetuã virginitatẽ, neq; dissonã esse scripturis, quæ tot homines virginitatis apud deum commendant.

G ¶Nec obstat, q dictum sit, Crescite & multiplicamini, &c. Quia Idipsum intelligitur Gene. 1.
ante tempus euangelij, & tunc maxime, quando genus humanũ satis non erat multiplicatum & propagatum, quia tum semper melius erat coniugium, imo maledictus erat maledictione opprobrij temporalis, qui non relinqueret semen. Quanquam audiuimus fuis-
se, qui deo volente, virgines perpetui permanserunt. Virgines enim fuisse, Abelum, He- Gene. 4
liam, Heliseum, Melchisedech, & alios intelligimus. Tempore vero euangelij semper li-
cuit & licebit tenere virginitatem, nõ modo exemplis eorum, quos recensuimus, sed quia Matth. 19
Christus approbat & in arbitrium ponit virginitatem, ait enim: Et sunt eunuchi, qui se- Marc. 10
ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Luc. 18

H ¶Sic sane constat, virginitatem non modo licite posse seruari, sed & deo admodũ esse gratam, imo quæ in suo statu coniugio præferri possit.

I ¶Primo, quia deus virginibus eam gratiam (vt patuit) largitus sit, quam coniugatis nõ Ephe. 5
contulit, nisi forte in speciali priuilegio.

K ¶Secũdo, ratione, qua liquet, vbi acrius est certamẽ & clarior victoria, ibi insignius dari pmiũ, Virginitas difficilius habet certamẽ contra carnẽ & sanguinẽ, cui hæc perpetuo reluctaf, & pclariorẽ de hoste refert victoriã, tropheumq; nobilius. Merito igit celebrio-
re digna est triũpho, & in atrijs cœlestibus sublimiore munerãda pmio q̃ cõiugiũ castũ. Apoca. 14
Id qd corroborat Apocalypsis, adfirmãs, se vidisse emptos de terra, primitias deo & agno

Apoca.14 quia cū mulieribus nō sunt coinquinati,sed permanserūt virgines,canunt canticū nouum
ante thronū dei,q̄d nemo alius cantare potest,& sequuntur agnum , quocūq; ierit.Sic &
Esa.56 dñs in Esaia promittit eunuchis spūalibus,se datur loců in muris suis,& nomen melius
præ filijs & filiabus,nomen,inquā,sempiternū,quod nō peribit.Item alia ratione,quum
1.Cor.7 certe melius sit cogitare quæ dei sunt q̄ hominis,sed virgo,inquit Paulus,quæ dei sunt co
gitat,sed nupta quæ mūdi sunt,& quō placeat viro.Quibus vtiq; verbis subindicat,cœli-
batū & cōtinentiam tam in viro q̄ muliere,magnā præbere facultatem obsecrandi dñm
Ibidem. sine impedimento,totoq; mentis affectu adhærendi deo.

¶Tertio,consilio.Et primo apostoli,cōsulentis:Dico aūt nō nuptis & viduis,bonū est L
illis si sic permāserint,sicut & ego,quos volo oēs esse sicut meipsum. Et iterū:Qui statuit
in corde suo firmus,seruare virginē suā,bene facit.Et q matrimonio iungit virginē suā,
bene facit,& qui nō iungit,melius facit.Et iterū,Cui vult nubat,tantū in dño. Beatior aūt
Matth.19 erit si sic permanserit secundū meū consilium.Secundo,cōsilio Christi consulentis:Qui
Marc.10 potest capere,scilicet verbū virginitatis,capiat.Quo vtiq; verbo hortatur ad virginita-
tem,perinde atq; ad rem cœlo dignā & maxime pretiosam.Q.d.Verbū est nobile ideoq;
prætiosum factū,virginitas,ideoq; capiat quicūq; potest,quocūq; modo & conatu,&c.
Non aūt dehortatur ab ea,quasi à re nobis impossibili.

¶Nec obstat dicere,q̄d ea solis naturæ viribus obtineri nō possit à nobis,dicēte Solo- M
Sap.8 mone:Nō potest quis esse cōtinens,nisi deus det.Respondeo:Si sola dicerentur esse sita in
nostra potestate,quæ ex nobis & virtute naturali p̄stare possimus,nō esset impletio man-
Iohan.15 datorū dei,in nobis collocata,quod illa solis naturæ viribus innixa integre exequi nō pos-
Hebr.12 simus,teste dño:Sine me nihil potestis facere,poterit aūt optime seruari,dei gratia adiu-
2.Cor.12 tante,teste dño ad Paulū,qui & ipse conquerebatur de virginitatis cōtinendæ difficulta-
te.Sufficit tibi gratia mea.Quā certe dabit dñs rogatus,modo ipsi nobis non desimus.Si
Iacobi.1. quis em̄,ait Iacobus,indiget sapiētia,postulet à deo,qui dat oībus affluenter,& nō impro
Marci.11. perat,& dabitur ei,idē est de castitate,q̄d de sapientia.Testatur & Chřs,dicēs:Oia quæ-
cunq; orātes,petitis,credite q̄a recipietis & eueniēt vobis.Et rursus:Petite,& dabitur vo
1.Cor.10 bis.Omnis em̄ qui petit,accipit.Quādoquidē(inquit Paulus)fidelis est deus,q nō patietur
vos tentari supra id q̄d potestis,sed faciet etiā cū tentatione prouentū,vt possitis sustine
Marci.10 re.Sic sane,q̄d videt impossibile & difficillimū ex seipso homini,redditur eidē ex deo pos
2.Cor.3 sibile:qm̄ nō sumus sufficientes ex nobis ad tam arduā virtutē capessendā,sed sufficientia
nostra ex deo est.Cuius gratia pleriq; oēs,quos recensuimus, felicissime seruarūt virgini
tatē,non vt impossibilē,sed vt difficilē,alioqui nullus eorū cōtinēs fuisset,mētireturq; scri
Hiere.16 ptura,q̄d nefas sit credere.Alioqui etiā deus male prohibuisset pro loco & tēpore Hiere-
miæ,ne vxorē duceret.De quo hæretici nullā hactenus fecerunt mentionem.

¶Absit igit,absit,vt vel tantillū stemus cū Infensissimis hostibus tā eximij à deo doni, N
scilicet virginitatis,imo ipsis procul hinc submotis,virginitatē toto pectore exosculemur
Matth.13 & corpore tueamur,& quidē vel ideo,vt iuxta Apostolū,deo hoc magis placere,& quæ
eius sunt cogitare possimus,& q̄a à deo sit cōsulta,& diuino apostolicoq; cōsilio approba
Matth.22 ta atq; cōmendata,& etiā qm̄ ipsa est p̄tiosa margarita,niueo candore p̄fulgēs,eximiaq;
præ cæteris,q̄ corporis cupiditates refrenāt & compescūt virtutibus,q̄d item angelicam
& propemodū cœlestē reddat hominis vitā in terris,atq; supernæ illius puritatis,quæ in
ciuitate sancta Hierusalē sine macula enitet,omnino æmulā.Virgo proinde oculos attol
lat humo generosa,atq; defigat in cœlestia tabernacula,vbi Christus virginū sponsus est,
ad dexterā dei sedens,quē cupiat in virginali puritate imitari,vbi & regina virginū, san-
ctissima dei mater & virgo perpetua,virginali corona adornata refulget. Hosce,inquā,
duos duces,Iesum & Mariā in puritate sequi studeat,vt nuptijs valere possit,oret,vt hac
inclyta virtute,deo,qui sanctus est sanctorū,propinquior & perinde deiformis fiat,qm̄
teste sapiente:Incorruptio facit esse proximū deo.Non aūt ita virgo debet deijcere ani-
mū,humiq; deprimere,vt posthabitis tedis iugalibus hāc amplectat tam p̄claram virtu-
tem,q̄a ei sic visum sit viuere,cū possit nubere,vt sit pro ratione voluntas,vt garriūt im-
Sapie.6 pij,& quia tædio sint matrimonij onera,canit em̄ de se virgo quælibet sancta.Regnū mū
di & omnē ornatū seculi contempsi,propter amorem domini mei Iesu Christi.

¶Hæc itaq; consideratio est,primum,quo virginitas acquiritur & continetur,vt scili- O
cet deus pro gratia conseruationis,& amor ad cœlestem puritatem,ita ter,id est,iterum
atq; iterum cum Paulo oret;& cum sapiente dicat:Non possum esse continens domine
2.Cor.12. deus,nisi dederis,adiuua infirmitatem meam.
Sap.8
Psal.118 ¶Secundum,ab infantia à vanis huiusmodi rebus auersio,iuxta prophetam:Auerte P
1.Cor.15 oculos meos ne videant vanitatem.

¶Tertiū,deuitatio impudicorū verborū.Siquidē corrūpūt mores bonos,colloq̄a mala. Q

¶Quar-

R ¶Quartũ, fuga mali cõsortij admonẽte Apl̃o: Denuntiamus aũt vobis frẽs, in noĩe dñi 2.Thess.3
nostri Iesu Chr̃i, vt subtrahatis vos ab oĩni fratre ambulãte inordinate. Inqt em̃ Dauid, Psal.17
Cum sancto sanctus eris, cum puerso puerteris. Et q tangit picẽ coinquinabit ab ea. Eccl.5

S ¶Quintũ, abstinẽtia cibi & potus voluptuosi. Dñs em̃ ait: Attẽdite vobis, ne forte gra- Luc.21
uent corda vr̃a crapula & ebrietate. Et Apl̃us: Nolite inebriari vino, in q̃ est luxuria. Sic Ephe.5
virgo Helias in deserto à coruis panibus solis pascit, Daniel tãtum leguminibus Iohan- Danie.1
nes Baptista vtit loco cibi locustis, pro potu latice, q & vinum & siceram non bibit. Hinc Lucæ.1
Comicus, vtcunq; prophanus, ait: Sine Cerere & Baccho friget Venus.

T ¶Sextũ, neglect⁹ cultus. Hinc Paulus: Habẽtes ãt alimẽta & qbus tegamur, his cõtẽti si- 1.Timo.6
mus: siqdẽ oĩs supfluitas cultus ẽ cõtra naturã, q̃ paucis ẽ cõtenta. Eapropter diues Epu- Lucæ.16
lo in euãgelio videt rep̃hẽdi, qa purpura & bysso induebat. Hinc protoplasti ẽ paradiso Gene 3
eiecti, folijs verenda texerunt, crudisq; pellibus humeris amiciebant. Iohãnes Bapt. veste Marc.1
amictus camelorũ setis cõtexta, scorteaq; zona cinctus erat. Chr̃o regi summo vnica ve- Math.3
stis arte ineffabili cõtexta verius q̃ sarcta fuit. Sileo interim huius apl̃os & pr̃es reliq̃s, hæ Luc.3
remitas, anachoretasq;. Quare caueãt parẽtes ne suas virgines indecentius auro, argẽto, Iohan.19
margaritis, vestimẽtisq; sericeis exornẽt. V ñ ille in supbiã incidũt, q̃ virginitatis est inimi Math.27
cissima, q̃ proculdubio abesse debet, & adesse humilitas, virginitatis comes, tã necessaria, Luc.23
vt sine ea eẽ nequeat. Cuius exemplũ est videre in gloriosissima & humillima virgine Ma
ria, q̃ mater & filia regis regũ dixit: Ecce ancilla dñi. Videãt igit parẽtes, ne ad suarũ virgi Luc.1
nũ tenerarũ vitia cõniueãt, & cũ Heli sacerdote ad adultorũ vitia cõniuẽte, serio puniant.

V ¶Septimũ, rarus egressus, siqdem virgo raro debet egredi, nec nisi comitata comite san
cto, cuius sermo, incessus, habitus virtutum doctrina sit, ne cum Dina filia Lyæ videat Gene 43.
mulieres alienæ religionis, & in luxuriam incidat specie etiam bonitatis, qm̃ venena non
dantur, nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie virtutum. Ideoq; sapi- Lucæ.1
enter de virgine Maria scribitur. Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus, &
reuersa est in domum suam æque festinans, vt festinanter venerat.

X ¶Octauũ, detestatio otij. Multã em̃ (inqt scriptura) malitiã docuit otiositas. Hinc deus Eccl.33
ad Hier̃m: Hæc fuit iniqtas Sodomæ sororis tuæ, supbia, saturitas panis, & abundãtia &
otium ipsius & filiarũ eius. Hinc Apl̃i à p̃dicando aliqñ exempti vel interea piscati sunt, Ezech.16
vel aliud opari, & satius esse rati agere aliqd, q̃ nihil agere. Sic Paulus funes texuit, Lucas
pinxit, deipara Maria vel orando numini vel lanificio, vel lectioni vacabat, quam seruta Acto.18
Elisabetha illustris & regia mulier lanam ab orõne carpsit aut texuit, aut aliud aliqd bo-
ni operata est, ne p otium & quietem sibi tempus elaberet, nullam maiorem iacturam ar
bitrata, q̃ temporis, in quo sita est villicationis ratio, quam euangelica celebrat historia.
Sic diua Cecilia domo patricia orta sedulo historiæ euangelicæ librũ aut legit aut in gre
mio habuit obuolutum, vt semp præsto esset, quo posset exerceri & saluari verbo & facto
Sic & Marcella, sic & Sylvia Ruffina, & pleræq; aliæ nobilissimæ & sanctissimæ virgines
ac matronæ factitarunt, à parentibus suis ad eum modum instructæ. Quas vtinam velint
sequi nostri temporis parentes, suasq; filias ab otio, omnium vitiorũ occasione, deterrere,
easq; docere & monere, vt deo die ac nocte orationibus inseruiant, oratiõibus lectio suc-
cedat, & econtrario, colum teneant, fusum rotent, stamina pollice ducant, telas bombicũ
contexant, sericum, vellera & aurum in fila suo loco & tempore lente ferentes, diuinosq; co
dices pio animo legant, & non tam multa legant, quàm quæ vtilia sunt, adspernantes ma
ledica & hæretica & apocripha. Et sic quæq; vel vitent vel capessant secundum opportu
nitatem temporis, personæ, lociq;, id quod locus & tempus docebunt.

Y ¶Nonũ, raritas loquẽdi. Siqdem plurimi loquendo in pc̃m̃ inciderint, tacẽdo vix vlli.
Hinc Dauid orat: Pone dñe custodiã ori meo, & ostiũ circũst antiæ labijs meis. Sic ergo Psalm.42
(ait Iacobus) homo velox ad audiendũ, & tardus ad loquendũ. Hinc Paulus viduas (quæ Iaco.1
virginibus compsrant) corrigit & increpat, q̊d nõ solum otiosæ, sed verbosæ & curiosæ 1.Timo 5
essent, loquẽtes quæ nõ oportet. Id q̊d admodum horrendum est malum & graue, q̊d qs
ore suo condemnet. Eteñi si pro otioso verbo reddet vnusquisq; rõnem, quanto magis
pro verbo impuritatis & turpitudinis & mendacij, quod raro deest in multiloquio. Gra Math.12
uiora enim sunt verba præcipitationis quàm otiosa. Proponat igitur virgo sibi hoc Da- Psal.38
uidicum silentium, dicens: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquã in lingua meã.

Z ¶Postremũ, timor & cautio de amittẽda virginitate, tum q̊d hæc ipsa inclyta virtus se- Amos.5
mel amissa, nullo pacto reparari possit, dicẽte p̃pheta: Virgo Israel p̃iecta ẽ in terrã, nul
lus est q suscitet eã, tum quoniã mõ amittit extra matrimoniũ, semp peccat in deũ mor- Math.5
taliter, adfirmãte dño: Ego aũt dico vobis, qa oĩs, q viderit mulierem ad cõcupiscendum Iaco.2
eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Mœchari aũt est cõtra dei præceptum, cui qui
nõ paret, mortem sibi acquirit, tum deniq; virgo corrupta tã apud deum q̃ homines op-

Gene.34 probriosa, pindeq; infamis & qdē vsqueadeo reddit, vt sanctus Iacob, proculdubio deo disponente filiā suā Sichomo filio Emor principis terræ Salem, in terra Chanaan, nō modo recusauerit locare matrimonio, qa ipsam stuprarat, sed & cū filijs suis totam vrbē deuastauit vltionem filiæ ac sororis stupratæ, qui & vrbe deuastata, oues, armenta, asinos, & omnia quæ erant in agris & domibus depopulatus est, paruulos & vxores eorū captiuas duxit, quod & filia & sorore, Sichem quasi scorto abusus fuisset.

¶Ex quo vel vnico qdem serio & horribili exemplo deniq; ex oībus quæ dicta sunt, est colligere, q̄ sit generosa virtus virginitas, quā deus tot pclaris donis dotauit, vnde tot bona cœlestia & terrestria emanarint, quā & sanctissimi hoīes tātopere obseruarunt. Cuius corruptores adeo sunt mulctati, quæ deniq; tā difficile totq; remedijs acquirit & tuetur. A

1.Cor.7 Quibus acceptatis ab ea, quæ virgo esse velit, non dubiū erit, qn salutariter cōtinebit. Sin fuerit hisce seruatis, q̄ nolit, aut nō possit cōtinere, ea cōsilio apl̄i, cui vult, nubat, tm̄ in dn̄o Nubet aūt in dn̄o, quū fuerit in cōiugio, tanq̄ nō nupta, i. vt ad nihil aliud cōtraxerit, q̄ pter qd matrimoniū est à deo institutum, de quo suo etiā loco aliqua dicemus. Hic obiter monetes, hæc quæ hactenus docuimus tā ptinere ad viros q̄ mulieres, siqdem vtriq; possint cōtinere, Itemq; tam de ijs, q volunt vel ppetuo (q veri sunt virgines aureola digni) vel ad tempus nubilæ ætatis cōtinere. Itemq; de virginibus intactis q̄ tactis, cuiusmodi sunt viduæ, quæ virgines sunt, qa à Venere gustata, sicut illæ ab eadē nō gustata cōtinent & sunt præstantiores inter eas, quæ maius aduersus carnem bellum sustinent.

¶Hinc valeant, qui contra tot sanctissimas scripturas, contra tot sanctissimorum hominum exempla, contra tot bona virginitati à deo collata, virginitatem non modo posthabent coniugio, quod ne ipsum venerantur, sed & impudentissime denigrant, nimirum obscœni, mœchi, fornicatores, adulteri, hocq; genus homines Cynici, B

Galat.3 ¶Quis aūt in istos nō cū Paulo diceret: O insensati Galatæ, qs vos fascinauit nō obedi- C
Galat.1 re veritati? Ante quorū oculos Chr̄us Iesus proscriptus est, & in vobis crucifixus? Cur tā cito trāsferimini in aliud euāgelium, qd nō est aliud, nisi sunt aliqui, q vos cōturbāt, & volunt cōuertere euāgeliū Iesu Chr̄i, anathema sit, q vobis p̄dicauerit aliud euangeliū, pter
Iohan.3 id qd accepistis. Cæterū audi optime auditor, an non vere hodie Symeon vaticinatus sit de Chr̄o posito in ruinā multorū, & in signū cui cōtradicet. Quibus positus est in ruinā? Nimirū, q signo. i. Chr̄o, q verè fuit in cruce signū, qd longe plus sanauit, q̄ æneus serpens,
Nume.21 qui à Mose signū erigebat, cōtradicunt? Qūo cōtradicunt? Ipsius verba vel prorsus negantes, vel in peruersum sensum interp̄tātes. Qūo Chr̄us istis est in ruinā? Sane sicut calor
Roma.8. luto, Sol lippis, tyriaca venenatis, flos araneo. Sicut eīm sunt (Paulo scribēte) qbus oīa co
Esa.6. operant in bonū, sic sunt (vt erāt Iudæi indurati & odiosi) qbus propter malam puersæ voluntatis dispositionē, oīa vel optima cooperant in malū. De qbus Propheta: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne forte audiat auribus &c. Isti sunt q dicunt ma
Psal.1 lum bonū, & bonū malum, faciuntq; ex die noctē, bona opa negantes, vsq; adeo hodie cō mendata. Caueamus igiť frēa charissimi, ne (velut propheta dehortať) simus abituri in cōsilium impiorū, & in via peccatorū nō stemus, nec in cathedra pestilentiæ sedeamus, qbus alioq Chr̄us ruina esset, verū conabimur, vt idem nobis fit resurrectio, quales erimus, qū cū Anna Phanuelis, virgines, cōiuges, viduæ erimus, e tēplo nō discedētes, sed deo die ac nocte ieiunijs & obsecratiōibus, hocq; genus alijs pijs opibus inseruiētes, deo cōfitētes, & de eo oībus q expectant redemptionē, loquentes, vt & de vnoquoq; dici possit. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua, & hæc vidua vsq; ad annos octogintaquatuor. Faxit Deus.

¶HOMILIA IX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST: Lucæ vndecimo: Et erat subditus illis.

Dn̄ica infra octauas Epiphaniæ.



Vis tam ab omni sensu cōmuni alienus, tamq; rudis idemq; stupidus, simul ac oīs virtutis inimicus, q ex verbis nr̄i proloqui nō & admireť & imbuať, secum attētius euoluēs, qs hodie dicať fuisse subditus & qbus? Paruit sane Chr̄us Iesus Mariæ & Iosippo parētibus pauperculis, & plane humillimis creaturis. Quis obsecro subditus fuit tā exiguis creaturis? Rn̄det deus pr̄: Hic est filius me- A
Math.3 us dilectus, in q̄ mihi bn̄ cōplacui. Quis oro subditus fuit, o ange-
Marci.1 le? Rn̄det ille: Magnus ē, & fili⁹ altissimi vocat⁹. Dic Michæa: Est
Luce.1 cui dn̄s deus sedē Dauid cōtulit, vn̄ ille processit, & regnabit in do-
Mich.4 mo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Quis subdit⁹ erat?

Respon-

Respondet Apocalypsis, q est rex regum & dñs dominantiũ. Quis subditus erat? Respõ- Apoca 19
det Esaias, cuius gloria pleni sunt cœli & terra. Dic Daniel, quis fuit subditus? Cui in cœ Esa. 6
lo ministrãt millia milliũ, & decies cẽties cẽtena millia adsistũt. Dic Dauid, qs erat subdi- Daniel. 7
tus? Cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ & vniuersi, q habitãt in eo, rex gloriæ Psal. 23
dñs virtutũ, dñs fortis & potẽs. Dic Iudith, qs erat subditus? Deus cœlorũ, creator oĩm, & Iudith. 9
dñs totius creaturæ. Dic Paule, qs erat subditus? In cuius noĩe om̃e genu flectit, cœlesti- Philip. 2
um, terrestrium, ac infernorũ. Dic ecclesia, qs erat subditus? Quem terra, pontus, æthera,
colunt, adorãt, ꝑdicãt. Cui sol & luna & oĩa deseruiũt ꝑ tpa, quẽ nuper tres Magi proci- Lucæ. 2
dẽtes regẽ eundemq́ deum, certis muneribus cõfessi adorauerũt. Ille (inquã) dñs dominã
tium, creator oĩm hodie subditus fuit pauperculis suis parentibus, hoĩbus, adeoq́ misellis Phil. 2
creaturis, qui deniq; vsq; adeo patri suo cœlesti (vti hodie) obediens fuit, vt ob nostrã sa- Coloss. 2
B lutem non dubitauit turpissimam crucis mortem subire.

¶At quare obsecro ille, q est imago dei inuisibil', primogenitus oĩs creaturæ, qm̃ in ip̃o
condita sunt vniuersa in cœlis in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dñationes, si
ue principatus, siue potestates, oĩa per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes
& oĩa in ipso constant, primatum in omnibus tenens. At quare (inquam) dñs ille summus
adeo humilibus parentibus obedire dignatus est, tantamq́ de se in parentes suos obediẽ
tiam ꝑscribi tam diligẽter voluit? Qñquidẽ ait Aplus: Quæcũq; scripta sunt, ad nostram
doctrinam scripta sunt. Age, igitur, quare rex summus idemq́ dñs Max. etiã humillimis Roma. 15
parentibus obedire adeo voluit? Nimirum, vt q vita erat & via, viam veram, beatamq́ vi
tam nos instrueret, qui cœpit facere & docere, vt eius tota actio vel à puero esset instru- Iohan. 14
ctio nostra, ip̃o dicẽte: Exemplũ dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci, ita & vos faciatis. Acto. 1
Voluit sane Chrs summus idẽq; vnicus magister in seip̃o nobis palã ostẽdere, q̃ sibi sit gra Iohã. 13
ta obedientia, vtpote omni victima gratior, & q̃ sit ea opus ad cõcordiam, qua recõcilia Roma. 5
mur deo & hoĩbus. Quia ideoq́ per inobedientiã ab æterna salute cecidimus, per eandẽ 1. Regũ. 15
ad vitam peruenire debemus. Eius certe exemplum obedientiæ & humilitatis Christus
nobis præbuit & ostendit, dum ipse Imperator mundi, & cui mundus subiectus est, parẽ
C tibus suis & eorum imperio humiliter subdi dignatus est.

¶Admonemur hic subditi, vt subditi eẽ nõ dedignemur, siqdem Chrus dñs & deus nr̃
oĩbus ꝓlatus, subditus fieri nõ sit dedignatus. Et profecto miret hõ vel filij benignissimã
dignationẽ, vel mrĩs excellentissimã dignitatẽ. Vtrinq; stupor, vtrinq; miraculũ, qd fœmi
næ deus obtemperet, humilitas absq; exemplo. qd à fœmina deo ꝓcipit, sublimitas sine so
cio. Disce ergo (inqt Bernardus) o homo obedire, disce terra subdi, disce puluis obtẽpera-
re, erubesce cinis. Deus se humiliat, tu te exaltas. Deus se hoĩbus subdit, & tu dominari ge
stis hoĩbus, tuo te præponis authori. Quoties cũ hoĩbus præesse desidero, toties deũ me
D um præire contendo, & tunc non vere sapio quæ dei sunt.

¶Ad obedientiã vero parẽtum & superiorũ (nam & hi loco habent parentum) filij inui
tantur à natura, qua videmus etiam bruta animalia in omni obedientia curam suorũ parẽ
tum gerere. Siqdem apes suum regem cum omni reuerentia sequunt. Vnde Vergilius: Vergil. 4
Magnisq́ agitant sub legibus æuum. Præterea regem nõ sic Aegyptus, & ingens Lydia Georgi.
nec populi Parthorũ, aut Mœdus Hydaspes obseruant, rege incolumi mens oĩbus vna ẽ. Plini. lib. 10
Ille operũ custos, illum admirant, & omnes circumstant fremitu denso, stipantq́ frequen cap 21
tes. Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello obiectant, pulchramq́ petunt per vulne Plini. lib. 8.
ra mortem. Sic & grues feruntur parentibus depilatis dare vitæ necessaria, quo ad succre ca. 1. & 4
scant pili. Sic & elephas à quopiam è fouea redemptus suo iam deinde domesticus redẽ- Ephe 6
ptori efficitur obediens & subiectus. Col. 3
Gene 6
E ¶Inuitant & filij ad obedientiam à scriptura dicente: Filij obedite parentibus vestris. Gene. 44
F ¶Ab exemplo, hodie qdem Chri, q fuit subditus suis parẽtibus. Sic filij Noe cõstruen-
tes arcam, quum ijs à cæteris haberet delyrus, semꝑ patri in officio fuere, & ad om̃e senis
imperiũ parati. Sic filij Israelis vsq; adeo patrẽ senẽ reueriti sunt, vt professi apud Iosip-
pum sint, aut sibi ꝑpetuo exulandum, aut frẽm, cuius supplicium deꝓcabant, seni restituẽ Gene. 25
dum esse. Isaachus adeo patri Abrahamo obediens fuit, vt in agni spẽm se patri immolan
dum præbuit. Et sane dubitari queat, paterna ne pietas magis deo placuerit, an filij obse- 3. Reg. 12
quium? Quod vero filij Dauidis patri obedierint argumẽto est, quod ille extremo vitę tẽ 1. Para. 13
pore, Solomonem puerũ adhuc, & adulterio cõceptum, regem declarauit, quum plures fi
lij adessent grandes natu, & prudentia nõ vulgari, verũ ij nõ modo nõ patri iuerunt obul-
am, sed eius voluntatẽ (ceu oraculum) secuti, nihil etiã post senis interitũ mutare sunt ausi. 2. Mach. 7
Sic septem filij matri Machabææ vsq; adeo obedierunt, vt citius mortem oppeterent, q̃ à
maiorũ pietate declinarent. Cuius vocem & imperium reueriti, vnus post alium sese mor
ti deuouerunt, satius rati se priuari vita, q̃ matri non parere honesta & vtilia præcipienti.

Atq; vti-

Atq; vtinam hosce sequerent filij nostræ ætatis in vera ipsa religione vel tenenda vel turo da, haud dubium, qnin à deo benedicerent. Nam & illi ad obedientiam inuitantur.

Eccl.5 ¶A benedictiōe & vtilitate. Ait em̄ scriptuea: Qui honorat patrē suū vita viuet lōgiore G
Exo.20 Et rursus: Honora patrē tuū & matrē tuā, vt sis lōgæuus sup terrā. Et ruesus: Honora pa-
Eccl.3 trē tuū & matrē tuā & supueniet tibi benedictio, s. reꝝ spūaliū & tpaliū. Sic pauloañ memorati à deo oēs fuere benedicti, variasq; ab ipso recepeeūt benedictiōēs & grās, quas & nūc filios recipere possent obediēdo parētibus. Ad quā etiā obediētiā cogi deberēt ex se-
Deut 21 rio idūi pcepto, quo cauet vt q inobediēs cōtumacitee sit parētibus, ab eis accusatus corā
1.Reg.15 iudice, dilapidet à pplo. Hinc Achor propter inobediētiā lapidatus tradit. Sic duo gene
Gene.19 ri Loth, qa illi nō obedierūt, in dānatiōis locū corruerūt. Sic qa pthoplasti deo patei non
Gene.3 obedierūt, ppetuo sunt exilio cum omi posteritate damnati. Sic Noe intēpestiuū & sto-
Gene 9 lidū filij risum pprtuo mulctauit exilio. Quid multis? Nullus pene ē sanctaꝝ scripturaꝝ locus, in quo nō maximopere cōmendaeet filioꝝ & seruoꝝ obedientia, in quo nō fieret promissio benedictionis ipsis obedientibus, maledictionis autem inobedientibus.

Eccl.3 ¶Studeant igitur exhibeee parentibus filij debitam obedientiam, quæ est: Primo illos H veebo & facto honorare, humiliter alloqui, supportare, non irritare, non peobrosos red-
1.Timot.5 dere, vitia illorum tegere. Vnde scriptuea: Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in omni vita sua. Et si defecerit, veniam da, & non spernas eum.

Matth.15 ¶Secundo illos quacunq; in necessitate sustentare & alere & iuuare. Hinc Paulus: Filij I reddite vicem parentibus, hoc enim acceptum est coram deo, vicem reddimus, cum nu-
Exo.20 trimus eos. Vnde Chr̄us rep̄hendit pharisæos, q inducebant filios ad vouendum oblationes in templo, quoniam interim parentes in necessitate neglexerunt, dicentes: Irritum fecistis mandatū dei propter traditiones vestras, secundū illud: Honora patrē & matrē.

¶Quaten⁹ aūt filij debeāt obedire parētibus. Hodie Chr̄s suo docet exēplo, nimiꝝ qua- K tenus deo in primis, q̄d eius ē, deserat, nec in eo, q̄d ē euidēter cōtra deū, vel cōtra filioꝝ salutē parētibus ē obediēdū, sed humilr & modeste r̄ndendū cū Petro & alijs Apl̄is: Deo
Acto.5 magis oportet obedire q̄ hoībus. Ne de⁹ dicat, q̄ Adæ dixit: Pro eo q̄ obedisti voci vxo-
K ¶ Septimo, vt ei⁹ tã amarę passiõis memoria, recitatiõeq; admoniti, illi cõpatiamur, & cõpatiẽtes, cõreguem⁹. Hic Ap̃ls: Ipse eñi spũs testimoniũ reddit spũi nr̃o, q̃d sum⁹ filij dei. Si ãt filij dei & hęredes, hęredes qdẽ dei, cohęredes ãt Chr̃i si tñ cõpatimur, vt & cõglorificemur. Et ad Timo. Fidelis (inqt) sermo. Nã si cõmorati sum⁹ & cõuiuem⁹, si sustinebim⁹ & cõregnabim⁹. Videtis ergo (charissimi frẽs) quã nõ sit frustra, sed maxie salutare ac pficuũ, Iesu Chr̃i & audire & memorare passionẽ. Vñ factũ, q̃d tãtope ad eãdẽ passionẽ attẽdẽdã corde & vidẽdã dñs p pphetã oẽs, q trãseũt p viã, inhortatus ẽ: nimirũ, q voluerit nos olim eorũ, q̃ dicta sunt, imo & multorũ aliorũ bonorũ fieri participes, suãq; passionẽ in nobis nequaq̃ frustratũ iri, q̃ certe ꝓrsus frustraret, si min⁹ illi⁹ ex aio essem⁹ memores, sed qdẽ ingrati. Nihil sane ẽ ad faciẽdã vocationẽ nr̃am certã adeoq; electionẽ ad vitã æternã melius, efficaciusq; pia de Iesu Chr̃i passiõe, recordatiõe atq; meditatiõe. Sane (inq̃) nihil ẽ deo gratius, nihil saluti hoĩs cõducibilius q̃ crucẽ dñi baiulare, illiq; portãdo auxiliari p freqntẽ & deuotã in corde recordationẽ & cõpassionẽ, p crebrã in ore & supplicẽ grãrũ actionẽ, p verã & nõ hypocriticã ĩ corpe flagellationẽ & castigationẽ. Ita qdẽ, vt saluatori nr̃o corde sim⁹ & ore & ope grãs agẽtes, ita eñi fiet, vt vere sim⁹ Chr̃iani, si vere ad hũc modũ dilexerim⁹ Chr̃m, q & nos ipe pariter sic dilexit, ad quẽ sic redamãdũ hortat Iohãnes dicẽs: Filioli mei, nõ diligamus verbo neq; lingua, sed ope & veritate. Talis sane Iesu Chr̃i dilectio, q̃ vel solũ ex pia freqntiq; dñicæ passiõis meditatiõe subnascit, vera ẽ via, p quã itur, vera porta, p quã igredimur ad optatũ finẽ. Quis eñi ignorat p piã, fructiferãq; Chr̃i passionẽ, electorũ nobis spũaliũ bonorũ materiã copiosissime ministrari? Vbi eñi (q̃so) nr̃a ẽ gloriatio, vbi spes & lętitia nr̃i cordis, nisi in Chr̃o Iesu vnico & summo vere bono & in cruce eius, i. in ptiosissimo eius passiõis thesauro, in q̃ abscõditi sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ, sciæ, virtutis, cõsolatiõis. Siqdẽ vera dñicæ passiõis meditatio indoctissimũ quẽq; reddit doctissimũ, ex imperitis facit magistros, magistros dico nõ sciæ, quę inflat, sed charitatis q̃ ædificat. Hinc felix ille, ijdemq; gloriosissimus doctor & ap̃lus Paulus, q in tertiũ raptus coelũ ea audiuit arcana, q̃ homini nõ licet loqui mellifico quodã cordis affectu. Nihil (inqt) arbitratus sum me scire inter vos, nisi Iesum Chr̃m, & hũc crucifixũ. O vere excellens, salutarisq; scia, quæ nimirũ vniuersa, quæ ad salutẽ sunt necessaria, pdocet, mũdi cõtemptũ vbiq; amorẽ vnice psuadens. Hæc est illa eminens scia, propter quã Ap̃lus oĩa detrimentũ esse existimauit, & vt stercora arbitratus est. Atq; vtinã (frẽs in dño dilectissimi) hãc illam oĩa salutis sciam hodie cũ Paulo pdiscatis, vt & quisq; aliqñ vestrum cũ illo dicere possit: Nihil arbitratus sum me scire inter vos, nisi Iesum Chr̃m, & hũc crucifixum. Rom. 8 2. Timo. 2 1. Iohan. 3 Coloss. 2 1. Cor. 8 2. Cor. 12 Phil. 3 1. Cor. 2

Id quod

Idq̃d futuꝝ spero si Iesu Chr̃i dei nr̃i ac vnici redẽptoris amarã passionẽ eatenus attẽde
ritis & videritis, q̃tenus ipe in themate nr̃o monet, inquens: O vos oẽs q̃ trãsitis p viã attẽ-
dite & videte. s. corde, verbo & facto, si est dolor similis sicut ẽ dolor meus. Vult etẽm vt suã
sic meditemur passionẽ, vt plane, nullã ea maiorẽ vnq̃ nec fuisse nec futurã intelligamus.

Matth. 27 ¶Talẽ vero illã fuisse & tãtã intelligemus, vbi cõsiderauerimus ex aino qdẽ. Primo, q̃d L
Marc. 15 Chr̃s dñs in sua illa passiõe oĩbus suis sit rebus & vestibus nudatus & spoliatus, vt nec inte
Psal. 21 rim reliq̃rint illi fẹmoralia, id q̃d nunq̃ alicui, vel quãlibet malo latroni factũ legim⁹. Postq̃
Gene. 3 aũt (ait Euãgelista) crucifixerũt eũ, diuiserũt vestimẽta eius, fortẽ mittẽtes, vt impleret p
Prophetã dictũ &c. Vide igit hõ, vt & ipe crucẽ dñi ascẽsurus, nudus ascendas, seculum,
vti Chr̃us victurus seculi adiumẽta nõ quæras. Victus est Adã, qui vestimenta quæsiuit,
vicit ille, qui tegumẽta deposuit. Talis ascendas, qualis es (authore deo) natura formatus.
Talis in paradiso homo primus habitauit, talis ad paradisum homo secũdus intrauit.

¶Scdo, q̃ fuerit impie, turpiter, impudẽter, & plurifariam derisus, subsannatus, contẽ- M
ptus. Siqdẽ vt latro sit traditus, captus, ligatus, velatus, cõsputus, alapis & colaphis cæsus,
veste alba illusus, purpura in opprobriũ idutus, spina coronatus, arũdine p sceptro insi-
gnit⁹, derisorie adorat⁹ & salutat⁹ rex Iudæoꝝ. Et tot deniq; ac tãtis illusiõib⁹ scõmatis, de
risiõibus, cõtumeliis, iniuriisq; affectus vt credi par sit, euãgelistas tot & tãtas breuitatis &
Psal. 2 turpitudinis cã nõ descripsisse, nec oẽs nisi in extremo die iudicii patefactum iri, qñ dñs in
Psal. 108 glĩa maiestatis suæ veniet. Adeoq; vt & ipe q̃rul⁹ de se p pphetã dicit: Ego ãt sum vermis
Esa. 53 & nõ hõ, opprobriũ hoim & abiectio plebis. Oẽs vidẽtes me, deriserũt me, locuti sunt labiis
& mouerũt caput. Tã pfecto derisus, despectus & cõsputus ẽ, vt de eo dixerit Esaias: Nõ ẽ
spẽs ei neq; decor. Et vidim⁹ eũ, & non erat aspect⁹, & desiderauim⁹ eũ despectũ, & nouissi

¶Accedit cumulo irrisiõis, verecũdiæ, cõfusiõis & ignominiæ. Locus ipe (mũ viroꝝ. N
& tp̃s passiõis. Vbi (quæso) tot & tã nephãda Chr̃us ptulit? Nimiꝝ in patria, inter cogna
tos & notos, in Hier̃m, in ciuitate regia & famosa & populosa, extra portã, in loco Cal-
uariæ, loco (inquã) punitiõis fœtido, immũdo, abiecto, vbi malefactores pessimi quiq; oc
cidebant, in medio latronũ, in cruce pinde ad spectaculũ eleuatus, flentibus amicis & in-
sultãtibus sine cõpassiõe aliqua inimicis. Qñ talia (quæso) passus est? In paschate summa vt-
Luc. 23 pote Iudæoꝝ solẽnitate, ad quã nõ solũ ex Iudæa, sed ex diuersis gentium natiõibus ma-
xima confluebat multitudo, ea die ad Chr̃i crucifixionẽ haud secus atq; ad famosum spe
ctaculũ vndecũq; cõcurrẽs, cui dñs Iesus Chr̃us ludibrio factus est & turpi spectaculo.

¶Tertio cõsideremus quãtã corpis pœnã & afflictionẽ sustinuerit? Et sane monet nos O
hodie thema, dicẽs: si est similis dolor sicut dolor meus &c. vult eñ passionẽ suã oĩbus oĩm
martyꝝ passiõibus fuisse acerbiorẽ, & creditu qdẽ dignissimũ, quũ eñ caro Chr̃i beatissi-
Esaie. 1 ma certo fuerit & mũdissima & tenerrima, certũ est passionẽ in ea fuisse acerbissimã & ma
Psal. 21 ximã, quæ etiã ipo qdẽ facto pene Infinita fuit & prorsus continua, vt verissime de Chr̃o
passo dici possit hoc Esaiæ: A plãta pedis vsq; ad verticẽ, nõ est in eo sanitas. Hinc de se-
ipso p Prophetã Chr̃us: Sicut aqua (inq̃t) effusus sum, & dispersa sunt oĩa ossa mea. Factũ
est cor meũ, tanq̃ cẹra liquescẽs in medio vẽtris mei. Aruit tanq̃ testa virtus mea, & lin-
gua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerẽ mortis deduxisti me. Sane talẽ ipm dñm no
strũ benedictũ fuisse, inueniemus vbi eius à principio passiõis modũ cõsiderauerimus, cu-
ius nimiꝝ dolor citra aliquã fuit pausam. Ipsum eñ dñm bñdictũ alius tradit, alius cõpre
hẽdit, alius ligat, alius ducit, alius ipellit, alius exclamat, alius insurgit, alius vexat, alius cir
cũuoluit, alius iterrogat, alius cõtra eũ falsum testimoniũ dicit, alius accusat, alius deludit,
alius blasphemat, alius in eũ expuit, alius oculos velat, alius in faciẽ cẹdit, alius colaphizat,
alius veste alba induit, alius spernit, alius ad columnam eum ducit, alius dum ducitur, p-
cutit, alius vociferat, alius eũ insultãter ad vexãdum suscipit, alius in eũ impetũ facit, alius
expoliat, alius ligat ad colũnã, alius flagellat, alius eũ pupura in cõtumeliã vestit, alius spi
nis eũ coronat, hæc & hoc gen⁹ turpissima opprobria & tormẽta nõ solũ alius, sed alii plu
rimi intulerũt. Sane ducit ille atq; reducit de iudicio in iudiciũ, de opprobrio in oppro-
Psalmo. 2 briũ, de supplicio in supplicium, spernit & reprobat, voluit & circũflectit huc atq; illuc tanq̃
stultus atq; ibecillis, imo tanq̃ latro & turpissimus malefactor. Astãt cõtra eũ ptinacissime
pricipes, scribæ & pharisæi & millia ppl̃i. Acclamat ab oĩb⁹ vnanimiter & incessanter cru
cifigat. Crux hæreris ei⁹ iã fractis & laceratis iponit, in q̃ crucifigat. Cõcurrũt vndiq; ciues
Psal. 68 & aduenę tã maximi q̃ ifimi, potatores & lusores, nõ ad cõpatiẽdũ sed deridẽdũ. Nemo ẽ
q̃ eũ recognoscat, sed luto & imũditiis eũ impetũt & affligũt. Et dũ suã portat ignominiã
factus ẽ illis in parabolã. Cõtra eũ loq̃bant, q̃ sedebãt in porta, & in eũ psallebãt, q̃ bibebãt
vinũ. Impellit & anxiat, trahit & accelerat, sicq; fatigat⁹, flagellat⁹, cruciat⁹, macerat⁹ &
opprobriis saturat⁹, nec dat vlla qes, nisi q̃ fuit crucifixio & lect⁹ doloris, qa certe tãt⁹ fuit
Psal. 68 vt & ipe p pphetã hodie lamẽtatus sit. Intrauerũt aq̃ vsq; ad aiam & suas in me linguas &
manus exacuerunt.

¶Quam

P ¶Quàm ergo bene hortat hodie, inquiēs: O vos oēs, qui trāsitis, &c. Accedit immēso Esa.53
dolori, q istā intolerabilia passus sit, qui (vt oēs docent scripturæ) innocēs manibus est & Gene.
mūdo corde, q peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Qui fecit cœlū & terrā, Heb.4
mare, & oīa quæ in eis sunt. Qui cūcta creauit, tenet, regit, & protegit. Cui oīa nuda sunt Psal.33
& aperta, q vult oēs hoīes saluos fieri, q cæcos illuminauit, surdos audire fecit, mutos loq, 1.Timot.
claudos fieri rectos, leprosos mūdauit, debiles restituit, infirmos curauit, mortuos resusci Marc.7
tauit. Et oīa deniq; bñ fecit: nimirū ipse dei filius, deus verus, summe potēs, sapiēs & bon°.

Q ¶Accedit q́q; dolori, q tam nephanda & crudelia nō ab extraneis, sed à suis & domesti
cis passus sit, nec à quibuslibet vicinis & notis, sed à filijs & fratribus, vtiq; à Iudæis, q̄s sæ- Matth.15
pe filios vocat & fratres, alibi dicēs: Nō est bonū sumere panē filiorū & mittere canib°. Et Luc.19
rursus ad patrē: Narrabo nomē tuū fratribus meis. s. Iudæis, ex qbus erat secūdū carnem. Psal.21
Hinc ipse in psal. Amici mei & proximi mei aduersus me appropinquauerūt & steterūt. Psal.73
Et in Esaia: Filios enutriui & exaltaui, ipsi aūt spreuerūt me. Et in Cāticis: Filij matris meæ Esaiæ.
pugnauerūt cōtra me. Et p pphetā: Qm̄ si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem Canti.1.
vtiq;. Et si is qui oderat me, sup me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsan ab Psal 54
eo. Tu vero vnanimis, dux meus & notus meus. Qui simul dulces mecū capiebas cibos.

R ¶Accedit postremo, q tā nefanda p ingratissimis pctōribus sustinuit, dicēte Aplo: Ob- 2.Cor.5
secramus p Chro, recōciliamini deo. Eū q nō nouerat pctm̄, pro nobis pctm̄ fecit, vt nos
efficeremur iustitia dei in ipso. Siqdē ait Petrus post Esaiā: Peccata nra ipse ptulit in cor 1.Pet.2
pore suo sup lignū. Ipse aūt vulnerat° est ppter iniquitates nras, attritus est ppter scelera Esa.53
nra. Hinc ipsemet suorū impietatē, crudelitatē, ingratitudinē nō sine summo animi dolore
cōsiderās, hodie ait: Popule meus, qd feci tibi, aut in q̄ cōtristaui te? rñde mihi. Quia eduxi Michę.6
te de terra Aegypti, parasti crucē saluatori tuo. Quia duxi te p desertū q̄draginta annos,
& māna cibaui te, & itroduxi te ī terrā satis optimā, parasti crucē saluatori tuo. Quid vltra Exod.16
debui facere tibi, & nō feci? Ego qdē plātaui te vineā meā speciosissimā, & tu facta es mihi Esa.5
nimis amara: aceto nāq; felle mixto sitim meā potasti, & lācea pforasti latus saluatori tuo. Hiere.2

¶Hæc saue, hoćq; genus alia sunt, q̄ cōferūt ad verā, piá́q; Iesu Chri passiōis meditatio
nē, ad quā hodie hortat idē, inquiēs: O vos oēs, q trāsitis p viā, &c. Quæ vt clare & vere
sub oculos veniāt adeó́q; sub corda descēdāt, audiēda ē veridica de ijs historia, à q̄tuor euā
gelistis cōcorditer, spū sancto dictāte, memoriæ prodita, quā vt eo facilius & memoret, &
obseruet, iuxta diei partes deducemus. A primo Completorio (q̄d dicunt) auspicaturi.

HOMI. XXXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth.26.27. Marc.14.15. Luc.22.23. Iohan.18.19

In ferijs dominicæ parasceues, in passione domini.

M. ¶Circiter horam primam Completorij.

A 

Acta cœna (de qua pridie diximus) nouissima, Et hymno dicto. Matth.26
Ioh. Egressus est Iesus cū discipulis suis trans torrentē Cedron. Iohan.18
Luc. secundū cōsuetudinē in montē oliuarū. Naus. Locū à tumul
tu hoīm vacuū, & sic orationibus atq; cōtemplationibus aptum,
dño dicēte: Tu cū oraueris, intra in cubiculū tuū, & clauso ostio,
ora patrē tuū in abscondito, & pater tuus q videt in abscondito,
reddet tibi. Præterea, vt hoīs salus in horto inciperet, q̄ in horto
perdita est. M. Venit in villā Gethsemani. I. vbi erat hortus, in Matth.6.
quē intrauit ipse & discipuli eius. Sciebat aūt & Iudas, q tradebat
eū, locū, q frequēter Iesus cōuenerat illuc cū discipulis suis. M.
Tunc dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadā illuc & orē. Et adsumpto Petro & duo-
bus filijs Zebedæi, cœpit cōtristari & mœstus eē. R. pauere & tædere. Et ait illis: Tristis ē
aīa mea vsq; ad mortē. Sustinete hic & vigilate. N. Timuit timore naturali & humano. s.
mortē, nō fugitiuo: siquidē oblatus est, q voluit. M. Mecū. L. Et orate, ne intretis in ten Esa.53
tationē. Et ipse. M. progressus pusillū. L. auulsus ē ab eis, q̄tū iactus ē lapidis, & positis ge
nibus. R. procidit sup terrā. M. in faciē suā. R. orabat, vt si fieri posset, trāsiret ab eo hora,
& dixit: Abba pr, oīa tibi possibilia sunt. L. Si vis. R. trāsfer calicē hūc à me. Sed nō q̄d ego
volo, sed q̄d tu. M. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiētes, & dicit Petro.
R. Simon dormis? M. Sic nō potuistis vna hora vigilare mecū, vigilate & orate, vt nō in-
tretis in tētationē. Spūs qdē prōptus est, caro aūt infirma. Iterū secūdo abijt & orauit, di-
cens: Pater mi, si nō pt hic calix trāsire, nisi bibā illū, fiat volūtas tua. Et venit iterū & inue
nit eos dormiētes. Erāt em̄ oculi eorū grauati. R. & ignorabāt qd rñderent ei. M. Et reli-
ctis illis, abijt iterū, & orauit tertio eūdē sermonē, dicēs. L. Apparuit aūt illi angelus de cę
lo cōfortās eū, & factus in agonia prolixius orauit. Et factus ē sudor eius sicut guttę san-

guinis decurrētis in terrā. Et quū surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos. R. tertio. L. inuenit eos dormiētes præ tristitia, & ait illis: Quid dormitis? M. Dormite & requiescite. R. Sufficit. M. Ecce appropinquabit hora, & filius hoīs tradet in manus peccatorū. Surgite, eamus, Ecce appropinquabit, q me tradet. R. Ecce, q me tradet, prope est. Et adhuc eo loquēte. M. Ecce. R. Iudas Iscarioth vnus de duodecim. I. Et cū accepisset cohortē, & à pōtificibus & pharisæis ministros, venit, &. M. cū eo turba multa missi à principibus sacerdotū. R. & scribis & senioribus, & cū gladijs & lignis. M. & fustibus. I. cū laternis, facibus & armis. M. Qui aūt tradidit eū, dedit eis signū, dicēs: Quēcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū. R. & ducite eū caute. L. Et antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularet eū. M. Et cōfestim. R. cū venisset, statim accedēs ad eū, ait. M. Aue rabbi, & osculatus est eū. Dicit illi Iesus: Amice, ad qd venisti? L. Iuda, osculo filiū hoīs tradis? I. Iesus aūt sciens oīa, q̄ ventura erāt sup eū, processit & dixit eis: Quē quæritis? Rñderūt ei: Ie

Iohan. 17 sum Nazarenū. Dicit ei Iesus: Ego sum. Stabat aūt & Iudas, qui tradidit eū, cū ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierūt retrorsum & ceciderūt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos: Quē quæritis? Illi aūt dixerūt: Iesum Nazarenū. Rñdit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me q̄ritis, sinite hos abire, vt impleret sermo, quē dixit: Quia q̄s dedisti mihi, nō perdidi ex eis quenq̄. M. Tunc accesserunt & manus iniecerūt in Iesum, & tenuerunt eum.

¶L. Videntes aūt ij, q circa ipm erāt, qd futurū erat, dixerūt: Dñe, si pcutimus in gladio? B
Rñdēs aūt Iesus, ait: Sinite vsq; huc. I. Simon ergo Petrus. M. vnus ex ijs, q erāt cū Iesu. I. habēs gladiū. M. extēdēs manū. I. eduxit eū, & pcussit pontificis seruū, & abscidit auriculā eius dextrā. Erat aūt nomē seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro: Mitte gladiū tuū in vaginā. Calicē quē dedit mihi pr̄, nō vis, vt bibā illū? M. Oēs em̄, q acceperint gladiū, gladio peribūt. An putas, q nō possum rogare patrē meū, & exhibebit mihi plus q̄ duodecim legiones angelorū? Quō ergo implebunt scripturæ, q sic oportet fieri. L. Et cū tetigisset auriculā eius, sanauit eū. M. In illa hora dixit Iesus turbis. L. ad eos, q venerant ad se, principes sacerdotū, & magistrat⁹ tēpli, & seniores. M. Tanq̄ ad Latronē existis cū gladijs & fu

Esaiæ. 53 Psal. vbiq; Oēs quidē scripturæ, de Chri tanta passione scripserūt. Iohan. 11 stib⁹ cōprehēdere me. L. cū q̄tidie fuerim vobiscū in tēplo. M. docēs. L. nō extēdistis manus ī me. M. & nō me tenuistis. L. Sed hæc ē hora vr̄a & potestas tenebrarū. M. Hoc aūt totū factū est, vt implerent scripturæ pphetarū. Tūc discipuli oēs, relicto eo, fugierūt. R. Adolescēs aūt quidā sequebat eū, amictus sindone sup nudo & tenuerūt eū, at ille reiecta sindone, nudus pfugit ab eis. I. Cohors aūt & tribun⁹ & ministri Iudæorū cōprehēderūt Iesum, & ligauerūt eū & adduxerūt eū ad Annā primū. Erat em̄ socer Caiphę, q erat pōtifex anni illius. Erat aūt Caiphas, q cōsiliū dedit Iudæis, q expedit vnū hoiem mori p pplo.

¶Sequebatur aūt Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus aūt ille erat notus C
pōtifici, & intrauit cū Iesu in atriū pontificis. Petrus aūt stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus, q erat notus pōtifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunqd & ex discipulis es hois istius? Dicit ille: Nō sum. Stabant aūt serui & ministri ad prunas, q frigus erat, & calefaciebāt se. Erat aūt cū eis & Petrus, stans, calefaciens se. L. Quē cū vidisset ancilla q̄dā sedentē ad lumē, & eū fuisset intuita, dixit: Et hic cū A
illo erat. At ille negauit eū. M. corā oibus, dicēs. L. Mulier, nō noui illū. R. neq; scio, neq; noui qd dicas. Et exijt foras ante atriū, & gallus cantauit. ¶I. Pontifex ergo interrogabat Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Rñdit ei Iesus: Ego palā loquutus sum mūdo, ego semp docui in synagoga & in tēplo, q̄ oēs Iudæi cōueniūt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos q audierūt, qd locutus sum ipsis. Ecce ij sciunt, qd dixerim ego. Hæc aūt cū dixisset, vnus adsistēs ministrorū, dedit alapā Iesu, dicēs: Sic rñdes pōtifici? Rñdit ei Iesus: Si male locutus sum, testimoniū perhibe de malo. Si aūt bene, qd me cædis? Et misit eū Annas ligatū ad Caiphā pontificē. M. principē sacerdotū, vbi. R. conuenerunt oēs sacerdotes & scribæ. M. & phariseī. R. & seniores. D

¶Petrus aūt à lōge secutus est eū vsq; intro in atriū summi sacerdotis. L. Et accēso igne E
in medio atrij, & circū sedētibus illis, erat Petrus in medio eorū. M. Exeūte aūt illo ianuā, vidit eū alia ancilla. Et ait ijs, q erāt ibi: Et hic erat cū Iesu Nazareno. L. Et post pusillum alius vidēs eū, dixit: Et tu de illis es? I. Dixerūt ergo ei: Nunqd & tu ex discipulis eius es? Petrus vero ait. L. O hō, nō sum. M. Et iterū negauit eū cū iuramēto, qa nō noui hoiem. Et post pusillū. L. interuallo facto q̄si horæ vnius. M. accesserūt, q stabāt, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nā & loquela tua te manifestū facit, nā & Galilæus es. I. Dicit ei vnus ex seruis pōtificis, cognatus eius, cuius abscidit auriculā: Nōne ego te vidi in horto cū illo? Iterū ergo negauit Petrus. M. Tūc cœpit. R. anathematizare. M. detestari & iurare, qa nō nouisset hoiem. R. istū, quē dicitis. M. Et cōtinuo. L. adhuc eo loquēte. R. statim gallus iterū cātauit. L. Et cōuersus dñs respexit Petrū. Et recordatus est Petrus verbi dñi. M. Iesu, q̄d dixerat, priusq̄ cātet gallus, R. bis, ter me negabis. M. Et egressus foras, fleuit amare.

¶Prin-

F ¶Principes aũt sacerdotũ. R. summi sacerdotes, & omne consilium quærebant. M. fal-
sum testimoniũ cõtra Iesum, vt eũ morti traderẽt, & non inuenerunt, cũ multi falsi testes Iohan. 2
accessissent. R. Et cõueniẽtia testimonia nõ erãt. M. Nouissime aũt venerũt duo falsi testes,
& dixerũt, Hic dixit. R. Ego dissoluã tẽplũ hoc manufactũ, & post triduũ aliud nõ manu-
factũ ædificabo, Et nõ erat cõueniens testimoniũ illorũ. Exurgens aũt summus sacerdos
in mediũ, interrogauit Iesum, dicẽs: Nõ respondes quicq̃ ad ea, q̃ tibi obijciunt ab ijs. M.
q̃isti aduersum te testificant? Iesus aũt tacebat. R. & nihil rñdit. M. Et princeps sacerdo-
tũ ait illi: Adiuro te p deũ viuũ, vt dicas nobis, si tu es filius dei. R. bñdicti. M. Dixit illi Ie-
sus: Tu dixisti. R. Ego sum. M. Veruntamẽ dico vobis: Amodo videbitis filiũ hoĩs seden
tẽ à dextris virtutis dei, & veniẽtẽ in nubibus cœli. Tũc princeps sacerdotũ scidit vestimẽ
ta sua, dicẽs: Blasphemauit, q̃d adhuc egem⁹ testibus? Ecce nũc audistis blasphemiã. Quid
vobis videt? R. Qui oẽs cõdẽnauerũt eũ, reũ esse mortis. L. Et viri, q tenebãt eũ, illudebãt
ei, cędẽtes. M. Tũc. R. cœperũt quidã cõspuere. M. Expuerũt eñi in faciẽ eius. L. & velaue
rũt eũ, & pcutiebãt faciẽ eius. M. & colaphis eũ ceciderũt. Alij aũt palmas in faciẽ eius de-
derũt, dicẽtes: Prophetiza nobis Chr̃e, qs est q te pcussit? L. Et alia multa blasphemãtes
dicebãt in eũ. Hæc hactenus à primo Cõpletorio, p̃q; totã noctẽ vsq; ad mane facta sunt.

¶A Matutino tempore.

G ¶M. Mane aũt facto, conciliũ inierunt oẽs principes sacerdotũ, & seniores populi. L.
& scribæ. M. aduersus Iesum, vt eũ morti traderẽt. L. Et duxerunt illũ in cõciliũ suũ, dicen
tes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, nõ creditis mihi. Si aũt interro
gauero, nõ rñdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hoĩs sedẽs à dextris virtu-
tis dei. Dixerunt aũ[t] [oẽ]s: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, q a ego sum. At illi di-
xerunt: Quid adhu[c de]sideramus testimoniũ? Ipsi eñi audiuimus de ore eius. L. Et sur-
gens omnis multitu[do] eorũ, duxerunt illum. M. vinctum. I. à Caipha in prætorium.

¶A prima hora dei.

H ¶M. Et tradiderũt eũ Pontio Pilato p̃sidi. I. Et ipsi nõ introierũt in p̃toriũ, vt nõ cõta-
minarent, sed vt mãducarẽt pascha. Exiuit ergo Pilatus foras ad eos. M. Tunc vidẽs Iu-
das, q eũ tradidit, q̃ dãnatus esset, pœnia ductus, retulit triginta argẽteos principibus sa
cerdotũ & senioribus dicẽs: Peccaui, tradẽs sanguinẽ iustũ. At illi dixerũt: Quid ad nos, tu
videris? Et proiectis argẽteis in tẽplo, recessit, & abiẽs laqueo se suspẽdit. Principes autẽ
sacerdotũ, acceptis argẽteis, dixerũt: Nõ licet eos mittere in carbonã, q a p̃tiũ sanguinis ẽ.
Cõsilio aũt inito, emerũt ex ipsis agrũ figuli, in sepulturã peregrinorũ. Propter hoc vo-
catus ẽ ager ille lingua eorũ, Acheldemach, hoc ẽ, ager sanguinis, vsq; ĩ hodiernũ diẽ. Tũc Acto. 1.
adimpletũ ẽ, q̃d dictũ est p Hieremiã p̃phetã dicẽtẽ: Et acceperũt triginta argẽteos, p̃tiũ Hiere. 32
ap̃p̃tiati, quẽ ap̃p̃tiauerũt à filijs Israel, & dederũt eos ĩ agrũ figuli, sicut cõstituit mihi dñs. Zacha. 11.

I ¶Iesus aũt stetit an[t]e p̃sidẽ. I. Et dixit: Quã accusationẽ affertis aduersus hoĩem hunc?
Rñderunt & dixerun[t: S]i nõ eẽt hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eũ. Dicit ergo eis Pi Lucæ. 18
latus: Accipite eũ vos, & scd̃m legẽ vestrã iudicate. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nobis nõ licet
interficere quenq̃, vt sermo Iesu impleret quẽ dixit, significãs, q̃ morte esset moriturus. L.
Cœperunt aũt illũ accusare, dicẽtes: Hunc inuenimus subuertere gentẽ nostrã, & prohi-
bentẽ tributa dare Cæsari, & dicentẽ, se Chr̃m regẽ esse. I. Introiuit ergo iterũ in p̃toriũ
Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorũ? Rñdit Iesus: A temetipso hoc di Matth. 28
cis, an alij dixerũt tibi de me? Rñdit Pilatus: Nunq̃d Iudæus sum ego? Gens tua & põtifi Marc. 15
ces tui tradiderũt te mihi. Quid fecisti? Rñdit Iesus: Regnũ meũ nõ est de hoc mundo. Si Lucę. 10
ex mundo esset regnũ meum, ministri mei vtiq; decertarẽt, vt nõ traderer Iudæis, nunc Iohan. 4
aũt regnũ meũ nõ est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Rñdit Iesus: Tu dicis, q a
rex ego sum. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimoniũ perhibeã ve-
ritati, omnis q est ex veritate, audit vocẽ meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas?

K ¶Et cũ dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos & dixit eis: Ego nullã inuenio causam. L. in hoc Prima ex-
hoĩe. At illi inualescebãt, dicẽtes: Cõmouit populũ, docẽs p vniuersam Iudæã, incipiẽs à cusatio.
Galilæa vsq; huc. Pilatus aũt audiẽs Galilæã, interrogauit, si homo Galilæus eẽt. Et vt co
gnouit, q̃ de Herodis potestate eẽt, remisit eũ ad Herodẽ, q & ipse Hierosolymis erat il-
lis diebus. Herodes aũt viso Iesu, gauisus est valde. Erat eñi cupiẽs ex multo tp̃e videre eũ
eo q̃ audierat multa de eo, & sperabat signũ aliq̃d videre ab eo fieri, interrogabat eũ mul
tis sermonibus. At ipse nihil illi rñdebat. Stabant aũt principes sacerdotũ & scribæ cõstan
ter accusantes eũ. Spreuit aũt illũ Herodes cũ exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & re Secunda
misit ad Pilatũ, Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ista die, Nã antea inimici erãt ad excusatio.
inuicẽ. Pilatus aũt vocatis principibus sacerdotũ & magistratibus & plebe, dixit ad illos:
Obtulistis mihi hũc hoĩem, quasi auertentẽ populũ, & ecce ego corã vobis interrogans,
nullã causam inuenio in hoĩe isto, & ijs, in q̃bus eũ accusatis, sed neq; Herodes, nã remisi

vos ad illũ,& ecce nihil dignũ morte actum est ei.Emendatum ergo illum dimittam.
¶Necesse aũt habebat dimittere eis,p diẽ festũ,vnũ.M.vinctũ quẽ voluissent.R.Quẽcunq; petissent.I.Et dicit eis:Est cõsuetudo vobis,vt vnũ dimittã in pascha.M.Habebãt aũt insignẽ,qui dicebat Barrabas.I.Erat aũt Barrabas latro.L.qui propter seditionẽ quãdã factã in ciuitate & homicidium,missus est in carcerẽ.M.Congregatis ergo illis,dixit Pilatus:Quem vultis dimittã vobis,Barrabam,an Iesum,qui dicit Christus?I.Vultis ergo dimittã vobis regem Iudæorũ?M.Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. L

¶Tertia hora diei.

Excusa.3 ¶L.Exclamauit aũt simul vniuersa turba,dicẽs:Tolle hũc & dimitte nobis Barrabam. M
Iterũ aũt Pilatus loquutus est ad eos,volẽs dimittere Iesum.At illi succlamabãt,dicentes:
Crucifige,crucifige eũ.Ille aũt tertio dixit ad illos:Quid enim mali fecit?Nullã causam mortis inuenio in eo.Corripiã ergo eũ,& dimittã.I.Tunc apprehẽdit Pilatus Iesum & flagellauit.Et milites.M.prĩdis suscipiẽtes Iesum in prætorio.R.duxerunt eũ intro in atriũ prætorij
M.Cõgregauerũt vniuersam cohortẽ,& exuentes eũ chlamydẽ coccineã,I.veste purpurea circundederunt eũ,& milites plectentes coronã de spinis,imposuere capiti eius.M.& arundinẽ in dextera eius.I.& venerũt ad eũ.M.Et genu flexo ante eũ.R.adorabãt eũ,& illudebãt ei,dicẽtes:Aue rex Iudæorũ.I.Et dabãt ei alapas.M.& expuentes.R.cõspuerunt in eũ.Et.M.acceperũt arundinẽ & percutiebãt caput eius.I.Exiuit iterũ Pilatus foras,& dicit eis:Ecce adduco vobis eũ foras,vt cognoscatis,quod nullã inuenio in eo causam.
Exiuit ergo Iesus portãs spineã coronã,& purpureũ vestimentũ.Et dicit eis:Ecce homo.
Excusa.4 Cũ ergo vidissent eũ pontifices & ministri,clamauerũt,dicẽtes:Crucifige,crucifige eum.
Dicit eis Pilatus:Accipite eũ vos & crucifigite.Ego enim non in eo inuenio causam.Responderũt ei Iudæi:Legẽ habemus,& secundũ legẽ debet mori,quia filiũ dei se fecit.Cũ
Excusa.5 ergo Pilatus audisset hunc sermonẽ,magis timuit.Et ingressus est prætoriũ iterũ,& dicit ad
Iesum:Vnde tu es?Iesus aũt responsum nõ dedit ei.Dicit ergo Pilatus:Mihi non loqueris?nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te,& potestatẽ habeo dimittere te?Rñdit Iesus:Non haberes potestatẽ aduersus me vllã,nisi tibi datũ esset desuper.Propterea,qui me N
tradidit tibi,maius peccatũ habet.Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ.Iudæi aũt clamabant,dicẽtes:Si hunc dimittis,nõ es amicus Cæsaris.Omnis enim qui se regẽ facit,contradicit Cæsari.Pilatus aũt quũ audisset hos sermones,adduxit foras Iesum,& sedit pro tribunali,in loco,qui dicit Lithostrotos,Hebraice aũt Gabata.Erat aũt parasceue paschæ,hora quasi sexta.R.hora quasi tertia.I.Et dicit Iudæis:Ecce rex vester?Illi aũt clamabant:Tolle,tolle,crucifige eũ.Dicit eis Pilatus:Regẽ vestrũ crucifigã?Rñderunt pontifi-
Esaie.53 ces:Non habemus regẽ nisi Cæsarẽ.R.Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis.M.
Psal.73. Et quũ accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus,nihil rñdit.R.Pilatus aũt rursum interrogauit eũ,dicens:Non rñdes quicquã?Vides in quantis te accusant.M.Nõ audis,quãta aduersum te dicunt testimonia?Et nõ respondit ei ad vllũ verbũ.I.Iesus autẽ amplius nihil respondit,ita vt miraretur Pilatus.M.præses vehemẽter.Sedente aũt illo pro tribunali,misit ad eũ vxor eius,dicens:Nihil tibi & iusto illi,multa enim passa sum hodie per visum propter eũ.R.& quũ ascendisset turba,cœpit rogare,sicut semper faciebat illis.M.Principes aũt sacerdotũ & seniores persuaserãt.R.concitauerũt turbã.M.vt peterent Barrabã,Iesum vero perderẽt.Respondẽs aũt præses,ait illis:Quẽ vultis vobis de duobus dimitti?At illi dixerũt,Barrabã.Dicit illis Pilatus:Quid ergo faciã de Iesu,qui di-
Excusa.6 citur Christus?Dicunt oẽs,crucifigatur.Ait illis præses:Quid enim mali fecit?At illi magis instabant,dicẽtes:Crucifigat.L.Instabãt magnis vocibus postulantes,vt crucifigeret,& inualescebãt voces eorũ.M.Videns aũt præses quod nihil proficeret,sed magis tumultus fieret,
Excusa.7 accepta aqua,lauit manus corã populo,dicẽs:Innocẽs ego sum à sanguĩe huius iusti,vos videritis.Et rñdens vniuersus populus,dixit:Sanguis eius super nos,& sup filios nostros
Sententia. Tunc.R.Pilatus volens populo satisfacere,adiudicauit fieri petitionẽ eorũ.L.Dimisit autem illis eũ,qui propter seditionẽ missus fuit in carcerẽ.M.Barrabã.L.quẽ petebant,Iesum vero.R.flagellis cæsum.L.tradidit voluntati eorũ.R.vt crucifigeretur.

¶Consideratio sententiæ contra Iesum.

¶Sane nõ exprimitur sentẽtiæ cõtra Iesum forma ab euangelistis,quæ tamen (vt & in euangelio Nicodemi scribitur) esse talis poterat:Gens tua comprobauit te regẽ,propter- O
L.Illicitas ea præcipio te primũ flagellari secundum principum statuta,deinde in cruce alleuari,&c.O
§.veritas, Pilate,o Pilate,o Pilate,qd agis?Cur times,& timore peruersum iudicas?Ignoras te nõ
ff.de off.p. ex metu,nec ex aliquo humano adfectu id sequi oportere,qd conuenit sequi ex fide eorũ,quæ probabũtur?At quid iure probatũ est?Plane nihil.Nescis contra Iesum testimonia,nõ fuisse conuenientia,ipsosq; testes falsos verba Christi aperto corrupisse?Nunqd blasphemus Christus,qui tam verborũ quam factorũ confessione filius dei fuit & est,quũ ad eum

vox pa

vox patris insonuerit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui? Quid ma
li Iesus egit? de quo Iudas deploratus: Peccaui (inquit) tradens sanguinē iustū. Prohibuit Matth. 3.
ne iura dare Cæsari? qui dixit: Date Cæsari q̄ sunt Cæsaris. Quid agis Pilate? Immemor, Marc. 1.
q̄ dixisti, te nullā in eo causam inuenire ex omnibus, qbus eum accusarunt, sed neq; Hero Lucæ. 3
dem? Nonne scis q̄ per inuidiam eū tradiderint? Nōne quæsisti, qd mali fecit? Cur toties Psal. 2.
eū dimittere quæsisti, vtiq; quia nihil causæ in ipsum inuenisti? Cur eū vti nocentem im Matth. 18
pie, odioseq; damnans, de quo dicis, manus lauans, innocēs ego sum à sanguine huius iu Marc. 12
sti? Cur nō sequutus es coniugē, tibi dicentē: Nihil tibi & iusto illi? At eū regni ipm affe Luc. 20
ctati accusarunt, at falsum esse didicisti, idq; nō esse cōtra Cæsarē, quū tibi, coramq; te Ie Johan. 6
sus confessus est, regnū suum nō esse hinc, nec de hoc mundo. Nonne ad aures tuas perue
nit, quod ipse Iesus cū cognouisset, q̄ venturi essent Iudæi, vt caperent eū, & facerent eū
regem, fugit iterū in montē ipse solus? Præterea quid times Cæsarē, vt propterea innocē
tem morti adiudicas, quē propterea timere debueras, q̄ relicta omni iustitia & æquitate
in Cæsaris ipsius legē peccas, qua ille cauet, inquiens: Sanctius esse impunitū relinqui faci L. absente
nus nocētis, q̄ innocentē damnare. At tu nocētissimo ductus affectu dānas Iesum aperto ff. de pœnis
& tuo omniū iudicio innocentissimū: qui (teste propheta) iniquitatē non fecit, neq; dolus Esaiæ. 53
in ore eius fuit. O Iesu benedicte, ideq; dulcissime dñe, quia in hac iniquissima aduersus te 1. Petri. 2
sentētia satis vnquā dolere possit, qua gloria cōspuitur, iustitia cōtemnitur, iudex iudicat, 1. Johan. 3
inoffensus inculpatur, innocēs infamatur, deus blasphemat, Christus cōculcatur, vita oc
ciditur, &c. O Pilate quid agis? quē absoluis iudicio, crucifigis ministerio? Audi cæce Iu
dær, audi crudelis pagane. Pilatus ipse fatetur, neq; se neq; Herodē dignū quid morte in
Christo reperisse, sed tantū in occidēdo vel illudēdo innoxio alienæ crudelitatis obtēpe
rasse clamoribus. O iniquissime iudex, o iniustissima sentētia, & nunq̄ satis deplorāda. Ah,
ah, cogita hic homo, volue & reuolue, qūo innocentissimus vt te à iudicio & lamēto iustę Psal. 86.
& æternæ damnationis eriperet, iniuste propter te iudicio, dānari pelegit? Ecce, quæ nō
rapuit, pro te soluit. Ah, quis tā ferreus, tā durus, tā ingratus, qui Iesu Christo innocētissi
mo dño ac saluatori propter tā iniustam sentētiam nō toto pectore compatiatur? Ah, qs
satis exprimere posset, q̄ amici eius, pcipue perturbatissima virgo & mater Maria, fleue
rint, eiulauerint, clamauerintq;, vbi illam latā sentētiam audierūt. Quàm econtrario ma
ledicti, perfidiq; Iudæi exultauerint, q̄ voti sint facti cōpotes, & q̄ eum, qui est verus æter
nusq; deus, irriserint, q̄ in eius mortē accelerauerint, beneficiorū eius & operū immemo
res, non eius innocentia moti, nec propter ipsius afflictionē, quam in eo viderunt, retra
cti sunt? Cogita q̄ misere, lata sententia, dñs Iesus reducitur intus, & spoliatur chlamyde
& purpura, quibus fuerat ab illis indutus, & adhuc nudo corā eo existenti, vix datur sibi li
centia vestiendi, tandē vestimentis suis, quibus eum spoliarāt, reinduerūt eum, vt ductus
ad mortē magis cognosceretur veste propria q̄ aliena. Sequitur enim.

¶Sexta hora diei.

P ¶M. Tunc milites suscipiētes Iesum in ptorio, & postq̄ illuserunt ei, exuerunt eum. R.
purpura. M. chlamyde coccinea & induerunt eū vestimētis suis. I. Et eduxerūt eum. Et
V baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraice aūt Golgatha,
M. vt crucifigeret. L. Et quū ducerent eum, apprehenderunt. M. hominē Cyrenensem, Verificata
nomine Simonē. L. venientē de villa. R. patrem Alexandri & Ruffi. M. hunc angariaue est historia
runt, vt tolleret crucē eius. L. Et imposuerunt illi crucē portare post Iesum. Sequebatur de immola
X illum multa turba populi & mulierū, quæ plangebāt & lamentabātur eum. Conuersus au tione Isaac
tem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalē, nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & Gene. 22
super filios vestros. Quoniā, ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & vētres, Esa. 54
qui nō genuerunt, & vbera quæ nō lactauerūt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite su Osee. 10
per nos. & collibus, Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciūt, in arido quid fiet? Du Apoca. 6
cebantur aūt & alij duo nequā cum eo, vt interficerent. M. Et venerunt in locū, qui dici
tur Golgatha, quod est Caluariæ locus, & dederunt ei vinum. R. myrrhatum. M. bibere
cum felle mixtum. Et quū gustasset, noluit bibere. L. Ibi crucifixerunt eum. Et. I. cum eo
Y alios duos. L. latrones. I. hinc & hinc. L. vnum à dextris, alium à sinistris. I. medium aūt Ie
sum. R. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cū iniquis reputatus est. L. Iesus aūt dice Esa. 53
bat: Pater, dimitte illis, non eñ sciunt quid faciūt. I. Scripsit aūt titulum Pilatus, & posuit
super crucem. M. super caput eius causam ipsius scriptā. I. Erat aūt scriptum. M. Hic est
Iesus. I. Nazarenus rex Iudæorū. Hunc ergo titulum multi Iudæorū legerunt, quia prope
ciuitātem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptū Hebraicē, Græce & Latine.
Dicebant ergo Pilato pontifices Iudęorū: Noli scribere, rex Iudæorū: sed, quia ipse dixit,
rex sum Iudæorū. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

Q ¶Milites ergo quū crucifixissent eū, acceperunt vestimēta eius, & fecerūt quatuor par

Psal. 21.

tes, vnicuiq; militi partẽ & tunicã. Erat aũt tunica incõsutilis desuper contexta per totũ. Dixerunt ergo ad inuicẽ: Nõ scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit, vt scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestẽ meã miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. M. Et sedentes seruabant eum.

¶R. Et ptereuntes blasphemabãt eũ, mouẽtes capita sua, & dicẽtes: Vah qui destruis tẽ- R
plũ dei, & in triduo illud reædificas, saluũ fac temetipm. M. Si filius dei es, descẽde de cru-
ce. Similiter & principes sacerdotũ illudẽtes. R. ad alterutrum cũ scribis & pharisæis dice-
bant: Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere Chrs. M. si rex Israel est, descendat
nũc de cruce. R. vt videamus & credamus ei. M. Cõfidit in deo, liberet eũ nũc si vult, dixit
em: Quia filius dei sum. L. Et stabat populus expectãs, & deridebãt eũ principes cũ eis di-
cẽtes: Alios saluos fecit, se saluũ faciat, si hic est Chrs dei electus. Illudebãt aũt ei, & milites
accedẽtes & acetũ offerẽtes ei, & dicẽtes: Si tu es rex Iudæorũ, saluũ te fac. M. Idipm aũt &
latrones, q crucifixi erãt cũ eo, improperabãt ei. R. cõuitiabant ei. L. Vnus aũt de ijs, qui
pendebãt, latronibus blasphemabat eũ, dicẽs: Si tu es Chrs, saluũ fac teipm & nos. Rñdens
aũt alter, increpabat eũ, dicẽs: Neq; tu times deũ, q in eadẽ dãnatione es, & nos quidẽ iu-
ste, nã digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Dñe, memẽ-
to mei, dũ veneris i regnũ tuũ. Et dixit illi Iesus: Amẽ dico tibi, hodie mecũ eris i paradiso

Verificata est prophetia Simeonis, Luc. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

¶Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vidisset ergo Iesus matrẽ & discipulũ stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. M. A sexta autẽ hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad horam nonam. Et obscuratus est sol.

¶Hora noua diei.

¶M. Et circa horã nouã clamauit Iesus voce magna, Heli, Heli, Lamazabathani, Hoc S
est, deus meus, deus meus, vt qd dereliquisti me? Quidã aũt illic stãtes & audiẽtes, dicebãt:
Heliã vocat iste. Cæteri vero dicebãt: Sine, videamus si venit Helias, liberãs eũ. R. ad de-
ponendũ eũ. I. Postea sciens Iesus, qa oĩa cõsummata sunt, vt cõsummaret scriptura, di-
cit: Sitio. Vas aũt positũ erat aceto plenũ. M. & continuo vnus ex eis acceptã spongiã, im-
pleuit aceto. I. hyssopo circũponentes. M. imposuit arundini. I. obtulit ori eius. M. Et da-
bat ei bibere. R. & nõ accepit. M. cũ gustasset, noluit bibere. I. Cum ergo accepisset Iesus
acetũ, dixit: Cõsummatũ est. M. Iesus aũt iterũ clamãs voce magna. L. ait: Pater, in manus
tuas cõmendo spm meũ. Et hæc dicẽs. I. inclinato capite. L. expirauit. I. tradidit spiritũ. T

Psal. 68. Et dederũt in escã meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

¶M. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ quæ dormierũt, surrexerũt. Et exeuntes de monumẽtis post resurrectionẽ eius, venerũt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Centurio aũt, & qui cum eo erant custodientes, viso terræ motu, & ijs quæ fiebant. R. & quod sic clamans expirasset. M. timuerunt valde, dicentes: Vere filius dei erat iste. L. Et Centurio glorificabat deũ, dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorũ, quæ simul aderat ad spectaculũ istud, & videbãt, quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.

¶Stabant aũt oẽs noti eius & mulieres. M. multæ à longe, q sequutæ erãt Iesum à Gali- V
læa ministrãtes ei. R. de longe aspiciẽtes. L. & hæc vidẽtes. M. inter quas erãt Maria Ma-
gdalene & Maria Iacobi. R. minoris, & Ioseph mater, & Salome. M. & mater filiorũ Ze-
bedæi. L. & aliæ multæ, quæ simul cũ eo ascenderant Hierosolymam.

¶I. Iudæi ergo, qm parasceue erat, vt nõ remanerẽt corpora in cruce sabbato (erat em X
magnus dies ille sabbati) rogauerũt Pilatũ, vt frangerent eorũ crura & tollerent. Venerũt
ergo milites, & primi quidẽ fregerũt crura, & alterius, q crucifixus est cũ eo. Ad Iesum aũt
cũ venissent, vt viderũt eũ iam mortuũ, nõ fregerũt crura eius, sed vnus militũ lãcea latus
eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et q vidit, testimoniũ perhibuit, & verũ est
testimoniũ eius. Et ille scit, qa vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt em hæc, vt scriptu-
ra impleret: Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit: Videbũt, in quẽ transfixe-

Exo. 12. Nume. 9. Zacha. 12.

¶Hora vesperarum. (runt.

¶M. Cũ aũt sero factũ esset. L. ecce vir quidã, noĩe Ioseph. M. diues. L. q erat. R. nobi- Y
lis decurio. L. vir bonus & iustus. Hic nõ cõsenserat cõsilio & actibus eorũ, ab Arimathia,
ciuitate Iudææ, q expectabat & ipse regnũ dei. I. eo q esset discipulus Iesu, occultus autẽ
propter metũ Iudæorũ. M. hic. R. audacter introiuit ad Pilatũ & petijt. I. vt tolleret cor-
pus Iesu. R. Pilatus aũt mirabat, si iã obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eũ, si
iã mortuus eẽt. Et cũ cognouisset à Centurione, donauit corpus. M. Iussit reddi corpus
Ioseph. R. Ioseph aũt mercatus sindonẽ & deponens eũ, inuoluit sindone. I. corpus Iesu

¶Hora vltima Completorij.

¶I. Ve-

Z ¶I. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primū, ferens misturā myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo Iesum, & ligauerūt eum lintheis cum aromatibus sicut & mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum. R. quod erat excisum de petra. I. In quo nondum quisquàm positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. M. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt.

Et Adam primus homo damnatus, p Iesum in horto redemptus Gene. 3

& ¶L. Et dies erat parasceues & sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. M. Erat autem ibi Maria Magdalene & altera Maria. R. Ioseph. M. sedentes contra sepulchrum. L. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. M. Altera autem die quæ est parasceuen conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus quia seductor iste dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodire sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: Ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus &c.

¶CONCLVSIO PASSIONIS IESV CHRISTI.

¶Iam igitur demū dilectissimi auditores, hisce oībus auditis vel quamlibet indigne recitatis, considerare dñm, dicentem: O vos oēs qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis sicut dolor meus. Atqui non attendite solum, sed & compatiamini & condolete cū cœlestibus & terrestribus creaturis, cum sole. s. & luna & terra ipsa, quæ mihi vel suo creatori condoluerūt, mœroremq́ pro mea morte innocenti præ se tulerunt. Videte (inquam) & attendite & condolete & flete, qm̃ hæc vel alia hoc genus inaudita vestri cā passus sum. Condolete (inquam) & compatiamini, vt dolor vester iuxta promissum meū in gaudium vertatur postquā post tenebras speretur lux: Scientes (Apostolo dicente) qm̃ sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Sane qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Condolete (inquam) natura hortāte, qua fit, vt si quid patitur vnum membrum, cōpatiantur oīa alia membra. Passo igitur Christo capite, summo membro, cur nō & membra reliqua. Flete cum flentibus. Melius quidem est ire ad domū luctus q̃ ad conuiuij domū. Sane nō cōglorificabuntur, nisi qui compatiuntur, nec cōregnabunt, nisi qui sustinebunt. Compatientur autem q ex animo adeoq́ toto corde vident & attendunt, an sit dolor similis, cuiusmodi fuit Iesu Christi dñi & saluatoris nostri. Cui gloria in æternum.

Iohan. 16. Iob. 17. 2. Cor. 1. Psal. 125 1. Cor. 12 Eccls. 7 Roma. 8 2. Timot. 2

¶HOMILIA XXXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST: prima Corinthiorum quinto: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus Haleluia.

In ferijs gloriosissimæ resurrectionis Iesu Opt. Max.



A DEST Fratres in domino charissimi, lux illa post tenebras olim à Iob, perinde ad futura tempora prospiciente desiderata, adestq́ lætum matutinum post fletum illum vespertinū, de quo Propheta: Ad vesperum (inquiens) demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Et reuera adest lætitiæ dies post vesperas tristitiæ. Quæ enim ex morte domini Iesu redemptoris omniū eiusdemq́ cunctorum creatoris heri vesperi adeoq́ pridie vniuersa creata, simulq́ omnia elementa maxime mœrere visa sunt, terra mota petris, proq́ sua natura tristitiā cū planctu gemituq́ dolere hodierna die vel iam inde cum Christo eodem domino atq́ creatore suo à morte resurgente congaudere, collętari, exultare gestireq́ aperto perinde dignoscuntur, hancq́ diem toto venerabilem suo approbare videntur, quum Christo p resurrectionem gloriosę triumphāti, vel ideo totus mundus applaudere, gaudereq́ appareat, quod nunc hyeme fugata, qua ille mœstus sine decore sepultus iacuit, itemq́ veluti gemēs inhorruit, hodie in oībus renascēs suā iucundiorē grām ad oia quasi in cōgratulationem exhibeat, nosq́ ad candē lætitiā, grām, congratulationemq́ prouocans. Quis enī hoc tpe non videt cœli sydera q̃ antea adfulgere & clarius & mitius & benignius? Quis nō sentit aerem, aquā & ignē, atq́ terrā, quatuor (inquā) elementa, q̃ nup esse clementiora & tēperātiora? Nōne & nemora nūc frōdescere, prata quæq́ & arua q́q́ virescere si-

Iob. 17 Psal. 29

mul & florescere, summa & gra & iucunditate incipiunt. Nonne & volatilia cœli nunc so
norins, & q̃ antea longe dulcius sua carmina fingunt, meditant, depromūtq;? Quid de pi
scibus? Quid de terræ quoq; aialibus multa, quū & ea quæq; iam dignoscant fœcundio-
ra, alacriora, viuacioraq; esse, & quasi cū dño suo resurgente nō mō ridere, sed pro natura
sua & collætari & gaudere, & suas quasi grās deo suo creatori agere & habere, illiq; suam
gloriosam resurrectionē prorsus gratulari, adeoq; hanc ipsius gloriosæ resurrectiōis diē
prorsus imo vsqueadeo venerabilem tamq; sanctā esse futuramq; perpetuis tpibus testari
vt à nullo vnq̃ satis possit laude extolli, nec quenq̃ satis de ea sibi gratulari, in qua ecclesia
concinit: Cœlum & terra lætant, vel in ipsis qdem creatis inanimatis, quoꝝ exemplo, vel
Roma.1 ideo nos quoq; ad laudandum & cōgratulandum incitamur, qm̄ Apostolus ait: Inuisibilia
em̄ ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunt. A quoꝝ etiam
Matth.6 alias exemplo Chr̄us admonet, dicens: Respicite volatilia cœli, qm̄ non serunt, neq; me-
tunt &c. Et rursus: Considerate lilia agri, quomodo crescunt &c. Quid aliud prætendit
inibi Christus, quàm qui pene sumus indurati ad dei iustitiam, eiusq; tandem vel exem-
plo creaturarum inanimatarum ad collaudandum debemus incitari permouerique?

Gene.1 ¶Quum itaq; frēs charissimi, etiam Chr̄o inibi teste, illis longe pluris simus, qppe quæ B
Psalm.8 vniuersæ, attestante post scripturam Geneseos propheta, in nostrā sint vtilitatem creatæ
1.Cor.9 adeoq; nostro sint vsui & dñio subiectæ, sitq; (vt Apl's alibi ait) nulla de bobus, hoc est, de
Marci.2 creaturis, nisi quantum propter nos, deo cura, quinimo & propter nos (vt ait alibi dñs)
ipm sabbatū sit à dño factum, q̄d sanctificare ex p̄cepto diuino obligamur. Cur (osecro)
ipsi minus exemplo aliaꝝ creaturaꝝ hanc diē gloriosæ Chr̄i resurrectionis collaudemus
nobisq; in ea cōgratulemur, maxime q̄d ea sit, quā singulariter deus fecisse phibeat, Daui-
Psalm.117 uide ad morem inhortationis adciuente: Hæc est dies quam fecit dñs, exultemus & læ-
Gene.1 temur in ea. Nimiꝝ, & si dñs ipe (vt testat scriptura) totius sit lucis & auroræ: dieꝝ (inquā)
Iudith.9 & noctiū fabricator, hanc tn̄ diem singulariter & quasi ab æterna electiōe præ cæteris fe-
Psal.73 cisse dr̄, q̄d ipsam præ alijs perinde ornatam & decoratā admirabili Chr̄i resurrectionis
Psal.88 gloria mirifice insigniuerit. Quod & catholica ecclesia à spū sancto instructa, veritatis iu
Psal.103 xta Apl'm columna & fundamentum, animaduertens hodie in sacræ missæ officio alacris
1.Timot.3 & lætabunda in altari canit, & singularis huius diei lætitiæ ac laudis rōnem reddens ait.

Iohan.1 ¶Aequum & salutare, te qdem dñe omni tpe, sed in hac potissimū die gloriosius præ- C
dicare, quum pascha nostrum immolatus est Chr̄us. Ipse em̄ verus est agnus, qui abstulit
peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo repara
uit. Et ideo cum angelis & archangelis, cum thronis & dñationibus, cumq; omni militia
cœlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes: Sanctus, Sanctus, Sā
1.Cor.5 ctus &c. Sane catholica ecclesia Apostolum sequuta statuit, hodiernam diem vel ideo cæ
teris nobis debere esse iocundiorem, laudabiliorem, solenniorem q;, quod in ea nostrum
sit pascha Chr̄us immolatus. Qua quidem notabili sn̄ia Paulus & post ipsum ecclesia.

¶Primo vult: Quæcūq; tpe legis antiquæ in figura contigerunt huius sacræ diei præsi- D
gnificatiua, iure huic diei tanq̃ veritati, & p̄cipuo exemplari attribui oportere vt ad quā
Hebr.10 typus & vmbra tendebat, eodem Apl'o dicente: Vmbram habens lex futuroꝝ nō ipsam
imaginem rerum. Sic quemadmodum pascha Iudæorum quondam, quod erat esus agni
adeoq; ipse agnus rei veræ erat memoria & veritatis futuræ figura, ita pascha nostrum, q
est Chr̄us immolatus, veritas ipa olim typico paschate præsignata, simul rei veræ præte-
ritæ est memoria, nō etiam figura alicuius rei adhuc implendæ & præfiguratio. Id quod
Apl'us aperto innuit, dicens: Pascha nostrum, ne qs de pascha Iudæoꝝ putet hic sermonē
haberi, quod erat agnus legalis atq; figuralis, Mosaico ritu immolatus & manducatus, ve
rū illud pascha erat solū figura veri paschatos Chr̄ianoꝝ, & agnus ille typicus vmbra fuit
& imago Chr̄i veri agni, ad tollenda mundi peccata in ara crucis oblati, & in mysterio eiꝰ
immolationē, vt paulopost dicemus, vsq; ad cōsummationē seculi offerendi. Sic aperto
1.Cor.10 Apl'us de futuro paschate olim loquens. Et oēs escā spūalem manducauerunt, & oēs eun-
tris fidelissimi functus officio, memorꝗ maloꝶ, quæ sui post suã in
cœlos ascẽsionem vsꝗ ad finẽ seculi essent passuri, suos simul malo-
rum p̃monuit, itẽꝗ ad eorundẽ cõstantiã cohortatus est, inquiens:
Amen amen dico vobis, qa plorabitis & flebitis vos, mũdus autem
gaudebit. Vos aũt cõtristabimini, sed tristitia v̾ra vertet in gaudiũ.
Et gaudiũ vestrũ nemo tollet à vobis: nimiꝶ suos in hodierno euã
gelio duplicis tristitiæ, duplicisꝗ gaudij p̃monens. Siquidẽ illi, mo-
dico tpe tristes erãt futuri ex dñi p̃ mortẽ sepulturã absentia, ndẽꝗ post eã tristitiã modicũ
gauisuri ex gloriosa eius resurrectionẽ postꝗ eundẽ, vt nuper audiuimus, sæpenumero læti
viderũt, futuri quoꝗ erãt tristes modico vitæ huius tpe post illius in cœlũ ascensionẽ, ndẽꝗ
post eã tristitiam habituri hoc ip̃m gaudium, de quo hodie ait: Iteꝶ aũt videbo vos. s. in re-
gno cœlesti, & gaudebit cor vestrũ, inibi. Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Quib⁹
sane verbis adiuncto & reliquo Euangelij contextu dominus Iesus arguit.

¶Primo, nihil prorsus esse in hoc mũdo veri gaudij, sed semp ac vbiꝗ esse mœrorẽ & do- B
lorẽ: nimiꝶ, vt sciamus, nos hic nõ eẽ ciues sed aduenas & peregrinos, alio statim profectu-
ros, vtꝗ hoc citius ad eũ locũ, vnde sumus depulsi, tẽdamus, ĩfsce seculi reb⁹ ex aĩo neglectis
Id q̃d ipe dñs adfirmat p̃ Iob, dicẽs: Militia est hominis vita in terra. Itẽꝗ: Homo natus de
Iob.7. muliere breui viuẽs tpe, replet multis miserijs. Qui quasi flos egredit & cõterit, & fugit ve-
Iob.14 lut vmbra, & nunq̃ in eodẽ statu p̃manet. Et ego inqt Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalẽ
& proposui in aĩo meo q̃rere & inuestigare sapiẽter de oñibus quæ fiunt sub sole. Et vidi, q̃
Eccles.1.2 fiunt, & ecce vniuersa vanitas & afflictio sp̃us. Cũcti dies hominis doloribꝰ & ærũnis pleni
sunt, nec p̃ noctẽ mẽte requiescit. Et dñs alibi: In mũdo habebitis p̃ssuram, in me aũt pacẽ
Iohan.16 Et hoc est, q̃d Iohãnes ait: Oĩe q̃d est in mundo, cõcupiscẽtia carnis est, cõcupiscẽtia oculo
1.Iohan.2. rum, & supbia vitæ. Et mũdus trãsit, & cõcupiscẽtia eius. Hinc aplus: Nõ enim habemus hic
Heb.13. manentẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirimus. Et iteꝶ: Scimus enim, q̃m si terrestris domus nostra
2.Cor.5 huius habitationis dissoluat, q̃d ædificationẽ ex deo habemus, domũ nõ manufactã, sed ęter
nam in cœlis. Hæc ille. Frustra igit, imo stulte homo sibi hac in vita ppetuã speret lætitiam,
quum nec minutum sibi citra mœrorem promittere possit, deo sic ordinante.

¶Secũdo dñs ostẽdit, maxime eos, q̃s diligit, & de numero sunt beatoꝶ, hoc in seculo tri C
bulationẽ & p̃sequutionẽ passuros, nec aliter in cœlũ ingressuros. Vnde in actis apostolicis:
Acto.14 Q̃m p̃ multas tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei. Et aplus: Oẽs (inqt) q pie volũt
2.Timot.3 viuere in Chro Iesu, p̃sequutionẽ patient. Idem rursus: Fili mi, noli negligere disciplinã dñi
Heb.12 neꝗ fatigeris, dũ ab eo argueris. Quẽ enim diligit dñs, castigat, flagellat aũt oẽm filiũ, quẽ re-
Prouer.3 cipit. In disciplina p̃seuerate. Tanq̃ filijs vobis offert se de⁹. Quis enim fili⁹, quẽ nõ corrigit pa
ter: Nemo itaꝗ existimet se à dño haberi odio, quũ viderit se tribulari, diuexari, angustiari,
imo memor sit vel hoc deo esse in memoria, itemꝗ memor hanc esse veram ad cœlos viã,
quo nec Christus dominus (quo nequaq̃ sumus meliores) sine passione intrare potuit, nobis
teste

teste Petro, exemplū relinquēs, vt vestigia eius imitaremur. Ad qđ hortat Apostolus: Curramus, inquiēs, ad propositum nobis certamen: Aspicientes in authorē fidei, & cōsumatorē Iesum, q proposito sibi gaudio sustinuit crucē, cōfusione cōtempta, atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate em̄ eum, qui talem sustinuit à peccatoribus, aduersus semetipsum contradictionem, vt ne defatigemini animis vestris deficientes. Vnde. Hebr. 12

D ¶Tertio Chrūs docet, nobis oīa huius mūdi mala, si ea nomine eius patiēter sustinuerimus, in verā salutē prouentura & vtilitatē. Vnde idē alias: In patiētia vestra possidebitis animas vestras. Et Apostolus: Scimus aūt, quoniā diligētibus deū omnia cooperant in bonum, ijs, qui secundum propositū vocati sunt sancti. Huius pcipua sunt exēpla, scriptura adfirmāte: Tobias & Iob sanctissimi duo viri ijdemq; patientissimi, qbus tentationem deus euenire pmisit, vt posteris daret exemplum patiētiæ & consolationis, qniam mala, quæ isti acerbius perpessi sunt, in magnam sunt deinde vtilitatem conuersa. Hinc. Luc. 21 Roma. 8 Tobiæ. 2. Tobiæ, & Iob. vlt.

E ¶Quarto, dñs hodie docet, vel ideo nos debere huius mūdi tribulationē patienter & cōstanter ferre, quod pro ea modica tristitia nobis sit daturus maximū & incomparabile gaudium, tātoq; maius, quāto distat à re tēporali res æterna, inquiens: Vos cōtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū, quod nemo tollet à vobis, i. quod erit firmū & immēsum, simulq; æternale. Hinc Apostolus: Omnis (inquit) disciplina, in pſenti quidem videt nō eē gaudij, sed mœroris, postea aūt fructū pacatissimū exercitatis p eam reddet iustitiæ. Et idē aliàs: Existimo enim, quod nō sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futurā gloriā, quæ reuelabit in nobis. Et itež alibi: Quod (vt scriptū est) oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec ī cor hominis ascēdit, quæ pparauit deus ijs, qui diligunt illum. Nobis aūt reuelauit deus p spiritū suū. Et itež: Id em̄, quod est in pſenti momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis q̄ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. Et hoc est quod dominus hodie adfirmans, inquit: Et gaudiū vestrum nemo tollet à vobis. Quandoquidem, quos ille ad suā visionem recipiet, nemo de manu sua recipere poteſt, ipso dicente: Ego vitam æternam do eis, & nō peribūt in æternū, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius oībus est. Et nemo pōt rapere de manu patris mei, &c. Absterget em̄ deus omnē lachrymam ab oculis eož, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. Hebr. 12 Roma. 8 1. Cor. 2 Esa. 64. 2. Cor. 4 Iohan. 10 Apo. 21.

F ¶Ecce igit, fratres dilectissimi, tristitiā modicā & breuē terminat gaudiū sine fine. Estote ideoq; semp memores hodierni Euāgelij, qđ vtiq; pariter ad vos dictū est, patienter Christi nomine huius seculi aduersitates, tribulationesq; sustinete, pro peccatis vestris & alienis, pro huius mūdi incolatu, & dilatione regni cœlestis cū Dauide ex animo tristes plorate, & per huius mūdi tribulationes ad æterna cœli gaudia cōtendite, memores econtrario æterni supplicij, qđ æque, qui hic lætant, & ob huius mūdi temporalia bona plus æquo gaudēt, sunt passuri Chřo aliàs dicente in pſona Abraham. Fili recordare, qa recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nūc aūt cōsolatur, tu vero cruciaris. Hæc certe ad oēs dixit, q hic immemores hodierni Euāgelij, omnino huius seculi voluptatibus & delitijs viuūt gaudentes & lætantes, qui proculdubio dictante iustitia, iustis & tribulatis ad vitā æternā euntibus, Chřo teste, ibūt in suppliciū æternū, vbi erit pœna sine termino, & fletus & stridor dentiū. Vbi illi, sed frustra clamabūt. Errauim⁹ à via veritatis, & iustitiæ lumē nō luxit nobis. Quid nobis profuit supbia nostra, aut diuitiaž iactātia qd cōtulit nobis? trāsierūt oīa illa tanquā vmbra, & nuntius pcurrens. In malignitate aūt nostra cōsumpti sumus, dicētes deo. Recede à nobis, scientiam viaž tuaž nolumus. Quis est omnipotens, vt seruiamus ei, & quid nobis prodest si orauerimus eum? Venite ergo & fruamur bonis, quæ sunt tanquàm in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguētis nos impleamus, & nō prætereat nos flos tēporis. Vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Quia ex nihilo nati sumus, & post erimus tanq̄ nō fuerimus. Hæc illi, &c. Et deinde in inferno supra quàm dici possit angustiati ad dominū vociferabūt. Pater Abraham, miserere nostri, & mitte Lazaž, vt intingat extremū digiti sui in aquā, & refrigeret linguam nostram, qa cruciamur in hac flamma. Quibus dñs: Filij recordamini, qa recepistis bona in vita vestra, & Lazarus similiter mala, nūc aūt consolatur, vos vero cruciamini, vt impleatur qđ dixi ad meos in vita adhuc agens. Vos contristabimini, mūdus aūt gaudebit, sed tristitia vestra vertet in gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Psal. 119. Luc. 16 Matth. 25 Matth. 8 13. 22. 24 Sap. 5 Iob. 21 Sapię. 2 Luc. 16

HOMIL. XLV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 16. Expedit vobis, vt ego vadam,

Dominica tertia post octauas Paschæ.



Erbis hodierni Euangelij dominus Iesus ad suos vsus est discipulos A
in illa nouissima iam paulopost. Hinc ad patrẽ abiturus, nihil plane
1. Cor. 13 prætermittens, q̃d ad suorũ salutem sit opus, nimirũ pientissimi patris
in filios officio fungens, cuius tota in filijs saluandis, glorificandisq́
cura pendet, illorũ æque salutem atq́ suã existimans, non tam sibi q̃
suis diu noctuq́ eſt quicq̃d eſt honoris, famæ, subſtãtiæ thesaurizãs
cui nec aliud in voto magis esse possit, q̃ sui illos in omni virtutum,
fortunarumq́ genere futuros esse perquàm simillimos, qua de causa
semp solicit⁹, nunc illos verbo, nũc exẽplo, nũc promisso, nunc præmio
paterne cohortat, quos & propterea, & si charissimos habeat,
alio discẽdæ virtutis gratia mittit, vt apud exteros q̃d sibi desit vtcq́ se agnoscãt, facilius experiant. Id quod totũ vel multo plus tum aliàs, tum in hodierno Euãgelio Chrũs pius & mise
Matth. 13 ricors pater ac dñs noster satagit nõ in suos tantũ, quos coram palamq́ facie ad faciẽ tenuit,
Iohan. 17 discipulos sed & in oẽs, q ipm ore ac corde confitemur. Quandoquidem alibi dixerit: Quod
vobis dico oĩbus dico. Et aliàs ad patrem orans: Nõ pro eis (inq̃t) aũt rogo tantũ, sed & pro
eis q credituri sunt p verbũ eorũ in me. Ex quorũ numero vtinã tam essemus ope, q̃ sum⁹ noĩe.
Quos euidẽter hodie dñs ipẽ docet, q̃ non cõducat plerũq́ vt filij semp in domo paterna perseuerẽt, istic mollius voluptuantes, nec alio diuertẽtes, vt obliti maternæ adulatiõis aliquãdo
Gene. 41 rectius ad virtutũ culmina peruenãt, quo aliter domi blandis voluptatib⁹ irretiti vel tardius
Exo. 3. 4 vel nunq̃ vel certe cũ magna parẽtum cura & solicitudine sint peruenturi. Sic Ioseph à fratribus in Aegyptũ diuẽditus, inibi fact⁹ est primarius regis Pharaonis p̃fectus, appellariq́ sal-
Gen 28. 29 uator mũdi cęptus ob singularẽ eius virtutẽ & prouidẽtiã. Sic Moses in terra Madian alie-
Gene. 12 nigena factus est deinde à deo dux populi Israelitici. Sic Iacob in terrã Orientalẽ profect⁹,
Iosephus lib. 1. benedictionẽ sibi & suis à deo obtinuit. Sic Abrahamus Aegyptũ ingressus, cœlestiũ & humanarũ rerũ scientissimus, breui in eam dignitatẽ venit, vt ne principibus quidẽ eius ordinis
cederet, cultu & veneratiõe, p quos regi insinuatus, nõ solũ domestico pudore integre regẽ
coluit, sed agrũ etiã, quẽ coleret, dono accepit. Nõ est igit̃ consultũ parẽtibus, vt apud se domiq́ filios foueant, indulgẽtius & cõtineant, quos longe vtilius foras, honesto comite, sunt
delegaturi, vt malũ experiant, miserisq́ succurrere discãt, & meliores aliorũ exẽplis redditi
Luc. 15 cũ laude reuertant. Quib⁹ exẽplo sit filius ille pditus, q cum male vixisset reuersus ab extraneis acclamauit: Peccaui pater in cœlũ & coram te, cũ nõ sum dignus vocari filius tuus, &c.
Ita & prius pditus, foris didicit, vt reuersus sit melior & saluatus. Nec est q̃d mater ipsa cum
Tobię. 15. matre iunioris Tobiæ pater discedentem filiũ fleat, dicens: Baculũ senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Vtinã nunq̃ fuisset ipsa pecunia pro qua misisti eũ. Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias cõputarem⁹ hoc, q̃d videbamus filium nostrum. Sed huic
matri dicendũ est cũ seniore Tobia: Noli flere, saluus peueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbũt illum. Credo em̃ q́ angelus dei bonus comitetur ei, & bene
disponet oĩa, quæ circa eum geruntur, ita vt cũ gaudio nostro reuertatur ad nos.

¶Id q̃d totũ dictũ velim, vt primũ notet quantũ noceat carnalis ipsa affectio, simulq́ parentũ erga filios indulgẽtia. Secũdo, vt reali (vt ita dixerim) hoc exẽplo facilius intelligatur B
argumentũ nr̃æ homiliæ, vnã cũ toto euangelio, q̃d eo quasi totũ refert, q̃ dictũ est: Expedit
Matth. 11 vobis vt ego vadã. Circa q̃d tria potissimũ in quæstione veniũt. Primũ cur fili⁹ promiserit
Iohã. 1 aliũ cõsolatorẽ spm̃ sanctũ, pinde ipẽ non sufficeret, q tñ dixit: Venite ad me oẽs q laboratis
& onerati estis, & ego reficiã vos. Secũdũ cur nõ venerit spũs sanctus, nisi filio abeunte. Nũ
quid filij p̃sentia spũs sancti p̃sentia impediuit, quum tñ cõtentus sit mãsione pectoris ipsius?
Tertiũ si tã est necessari⁹ spũs sancti aduẽtus, qbus signis deprehendit spũs sanctus.

¶Ad primũ r̃ndeas, oĩno deũ eẽ trinũ & vnũ, trinum psonis, vnũ essentia, & triũ esse psonarũ vnã essentiã, vnãq́ deitatẽ, itemq́ vnã opationẽ, quũ tres sint vnũ, Iohãne dicẽte: Qm̃ C
Iohan. 10 tres sunt q testimoniũ dant in cœlo, pater, verbũ & spũs sanctus, & ij tres vnũ sunt. Hæc ille.
1. Iohan. 5. Et harũ triũ psonarũ, vt vna est deitas, ita vna opatio forinsec⁹, vel (vt aliq dicũt) ad extra, siquidẽ opa trinitatis (q̃d Augustinus dicere solit⁹ est) indiuisa sunt. Nec obstat Chr̃m dixisse:
Iohan. 14 Rogabo patrẽ meũ & aliũ paracletũ dabo vobis. R̃ndeo, qa aliũ in psona, & aliũ ab humanitate, quã videtis & auditis, vnde glibet triũ ad oĩa sufficit, & tñ null⁹ fine alio, & nullus fit
fine alio, nec operat̃ fine alio. Scriptura tñ vni q̃d nõ alteri tribuit. Nimirũ psonas discernẽs,
prĩ authoritas asscribit̃, qm̃ principiũ sit toti⁹ trinitatis, q à nullo principiũ est sine principio
vnde fili⁹ & spũs sanctus ab æterno. Itẽ filio redẽptio, qm̃ ipẽ solus humanitatẽ adsumpserit
& si redemptionem pater & filius & spũs sanctus fecerit. Item spiritui sancto iustificatio, &
peccatorũ remissio & interna animi cõsolatio, quũ sit ipẽ donũ patris, q glorificat aĩa in amicitiam dei adsumpta. Nec datur donũ illud, q̃d est gratia sine spũ sancto. Siqdem donum sit
amotis ad volũtatem pertinens, idcoq́ spiritui sancto attribuitur.

¶Ad se-

D ¶Ad ſecundū reſpondeas, præſentiā filij nequaq̄ impedire ſpū ſancti p̄ſentiam, quum ille
ſine patre & filio nō veniat, hinc aliàs: Si qs diligit me, ſermonē meū ſeruabit, & pater meus Iohan. 14
diliget eū, & ad eum veniemus, &c. nec vtiq̄ diuiſibilis vt particulariter dari poſſit. Sed re-
uera non veniſſet ſpūs ſanctus, niſi filio iam ad patrē recepto, tale qdē erat diuinū decretum,
arcanūq̄ conſilium, vt filio dei in mūdo p̄ſente mūdo ſpūs ſe nō manifeſtaret, & filio dei ab-
ſente ſe ſpūs mūdo inſinuaret, tanquam ſpū ſancto cū patre manēte, cum filius p̄ſens eſſet in
mūdo, & filio cū patre identidē manēte, cū ſpūs p̄ſentia ſua mundaret, abundeq̄ effunderet
in mūdo, non quod vnquam ſpūs aut filius abfuerit à patre aut pater ab ipſis, ſed hæc myſte
ria ſunt, vt cū nobis p̄ſentes non adſunt, eos apud patrē eē intelligamus, & duorū ſimul ex di
uino decreto patris p̄ſentiam nō fuiſſe mūdo exhibēdā. Sane (vt breuiter dicā) plenitudo ſpi
ritus ſancti nō erat viſibiliter p̄ſtanda, niſi facta plena reſtauratione deperditorū, q̄ fuit con-
ſumata p dñi aſcēſionē. Siqdē ait aplus: Aſcēdēs Chrs in altū, captiuā duxit captiuitatē, de- Eſaie. 4
dit dona hoībus. Aſcēdit eñ ſup oēs cœlos, vt adimpleret oīa. Quia vero diſcipuli nō erant
diſpoſiti in tāta plenitudine ac donorū cumulo accipere, vt eis totiq̄ mundo ſufficeret, qbus
p̄dicare debebāt, ideo ait: Si nō abiero. Diſponebant aūt magis p corpalem Chri abſentiam Matth. 16
ideoq̄ ait: Si aūt abiero, &c. Credi eñ par eſt, illos corpali Ieſu affectu delectatos & conuer Matth. 17
ſatione, minus curaſſe diuina eius myſteria intelligere, minus etiā in deū amoris adſectibus Marci. 9
ferri, ſed carnaliter cognouiſſe, carnaliter & dilexiſſe, cōtentos cū eo ſemp manere in terris. Luce. 9.
Id q̄d claret in Petro dicēte: Abſit à te dñe, qñ ſe paſſuū p̄nuntiaret, eū retrahere volēs. Itēq̄ Iohā. 11
in trāſfiguratiōe. Dñe bonū eſt nobis hic eē. Et in Thoma dicente: Vadamus & moriamur
cū illo. Ita nimiū dilexerūt corpalem p̄ſentiam, vt ſine illa viuere nō delectarent. Subtracta 2 Cor. 15.
aūt forma humana iā ad cœleſtia, q̄ caput ſuū migraſſe cognouerāt, deſiderio aſpirauerunt, Matth. 6
Chſoq̄ viſibiliter ſubtracto iā ſpūalia noſſe cœperūt: quēadmodū Paulus, q iā cœperat, ſpū
inqt: Etſi cognouim⁹ ſecūdū carnē Chrm, ſed nūc iā nō nouimus, qm etiā Chri carnē iā ſe- Col. 3
cundū carnē nouit, qa verbū factū carnē ſpūaliter nouit. Sublato ergo dño, vbi theſauru ſuū
eſſe cognouerūt, illic & cor ſuum eſſe deſiderarūt, apoſtolo dicente: Igit ſi cōſurrexiſtis cum
Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chrūs eſt in dextera dei ſedēs, &c.

E ¶Et hoc eſt, q̄d dñs hodie ait: Expedit vobis, q̄d vadā. ſ. ad patrē. i. proderit vt ſpūaliter
me cognoſcatis, & iā carnaliter me noſſe deſiſtatis, ne verbo carnē facto quaſi lacte contenti
ſitis. Si hāc carnalē dilectionem à vobis abire nō fecero, nō eritis digni, vt paracletus veniat
ad vos, q̄uſq̄ eñ de me carnaliter ſentietis, nō eritis idonei, vt ſpm ſanctū recipiatis, vt q̄ ma
gis ſpūales effecti, hoc magis ad cœleſtia in amplectēda mea deitate rapiamini. In tātū qdē
mūdus eſt ſpūs, vt niſi in eo, q oīno ſpūalis ē, nulloq̄ carnali ſolatio p̄peditus haud quieſcat. Coloſſ. 1
Hinc Paulus: Ideo (inqt) nō ceſſamus pro vobis orantes & poſtulātes, vt impleamini agni-
tione volūtatis eius in omi ſapiētia, & intellectu ſpūali. Vnde Chrūs plane docet, quēadmo
dū ſpūs ſanctus non erat dandus in plenitudine gratiarū ante ſuā aſcenſionē, ita nō dari inui-
ſibiliter manēte cōſolatione inuiſibili & ſenſuali. Nō eñ ſe cōpati cōſolationē diuinā & ſen-
ſualem ac ſecularē. Cauendū ergo, ne ſi p̄ſentia carnis filij dei impedit ſpūs receptionē, tanto
magis carnalis affectus in nobis eandē impediat. Nulla ergo niſi à deo petēda eſt cōſolatio.
Vnde Propheta: Iacta ſup dñm curā tuā, & ipſe te enutriet, & nō dabit in æternū fluctuatio Pſal. 54
nem iuſto. Abijciamus q̄q̄ carnales adfectus, ſcientes ex dicto domini, carnē nihil prodeſſe Iohan. 16
ſed ſpiritū viuificare. Cuius gratia expediuit, quod ſe nobis carnali viſione ſubtraxerit, q ſub Matth. 28
ſacramento viſibili nobiſcum eſt inuiſibilis vſq̄ ad conſumationem ſeculi futurus.

HOMIL. XLVI. DE EO QVOD SCRPTVM EST, Iohan. 16. In illo die in nomine meo petetis.

Dominica quarta poſt octauas Paſchæ.

A VO dominus noſter Ieſus Chriſtus nihil prorſus obmitteret, q̄d ad pium at
tinet patrem, qui à filijs abiturus quæq̄ optima diſpoſuit, quæ eis in abſentia
erant ad ſalutem agenda, vt pater reuerſus ad voluntatē ſuam ipſos ſaluos eēt
inuenturus. Proinde, inquam, dominus noſter, verus, idemq̄ pientiſſimus pa
ter, hinc p mortē ad patrē ſuū iturus nobis in terra relictis ea p̄ſcripſit, quæ fa-
cto ſunt ad ſalutē omnino opus, qbus obſeruatis ipe nos paratos ſibi eſt & in-
uenturus. Et ſane hodie quaſi ſupremum idemq̄ omnium maxime neceſſarium ad tempo-
ralem & æternalem ſalutem præſcripſit. Iohā. 16

B ¶Et quid: eſſe, inquam, docet orandum & quidem, vt alias pariter monet frequēter. Pe- Matth. 7.
tite, inquiens, & accipietis. Et iterū: Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & Luc. 11.
aperietur vobis. Et rurſus: Quoniam oportet ſemper orare, & non deficere. Et Apoſtolus Lucæ. 18
ideo ait: Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. 1. Theſſ. 5.

¶Quare

¶Quare tantopere orãdum, tãq; cõtinue? Nimirũ, vt cognoscamus nos nihil esse, nec quic- C
quàm à nobis esse, nec haberi, sed plane totũ quod sumus, quodq; habemus, aliunde pẽdere.
1.Cor. 3 Quandoquidẽ Paulus ait: Non sufficiẽtes sumus cogitare aliquid à nobis.
Roma. 8 ¶Vnde petẽdum? A deo (inquã) nõ à creatura, quũ iuxta Apostolũ: Om̃is sit creatura va- D
nitati subiecta. A deo igit solo & vnico, indeficiente & pfecto petẽdum est, in q̃ (vt in Actis
Acto. 17 scribit apostolicis) viuimus, & mouemur & sumus, ille diues est in oẽs, à quo, ex quo, & in q̃
Iacobi. 1 sunt oĩa, & sine ipo nihil est. Vnde scribẽte Iacobo, om̃e datũ optimũ, & omne donũ pfectũ
2. Cor. 3 desursum est, descendẽs à patre luminũ, ex quo (inqt Paulus) oĩs nostra est sufficiẽtia. Vnde
psidiũ petere debemus, q̃d & Propheta fecit, dicens: Leuaui oculos meos in mõtes, vnde ve
Psal. 120 niet auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ à dño, q fecit cœlũ & terrã. Ille ergo, & si q̃d & Chrũs alibi
Matth. 6 adfirmat, plane nouit qd nobis prosit, quodq; & dare vult, nõ tamẽ cũ merito vult dare, nisi
Luc. 18 petitus. Nimirũ, quo quũ nihil nobis obliget, nec alicuius est debitor, ostendat se nostrũ esse
dñm & creatorẽ, interimq; nostrã agnoscamus humilitatẽ & insufficiẽtiam, de seipso apud
Prophetã loquẽs: Recordamini prioris seculi, qm̃ ego sum deus & non est vltra deus. Is ni-
Esa. 46 mirũ est (Apostolo teste) q in nobis operat velle & pficere iuxta bonã voluntatẽ, sine q̃ nihil
Philip. 2 facere possum⁹, nec sine eo aliqd habere, q nec nobis ad aliqd dandũ obligat, sed q̃d largitur
Iohan. 15 ex sua mera misericordia & bonitate impartit. Hinc Dauid: Iubilate deo om̃is terra, seruite
dño in lętitia. Scitote qm̃ dñs ipe est de⁹, ipe fecit nos & nõ ipsi nos. Id q̃d Apostolus vnico
Psal 99 arguit verbo, inqens: Gratia dei sum id q̃d sum. Rogãdus est itaq;, quũ eius sit cœlũ & terra,
1. Cor. 15 & quicqd vtroq; cõtinet, nec aliquid inde nisi ex misericordia nobis debet.
¶At cuius intercessione petẽdũ est à deo? Iesu Chri (inquã) vt hois, nõ vt dei interuentu à E
1. Timot. 2 pr̃e orãdũ est, q̃d ipe hodie met suo petẽdum pcipit noie, quãdoquidem ait Paulus: Vnus est
deus, vn⁹ & mediator dei & hoim, homo Chr̃s Iesus q dedit semetipm pro oĩbus redẽptio-
1. Iohã. 2 nem. Vnde Iohãnes: Filioli mei, hæc scribo vobis, vt nõ peccetis. Sed & si qs peccauerit, ad-
uocatũ habemus apud patrẽ Iesum Chr̃m iustũ. Ille (inquã) verus est pro nobis apud deum
Hebr. 4 intercessor & põtifex: Qui (vt aplus inqt) potest cõpati infirmitatibus nostris, tẽtatus & per
oĩa ipe pro similitudine absq; pctõ. Ad huius thronũ gr̃æ cũ fiducia adeamus, vt misericor-
diã cõsequamur, & gratiã inueniam⁹ in auxilio opportuno, & obnixe petam⁹ & accipiem⁹.
¶Quid petamus? Respõdet Chrũs, vt gaudiũ nr̃m sit plenũ. i. vt nobis sit vera salus, q̃ in- F
Matth. 1 telligit petẽda in noie Iesu, q̃d salus est, Iesus qdẽ saluator dicit, qa saluauit nos à peccatis. At
hoc gaudiũ nulli q̃ in cœlo plenũ eẽ põt. Vnde Propheta: Satiabor cũ apparuerit gloria tua
Psal. 16 In cœlo qdẽ apud deũ nulla est trãsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, neq; dolor, neq;
Iacobi. 1 luctus vltra, sed oim bonorũ abũdantia, sed q̃ fiunt sub sole cũcta & vniuersa vanitas, & affli-
Apo. 21 ctio spũs, siqdem trãsit mũdus & cõcupiscẽtia eius. Et homo in eo breui viuẽs tpe, multis re
Eccl. 1 pletur miserijs. Qui quasi flos egredit & conterit, & fugit velut vmbra & nunq̃ in eodẽ sta-
1. Iohã. 2 tu pmanet. Sic q̃q; (inquam) nullũ in eo gaudiũ est verũ & constãs, quũ (vt scribit) hic gaudij
Iob. 14 risus dolore miscet, & extrema plerũq; luctus occupat. Igit docet Chrũs petẽdũ, vt nr̃m sit
Prouer. 14 plenũ gaudiũ. s. in cœlo, q̃d vbi petiuerim⁹, certe nihil in fide dubitãtes, accipiem⁹, haud em̃
Iacobi. 1 haud dare põt, q̃d deus se daturũ promisit. Hinc dñs inqt: Propterea dico vobis, oĩa quęcũq;
Marci. 11. orãtes petitis, credite q accipietis, & eueniẽt vobis. Sic Iohãnes: Et est fiducia quã habemus
1. Iohan. 5 ad deũ, qa quodcũq; petiuerimus, secũdum volũtatem eius, audit nos. Quando secũdum vo
luntatẽ eius? Quando petimus vt gaudiũ nostrũ sit plenũ, & certo quicqd etiam temporaliũ
petetur, ea petendum est conditione, vt ad illud gaudij prosit. Et sic profecto vel dabit quod
petimus, vel quod nouit esse nobis vtilius.
¶At petimus efficacius singuli & pauci, aut vniuersi & plures? Efficacius (inquã) plures q̃ G
singuli & pauci? Nimirũ, q̃d adaugeat inter nos charitas & fraterna dilectio, nobis toties à
Matth. 6. Chr̃o inculcata, q̃ cõis charitas deũ nobis reddit fauorabilẽ & gratiosum. Hinc est q̃d Chr̃s
Luc. 11 nobis or̃onem illã dñicã numero vbiq; multitudinis pscripsit, dicẽs, orate: Pater noster qui,
&c. dimitte nobis &c. ad significãdũ, vt plures in charitate petam⁹, vn⁹ pro altero. Vñ Iaco
Iacob 5 bus: Orate pro inuicẽ vt saluemini. Multũ em̃ valeat depcatio iusti assidua. Et certe deus ille
Matth. 18 maximus nos toti⁹ vniuersos & plures q̃ singulos vult exaudire, Chr̃o dicẽte: Iterũ dico vo
bis, qa si duo ex vobis cõsenserint sup terrã de om̃i re, quacũq; petierint, fiet illis à pr̃e meo,
qui in cœlis est. Vbi em̃ sunt duo vel tres cõgregati in noie meo, ibi sum in medio eorũ. Cu
2. Cor. 1 ius pene Aplus rõnem reddit, inquiẽs: Qm̃ & adhuc eripiet adiuuãtibus vobis in or̃one pro
nobis, vt ex multarũ psonis facierũ eius, q̃ in nobis est, donatiõis, p multos gr̃æ agant pro no
bis. Q. d. Ideo spero me or̃onib⁹ vr̃is multorũ ereptũ iri, q̃d deinde vos obligabimini ad gra
tias agẽdũ deo. Siqdẽ qñ de⁹ dat beneficiũ alicui ad pces multorũ, nõ solũ q recipit beneficiũ,
sed & oẽs, q̃rũ orationib⁹ hoc datur & plerũq; in omniũ vtilitatẽ obligantur.
¶Exaudit itaq; deus facilius preces multorũ q̃ vnius, tũ propter mutuã multorũ charitatẽ H
tum propter copiosiorem gratiarũ actionem. Vnde & in veteri testamento, quũ vellẽt quid
magni

magni à deo petere, conuentũ populi totius coegerũt, & rogantes sunt exauditi. Et pro Petro quoq; fiebat oratio ab vniuersa cõgregata ecclesia. Inde pmota recta ecclesia catholica lætanias. i. supplicatiões quotãnis fieri statuit, de qbus anno superiore multa. Iohel. 2 2. Para. 20 Actor. 12

I ¶ Verũ hoc loco quærit, An & diui, q cũ deo nũc viuũt, iure à nobis possint admoneri, vt & ipsi deũ nobiscum petãt, adeoq; pro nobis orẽt? Hactenus q̃ falsè nõnulli idipm negarint anno trãsacto abunde ptim ostẽdim⁹, partim Chrs hodie summa veritas eos apte mẽdacij cõuincit, dicẽs: In illo die in noĩe meo petetis. Quis est ille dies in q̃ petẽt? Est (inquã) seculũ futurũ, q̃d etsi, q̃d sit æternitas, vix dici tp̃s possit, diem à scriptura recipit, de quo Petrus ait: Vnũ vero hoc nõ lateat vos charissimi, q̃a vnus dies apud dñm, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. In illo igit die est hora, in qua dñs suis nõ loquit in parabolis, sed palam de suo patre annũtiat, nimirũ omi velamine retecto eis patrẽ manifestãs, & ita nõ in prouerbiis 2. Pet. 3.

D nõ in ænigmate, nõ velate, sed palam loquẽs & patrẽ demonstrãs, quẽ nemo, q viuit, nisi fide videre põt, quẽ aptissime apli, cæteriq; diui & facie ad faciẽ vidẽt. Quod dudum est testatus Paulus: Videm⁹ nũc (inquiẽs) p speculũ in ænigmate, tũc aũr facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte, tũc aũt cognoscã, sicut & cognitus sum. In eo itaq; die & seculo deus iã suos videt, seq; apto eis facie ad faciẽ monstrat, quorũ ideoq; cor gaudet, eo gaudio q̃d nemo ab eis tollet, quia firmũ, æternũ, solidũq; & verũ, quale hoc in mundo esse nequit. Est ergo dies ille, in quo apostoli petent, non aliud tempus quàm æternitatis, in altero seculo. Exo. 33 Iohan. 1. 6 1. Cor. 13

K ¶ Sed cui petẽt apostoli in cœlo? Sibi? Nequaquã quĩ inibi sint & in eo beatitudinis statu, vbi nulla re indigẽt, vbi plenũ est gaudiũ, vera salus & gloria, de qua oĩs est oĩm rerũ satietas. Vnde Dauid: Satiabor cũ apparuerit gloria tua: nimirũ ibi nulla ẽ trãsmutatio, vbi oẽs sunt vt angeli, nõ esuriẽt, neq; sitiẽt amplius, & ab oculis eorũ est abstersa oĩs lachryma. Ideo qui inibi sunt sibi plane nihil petũt nec petere possunt, qbus nihil deest. Petunt igit cũ Iesu Chro hoĩe, cõfratre & aduocato nostro, petũtq; ipm adeo verũ ĩ trinitate deũ pro nobis, vt & mutuam erga nos ex pcepto dñi obseruẽt charitatẽ, quæ neq; in cœlo, q̃a nunquam excidet. Illic ideoq;, teste dño hodie, in eo tpe & seculo nihil petunt in noĩe Iesu pro nobis & nobiscũ, in quo nõ exaudiant, q̃uũ nõ sit seculũ, in q̃ aliqd petaĩ, quod nõ sit exauditiõe dignũ, sed oĩa in dei, & Chri filij eius honorẽ & gloriã petunt. Quin & ipsorũ tanta est apud patrem gratia vt non opus sit eis, si quid petere velint, vt filius pro eis intercedat, sed nullo mediatore petẽtes exaudiant, obtineãtq;. Id q̃d euidenter his verbis innuit dñs: Et nõ dico vobis, q̃a ego rogabo patrem de vobis. Ipse em̃ pater amat vos, q̃a vos me amastis, & credidistis, quia à patre exiui. Quãdoquidẽ quos rex aliq̃s amat, non opus sit eis, vt filius regis roget pro ipsis, vt à rege obtineant petita, & maxime si tales sint, vt nõ nisi patris & filij gloriã & honorẽ intẽdant, neq; aliquid aliud petere velint aut possint. In illo igitur die, scilicet alterius seculi petent apostoli, adeoq; omnes dei sancti non sibi, nihilo indigentibus, sed nobis. Quod & tribus antea Homilijs ostendimus contra schismaticos, qui falso sanctorũ suffragia in futuro seculo, & eorum, qui adhuc viuunt, pro nobis intercessiones negant, quod & hodiernum Euangelium cum multis alijs scripturis omnino mendacij arguit. Psal. 16 Iacob. 1 Apoc. 7 Matth. 22 1. Cor. 13

HOMILIA XLVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Marci. 16. Adsumptus est Iesus in cœlum, & sedet à dextris dei.

In ferijs dominicæ Ascensionis.

A 
Anc esse, fratres dilectissimi, totius lætitiæ atq; iubilationis diẽ, nullisq; nõ mortaliũ in Christũ credẽtiũ summa iucũditate pagendam, partim ex Dauide, partim ex Luca facile intelligimus. Quãdoquidem Dauide cõcinẽte, hæc illa sit dies, in qua dñs Iesus deus idẽq; hõ, tẽporali, æternaq; morte oĩmq; huius seculi ærumnarũ passione pro nobis deuicta, plenus felicitate, plenus maiestate, plen⁹ deitate cœlos in iubilo & in voce tubæ propria q̃dẽ virtute & oĩm primus ascẽdit, eiusq; est magnificẽtia sup cœlos eleuata, & cuius à summo cœlo fuit egressio, eius hodie recursus ad summum fuit cœlũ ipsius verbũ plane cõpletũ, q̃ vitã adhuc agẽs dixit. Et nemo ascẽdit in cœlum, nisi q descẽdit de cœlo, filius hominis, q est in cœlo. Et aplus: Qui (inqt) descẽdit, ipe ẽ, & q ascẽdit sup oẽs cœlos. Sic & Lucas, inquã, hãc lætitiæ diẽ eẽ arguit, dicẽs: Eduxit aũt eos foras in Bethaniã, & eleuatis manib⁹ suis bñdixit eis. Et factũ est, dũ benediceret illis, recessit ab eis, & ferebat in cœlũ. Et ipsi adorãtes regressi sunt in Hierusalẽ cũ gaudio magno, & erãt semp in tẽplo laudãtes & benedicẽtes deum. Quando proinde illi scilicet apostoli cum matre Iesu reliquisq; sanctis mulieribus, quas adfuisse idẽ alias notat, gaudio magno iam visa & gloriosa ascensione perspecta redierint, quid aliud nobis suggerunt, quàm quod dudum Prophe- Psal. 46 Psal. 8 Psal. 18 Iohan. 3 Ephe. 4 Luc. vlt. Acto. 1 Ibidem

Propheta vaticinatus est, dñm. s. Iesum in iubilo, & voce tubæ. i. in angelica harmonia, eāq;
Romanū. 11. ineffabili cœlū ascēdisse, hācq; nobis diem gaudia resurrectiōis dñicę nequaq̃ terminare, sed
plurimū augere, in eaq; magnopere nos debere ex aīo lętari, simulq; exultare & tripudiare.

1. Cor. 12 ¶ Primo, ob ꝓceptū Apl'i q̃ mādat, inqens: Gaudete cū gaudētibus, & flere cū flētib', & q-
dē maxime q̃d si qd patit vnū mēbrū, cōpatiunt oia mēbra. Siue gloriat vnū mēbrū, congau
Matth. 27. dēt oia mēbra. At corp' & mēbra vni' corpis sum' cū Apl'is q̃q; oēs in Chr̄m credētes, q (vt
Psal. 67. dictū est) hodie ꝑpter lętū Chr̄i ad cęlos ascēsum gauisi sunt. Itēq; lętati sunt sancti pr̄es lon
Ephe. 4 go antea tpe in lymbo detēti, q cū dño (teste Euāgelista) resurgētes simul ascenderūt, paulo-
Col. 2 post ꝓpheta asserēte: Chr̄s ascēdēs in altū captiuā duxit captiuitatē. Et rursus expoliās prin-
Michæ. 2 cipatus ac ptātes, traduxit cōfidēter, palā illos triūphās in seipo. Et ali' propheta testat' ait:
Et trāsibit rex eoꝝ corā eis, & dñs in capite eoꝝ, & sic propter illos merito collætemur. B

¶ Scdo, ꝙ hæc dies ansa fuit datiōis donoꝝ spūs sancti, qbus ad omnē salutis agnitionē ve C
Iohan. 16 ritatisq; sciam euehi licuit, nec qdē aliter Chr̄o prius dicēte: Sed ego veritatē dico vobis, ex
Iohel. 2. pedit vobis vt ego vadā. Si em̄ nō abiero, paraclet' nō veniet ad vos, Si aūt abiero, mittā eū
ad vos q docebit vos oēm veritatē, & q̃ futura sunt, annuntiabit vobis. Id q̃d dudū per pro-
Psal. 67 phetā promiserat, inqens: Effundā de spū meo sup oēm terrā. Quod vtiq; nisi ascēdisset fa-
Ephe. 4 ctū nō fuisset. Et hoc est q̃d Paulus ait: Chr̄s ascendēs in altū captiuam duxit captiuitatem,
dedit dona hominibus. Quæ dona? Vtiq; larga septiformis ipsius charismata, quæ regres-
Roma. 6 sus in cœlū in totum orbem abunde diffudit. Qua de re suo tempore multa.

¶ Tertio, ꝙ quēadmodū (vt Apl'us scribit) Chr̄s traditus est propter delicta nr̄a, & resur
Ephe. 4. rexit ꝑpter iustificationē nr̄am, ita hodie vt eā nr̄am iustificationē. i. vt nos sua gr̄a dignos D
cęlo redderet, vt oia q̃ ad nr̄am salutē ptinēt, deq; se scripta erāt, adimplerent cęlū ascēderit,
1. Cor. 15 Paulo attestāte, q ait: Qui descēdit ipe est, & q ascēdit sup oēs cœlos, vt adimpleret oia.

¶ Quarto, ꝙ quēadmodū Chr̄s à morte primus resurgēs & nos (vt Apostolus scribit) cer E
to resurrecturos probauit, ita q̃q; hodie ascendēs, nos quoq; cœlos ascendere testatus est, nē
pe qui ꝓcedens viā nobis notā fecit, adeoq; in cœlis locū quietis ꝓparauit. Propheta olim ꝓ-
Michæ. 2 dicente: Ascendit iter pandēs ante eos, qa etem̄ ipse est caput nostrū, oportet & illic esse nos
Iohan. 14 eius mēbra. Quod ipse dñs testat, inquiēs: Quia vado parare vobis locū. Et si abiero & ꝓpa
rauero vobis locum, iteꝝ venio, & accipio vos ad meipm̄, vt vbi sum ego, & vos sitis. Venit
aūt Chr̄s suos recipiēs nō ꝓsentia corpali, quādo illoꝝ animas à corpibus exutas ad beati-
tudinis locū euehit, q̃s in nouissimo die vnà cū corpibus recipiet, vēturus ad iudicandū in ea
Acto. 1 quidē forma, qua ascēdit. Hinc plurimū & impie errāt, dicētes: Neminem sanctoꝝ nisi post
nouissimū diē in cœlos ventuꝝ. Id quod contra omnem est veritatis scripturam.

¶ Quinto, nobis hodie lætādū est, ꝙ Chr̄s hodie ꝑpetuus cęperit nobis eē apud deū pa- F
trem suū & nr̄m aduocatus & patronus, q tū inde deus interpellat, & vt homo pro hoīe in-
terpellat, sic Iohānes ait: Filioli mei, hæc scribo vobis, vt nō peccetis. Sed & si qs peccauerit
1. Iohan. 2 aduocatū habem' apud patrē, Iesum Chr̄m iustū. Et Paulus: Chr̄s Iesus, q mortuus est, in-
nocens, q & resurrexit, q est ad dexterā dei, qui etiam interpellat pro nobis. Et rursus: Vnus
Roma. 8 em̄ deus, vnus & mediator dei & hoīm, homo Chr̄s Iesus, q dedit redemptionē semetipm
pro oībus. Hic (inquam) dñs Iesus primū factus est in cœlo pro nobis apud patrē interpella
1. Timot. 2. tor, cœpitq; primū pr̄ eius noīe peti, q̃nquidē qui primū hodie sedere à dextris patris cœpe
Psal. 109 rit, in eoq; Dauid verificatus: Dixit (inqens) dñs dño meo, sede à dextris meis.

¶ At audio hic, qūo ergo Chr̄s sedet ad dexterā patris, q à vobis adfirmat eē sub sacro eu G
charistiæ & qdē sub specie panis & vini cōtineri? Rn̄debo Chr̄m deū & hoīem, vti deum in
principio cū deo pr̄e fuisse & eē vt hoīem cū deo vnitū hodie primū cęlos ascēdisse, & ad dei
pr̄is dextrā sedere cępisse, nō qdē vel corpaliter vel localiter, quū deus incōprehēsibilis incir
cūscriptusq; sit, sed spūs sup oia sublimis. Veꝝ spūalis est hæc ipsa sessio, & dextera spūalis,
quā nō hō carnalis, sꝫ spūalis discutit. Sane sedere ē habitare, vt is sedit tres annos ī hac terra.
Psal. 28. Hinc dr̄: Et sedebit dñs rex in ęternū. Sic & dexterā dei dicimus, ptātē diuinā, cuius ē, in nul
lo eē loco solo, sed vbiq; totā & nihil aliud est q̃ de' met, q vbiq; totus est & in oībus idē. Sic
Hier. 23 ipe de seipo. Nūqd nō cęlū & terrā ego impleo? Sic Dauid in spū inqt: Quo ibo à spū tuo, &
Psal. 138. quo à facie tua fugiā. Si ascēdero in cœlū tu illis es, si descēdero ad infernū ades. Si sumpsero
pēnas meas diluculo, & habitauero ī extremis maris. Etem̄ illuc man' tua deducet me & te-
nebit me dextera tua. Ita Chr̄s deitati vnit' nō hodie mō ad dexterā dei sedere cępit, sed ad
illā & in illa vt deus caro factus ab ęterno ē, & erit q cū patre vnū est, sic certo ē certi', Chr̄m
eē simul & semel in cęlo & terra, adeoq; in sacramēto visibili inuisibilis & qdē sua diuina po
tētia, qua oia pōt, corpaliter vtcūq; nō rōne hūana ꝑsuaderi possit. Hinc alias in terra adhuc
Iohā. 3. dicebat: Et nemo ascendit in cœlū, nisi prius descēdit de cœlo, filius hominis, q est in cœlo.
Per vnitatē em̄ ꝑsonæ, qua vtraq; substātia vnus est Chr̄s & fili' dei, ambulabat in terra, &
idem ipsius filius hoīs manebat in cœlo. Est & diuinæ dūtaxat potestatis iudicare oēs in die
nouissi-

nouissimo, vti Apl'us vocat deũ omniũ iudicẽ, & Dauid ait, qm̃ deus iudex est. Hanc vero Hebr. 12
potestatẽ deus pater filio Chr̃o hodie vti homini primũ cõtulit, ideoq́ hodie iuxta hãc Psalm. 49
potestatẽ vti homo primũ cœpit habere & ad dexterã dei sedere, i. habitare in ea diuina
ptãte & dextera iudicãdi in die nouissimo viuos & mortuos, quã accepit ipse hõ à deo, vt
veniat homo iudicaturus, q venerat primo iudicãdus, Luca dicẽte: Hic Iesus q adsumpt' Acto. 1.
est à vobis in cœlũ, sic veniet, quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in cœlũ. Sic Apl'us: Testificor 2. Timo. 4
ait, corã deo, & Iesu Chr̃o, q iudicaturus est viuos & mortuos. Sane, sic dicit, hodie Chr̃s
propria virtute adsumptus in cœlũ & sedere in dextera, i. potestate dei demũ ad iudican- Math. 28
dũ ventũrus visibiliter in maiestate, q vsq́ eo inuisibiliter sub sacramẽto est eucharistiæ.

HOMIL. XLVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 15. Et absq́ synagogis facient vos.

Dominica post ascensionem.

A 

Vi huius tẽporis hæreses imitant, seq́ euãgeliũ & ad cœlos viam quo dũtaxat p euãgeliũ pueniť, docere, vel soli glorianť, mollissi- Gene. 8
ma quæq́ & q̃ carni, adeoq́ sensui, q (vt scriptura ait) ab adolescẽ
tia sua ad malũ pronus est, adblãdiunť, mox à principio suoꝝ ser-
monũ docẽt, in medio suadẽt, in fineq́ cõcludũt, dicẽtes, nihil o-
pus eẽ ad vitã æternã cõsequendã tãta reꝝ carnaliũ abstinẽtia, &
tãta corporis castigatiõe, tãtoq́ diu noctuq́ labore: qñquidẽ suffi
cere fide in Christũ, vel solã, q morte sua quæq́ pctã nr̃a sustule-
rit, cœlũq́ nobis aperuerit, simulq́ acquisierit, nec proinde opus
esse nr̃o conatu, nostroq́ tã vehemẽti studio in bonis, q̃ appellãt,
operibus: nimiꝝ vehemẽter cõtra veritatẽ primo, & cõtra veritatis modũ errantes.

B ¶Primo quidẽ veritas ait: Intrate per angustã portã, quia lata porta & spatiosa via est Math. 7
q̃ ducit ad pditionẽ, & multi sunt, q intrant p eam. Atq́ angusta porta & arta via est, quæ Lucæ. 13
ducit ad vitã, & pauci sunt, q inueniunt eã. Hæc illa ab æterno veritas. Cui etiã ethnici,
lumine solũ naturæ incedẽtes vsqueadeo abstipulati sunt philosophi, vt dixerint ad virtu
tẽ, in qua beatitudinẽ & summã felicitatẽ collocarũt (q̃ & certe beatitudinis, adeoq́ ipsius
est dei, perinde imago & speculũ & co[illegible]erimẽtũ & vestimẽtũ) viã plane eẽ durã, lapido-
sam, & arduã, qua nisi summis laboril[illegible] nõ posset quispiã proficisci, ecõtrario aũt ad vias
esse viã voluptuosam & delectabilẽ & blandã, qua nõ multo conatu aliquis eẽt deuẽturus.
Sic Cicero post Prodicũ rhetorẽ apud Xenophontẽ, tradit Herculẽ, quũ primũ pubesce Cic. li. 1. off.
ret, exiisse in solitudinẽ, atq́ ibi sedẽtẽ diu secũ, multũq́ dubitasse, quũ duas cerneret vias,
vnã voluptatis, alterã virtutis, vtrã ingredi melius eẽt. Sic & Basilius magnus scribit, &c.
Et reuera nõ est nisi laboriosa ad cœlũ via. Quod pene poeta videť sensisse, canẽs: Per va Basilius ad
rios casus, p tot discrimina reꝝ, tẽdimus in Latiũ. Sed qd ẽ tẽdere in Latiũ? Nisi in patriã Nepot.
promissiõis, in quã certe (vt scribit) p multas tribulatiões ingrediẽdũ est, & summus ac du Verg. li. 1.
ris laboribus. Siquidẽ via ad beatitudinẽ angusta & arcta sit, adfirmãte Chr̃o, summa veri Aeneid.
tate, cõtra quã errãt schismatici, in eoq́ se plane arguũt esse Antichristos. De qbus Petrus Acto. 14
scribit: Hoc primũ (inquiẽs) sciẽtes, q̃ veniẽt in nouissimis diebus in deceptiõe illusores iu 2. Pet. 2. 3
xta pprias cõcupiscẽtias ambulãtes, magistri mẽdaces, q introducẽt sectas pditiõis, & su
perinducẽtes sibi celerẽ pditionẽ, & multi sequenť eoꝝ luxurias, q post carnẽ in cõcupis-
centia immũditiæ ambulãt, dominationẽq́ cõtemnũt, audaces, sibi placẽtes sectas nõ me
tuunt introducere, p q̃s via veritatis blasphemabiť, & in auaritia fictis verbis de vobis ne
gotiabũtur, q̃ difficilia intellectu in epistolis Pauli sicut & cæteras scripturas ad suã ipsoꝝ
pditionẽ deprauãt. Hæc ille. Quod q̃ veꝝ nũc reperiať in nõnullis, plusq̃ notũ est. Ab iis
dehortať dñs, dicẽs: Attendite à falsis pphetis, q veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ, intrin- Math. 7
secus aũt sunt lupi rapaces. Est igitur bonoꝝ parentũ, vt ab istis & ab eoꝝ doctrinis om-
nino amoueãt suos pueros, si eos volũt aliqñ ad virtutẽ & ab ea ad vitã æternã peruẽturos 1. Cor. 6
quo certe molles & carnales nõ perueniunt: veluti errantes garriunt contra veritatem.

C ¶Secundo, contra veritatis modũ docentis viam ad cœlũ. Falsus nimiꝝ & erroneus &
deceptorius est eoꝝ docendi mos ad cœlũ, quo primũ carnalia, blanda, mollisq́ docẽdo
proponunt, nihilominus interim summã felicitatẽ promittentes: siquidẽ longe aliter &
verius post Christũ apostoli viam & beatitudinẽ docuerint, qui primũ, vt oportet, diffi-
cilia, horrẽda, eadẽq́ dura proposuerũt, & eis superatis, blãda, hoc est, æterna gaudia ve
ræ quietis & æternæ vitæ promiserũt, dicẽtes: Pœnitentiã agite, appropinquabit eñ re-
gnũ cœloꝝ. Et Petrus: Pœnitentiã (inquit) agite, & baptizeť vnusquisq́ vestrũ in nomi- Math. 4
ne Iesu Chr̃i in remissionẽ peccatoꝝ vestroꝝ. Et Paulus adfirmat se gentibus annuncisse Marc. 6
quatenus pœnitẽtiã agerẽt, & cõuerterent ad deũ, digna pœnitẽtiæ opa faciẽtes: nimiꝝ Acto. 2
Acto. 20

qui verus beatitudinis docẽdæ doctor ſemper primũ amara,& deinde quæ dulcia ex illis
Roma.8 eſſent euentura,perdocuit,aliàs dicẽs:Exiſtimo enĩ q̃ nõ ſunt cõdignæ paſſiones huius tẽ
Hebr 12 poris ad futurã gloriã,quæ reuelabit in nobis. Et rurſus:Omnis aũt diſciplina in pſenti q̃-
dẽ videtur nõ eſſe gaudij,ſed mœroris,poſtea aũt fructũ pacatiſſimũ adfert. Sic & Chrũs
Matth.19 alibi ad diſcipulũ multas poſſeſſiones habentẽ,dicit:Si vis ad vitã ingredi,ſerua mandata,
Marc.10 &c. Si vis perfectus eſſe,vade & vende oĩa quæ habes,& da pauperibus,& habebis theſau
Lucæ.18 rũ in cœlo,& veni ſequere me. Sane dura proponẽs,dulcia poſt illa promittens futura,in
nuens rationẽ docẽdæ virtutis,quæ ducit ad beatitudinẽ. Hanc ethnicus lumine naturæ
Cic.li.1.off. rationẽ arguit exẽplo Herculis,Cui ſcribit duas fœminas,virtutẽ ac voluptatẽ apparuiſſe
Baſili⁹ ma Alterã,forma quidẽ cõſpicua,molliore facie,laſciuis oculis,ſermone blando,Omnia fau-
gnus ad ſta,faciliaq́ȝ ad vitæ ſolatia tendẽtia per otiũ pollicendo,illũ de ſe trahere conatum fuiſſe.
Nepot. Alterã vero vultu rigido,ſqualenti,mœſtoq́ȝ ore,magnã fiduciã atq́ȝ conſtantiã præ ſe tu
Prodicus liſſe,nihil iucundũ,nihil amœnũ oſtendiſſe,ſed mille pericula,laboresq́ȝ immenſos,terra,
Chius i Xe mariq́ȝ ſubeundos. Præmiũ tamen horũ immortale,ad extremũ vero monuiſſe Herculẽ
nophonta. ſequuturã,& inter deos collocaturã ſe recepiſſe. Sic & eandẽ virtutis rationẽ docẽdæ Py-
Verg. de li thagoras perbelle p literã Græcã,ὐψὶλόν, quæ eſt y,expreſſit,quẽ luculenter,ſimulq́ȝ gra-
tera Pytha uiter retulit Vergilius hoc carmine:Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,Humanę
goræ. vitæ ſpeciẽ præferre videtur. Nã via virtutis dextrũ petit ardua callẽ. Difficilemq́ȝ aditũ
primũ ſpectãtibus offert,Sed requiem pbet feſſis in vertice ſummo. Molle oſtẽtat iter via
lata,ſed vltima meta Præcipitat captos,voluitq́ȝ p ardua ſaxa. Quiſquis enĩ duros caſus
virtutis amore Vicerit,ille ſibi laudemq́ȝ decusq́ȝ parabit. At qui deſidiam,luxumq́ȝ ſeque
tur inertem,Cum fugit oppoſitos incauta mente labores,Turpis,inopsq́ȝ ſimul miſerabi
Verg. li.1. le tranſigit æuum. Hæc ille,qui & alias introducit Aeneam loquentẽ:Per varios caſus,p
Aeneid. tot diſcrimina rerũ Tendimus in latium,ſedes vbi fata quietas Oſtendunt, illic fas regna
reſurgere Troiæ,Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

¶Si hæc ethnici,quid nos Chriſtiani? An nõ longe magis eã rationẽ vel maxime in ſo D
bole noſtra ad vitã beatã inſtruendã ſequemur,qui tã vbiq́ȝ habemus Chriſtũ, vnicũ illũ
magiſtrũ. Vnde omnis ſcientia & doctrina,& quidẽ hodie exemplo ſuo huiuſmodi vitæ
docẽdæ rationẽ tã ſuis diſcipulis q̃ nobis oĩbus pſcribit? Qui enĩ ſuæ ſanctæ eccleſiæ,quã
ſuo ſanguine redemit,fundator,idẽq́ȝ fundamentũ ſuos docẽdæ ad verã vitã viæ rationẽ
docturus primo omniũ proponit,quæ illi peſſima ſint paſſuri noĩe ſuo ad vitã,& quãta il
lis ſuperatis gaudia ſint habituri,ideoq́ȝ eos debere in tã duris pſeuerare,dicẽs:Et abſque
ſynagogis facient vos.ſ. Iudæi,&c. Eſſe aũt ἀποσυνάγογος, id eſt,à ſynagoga alienos,& à
cõmunione Iudæorũ eiectos,grauiſſima erat omniũ opinione,ignominiæ,& maledictio
nis nota,quã vt duriſſimã dñs ſuis diſcipulis ante ſuã mortẽ propoſuit,ne deficerent aliàs
nõ admoniti. Cuius quidẽ verbũ vel ideo hodierna die loco thematis adſumendum duxi-
mus,vt & admoneremus periculoſæ,ignominioſæq́ȝ notæ,quã nobiſcũ excõmunicatus
incurrit,qui idẽ eſt tẽpore,qui olim erat ἀποσυνάγογος, & hoc quidẽ in maiori periculo
detẽtus q̃ extra ſynagogã eiectus,q̃ maior eſt veritas,q̃ eſt Chriſtiana eccleſia, q̃ vmbra,
q̃ fuit ſynagoga eccleſiæ. Sane fuit ſynagoga eorũ Iudæorũ,q in vnũ deũ & Chrm aliqñ
futurũ crediderũt coadunatio & cõgregatio, Græce συνάγογη,quæ vel ipſa ad hũc modũ ec
cleſia appellari potuit,ſicut & paſſim in ſacris literis eſt appellata,& tũ eẽ incepta,qñ mũ
Pſalm.73 dus,adeoq́ȝ humanũ genus eſſe cœpit,propheta dicẽte:Memẽto cõgregationis tuæ dñe,
quã cõgregaſti ab initio. Siquidẽ prima cõgregationis eccleſiæ fundamẽta ſtatim ab ini-
tio ſunt poſita, Vnde & Aplus ait:Aedificati eccleſiã,nõ ſolũ ſuper aploꝝ fundamẽta,ſed
& etiã prophetarũ. Inter prophetas aũt numerat & Adã,q magnũ myſteriũ prophetauit
Ephe.2 in Chro,& in eccleſia,dicẽs:Propter hoc relinquet hõ patrẽ ſuũ & matrẽ ſuã,& adhære-
Ephe.5 bit vxori ſuæ,& erũt ambo in carne vna. Euidẽter enĩ de ijs dictis eius dicit Aplus,qa hoc
myſteriũ magnũ ſit. Ego aũt dico in Chro & in eccleſia,&c. Iã vero(qm̃ de illa aliàs forte
dicem⁹)eccleſiã eẽ peculiariter intelligit nõ cõfuſa,ſed ordinatiſſima fideliũ & in Chro re
Ephe.5 natorũ congregatio & coĩo & cõmunitas,q̃ myſticũ Chri Ieſu corpus dicit,cuius & ipſe
Coloſſ.1. (Paulo ſcribẽte)caput eſt. Hinc excõmunicare,eſt aliquẽ extra illã eccleſiã.i. Chriſtifide
liũ cõmunionẽ collocare,& eijcere,illũq́ȝ prorſus q̃ſi putridũ mẽbrũ à corpore Chri ex-
cindere. Id qđ fit,quũ delinquẽs ſuperbus,idẽq́ȝ cõtumax per aplos olim,nũc vero p eos,
q eccleſiæ pſident,& poteſtatẽ habẽt,nõ ſolũ ſoluẽdi,ſed & ligãdi de eccleſia pellitur,&
pro delicto ſuo à Chri corpore ſeparat inimicũ,vt notatus ab oĩbus erubeſcat,& cõuerſo
Iohan.20 eueniat illi,quod ſequitur,Vt ſpũs ſaluus fiat in die dñi noſtri Ieſu Chriſti, &c.
1.Cor.5 ¶Quã quidẽ excõmunicationẽ Chrs dñs eccleſiæ fundator & caput ſerio ſtatuit & ſan E
Matth.18 ciuit,inquiẽs:Si aũt peccauerit in te frater tuus, vade corripe eũ inter te & ipm ſolũ,ſi te
Lucæ.17 audierit,lucratus eris fratrẽ tuũ,Si aũt te nõ audierit,adhibe tecũ adhuc vnum vel duos,
vt in

vt in ore duoꝝ vel triũ testiũ stet omne verbũ. Quod si nõ audierit eos, dic ecclesiæ, i. pfidi ecclesiæ. Si aũt ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, i. à coione & corpe ecclesiæ oĩno separatus & abcisus. Hac deinde, q̃d satis cõstat, seria Chri cõstitutiõe & potestate vsus ẽ Paulus in Corinthiũ illũ incæstuosum, de q̃ ad Corint. scribit, inquiẽs: Ego quidẽ absens corpore, psens aũt spũ iã iudicaui, vt psens eũ, q sic operatus est in noĩe dñi nostri Iesu Chri, cõgregatis vobis & meo spũ cũ virtute dñi Iesu tradere hmõi hoiem satanæ in interitũ carnis, vt spũs saluus fit in die dñi nostri Iesu Chri. Idẽq Apłus excõmunicatione vsus est in Hymenæũ & Alexandrũ, q̃s se ait satanæ tradidisse, vt discãt nõ blasphemare. Et scias velim, neminẽ debere excõmunicatiõe facile vti, nec nisi in eũ, q in mortali crimine ptinax est & incorrigibilis, nolẽs parere mandatis plati iusta pcipiẽtis, nec itẽ debere à quopiã subito cõtra aliquẽ peti excõmunicationẽ, nisi cõtra quẽ illa petitur, spes sit, vt excõmunicationis timore ad satisfaciendũ velit aut possit induci, nã alioqui si aĩo faceret nocẽdi eius saluti, peccaret cõtra charitatẽ proximi, vindictã ex liuore cupiẽs. Esse itaq putauerim oĩa prius tentanda medicamẽta, q̃ exeratur excõmunicatio, propter grauissima & varia damna & supplicia, quæ inde certe obueniunt iuste excommunicato. 1. Cor. 5 1. Timot. 1.

F ¶Primo quidẽ, q excõmunicatus cũ sit à corpe Chri, adeoq ab ipso Chro, vera, viuifica q vite, q̃si palmes abscisus, nihil plane ad salutẽ suã operari pt, nec spũ eius vegetari, donec in excõmunicatiõe est, in ipsius ẽ satanæ potestate secũdũ Paulũ, à q̃, permittẽte deo, vsq ad summũ interitũ diuexari queat. Hinc Chrs ait: Ego sum vitis vera, & vos palmites. Sicut palmes nõ pt ferre fructũ à semetipso, nisi mãserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis, qa sine me nihil potestis facere. Si qs in me nõ manserit, mittet foras sicut palmes & arescet, & colligẽt eũ, & in ignẽ mittẽt & ardet. Palmes vtiq excisus, est excõmunicat⁹. Iohan. 15

G ¶Secundo, excommunicatus, quũ sit extra ecclesiam, priuatur omni ecclesiæ sacramẽto, nec alicuius capax est, nisi prius soluatur, quoniam quum sacramẽta tantum sint ecclesiæ, oportet, vt nemo sit eorum compos, nisi qui est in ecclesia, sed foris sunt (iuxta Paulum) excommunicati, & (dicente Christo) ethnicorum similes. 1. Cor. 5 Matth. 18

veꝝ, & quē misisti Iesum Christū. Cū proinde insigne ac miraculosum opus à dn̄o factū Iohan.17
euāgelica cōmemoret historia, resuscitationem videlicet adolescētis, filij viduæ ciuitatis
Naim. Ita ip̄m aīo capiamus, vt nō solū in eo dei miremur oīpotētiā, sed sit nobis q̄q; via
moraliter instruēs, sit veritas in fide nos corroborās, sit vita spem nostrā subleuās, q̄tenus
vnusqsq; nostrū nō mō mereat dn̄i vocē audire, Adolescēs tibi dico, surge, sed & eā sequi
ipso facto, & hic p grām resurgēs à pc̄tō, cū ipso eodē dn̄o æternaliter viuere possit.

HOMI. LXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Luc.14. Ipse vero apprehensum, sanauit eum, ac dimisit.

Dominica. XVII. post octauas pentecostes.

A SCripturas sanctas nō esse dūtaxat ad literā, sed & ad medullā intus ab eas le
gente diligēter accipiēdas, haud obscure aliàs Chr̄s dn̄s, quū se dei filiū na- Iohan.5
turalē Iudæis patefieri optaret, corā palàmq; arguit, dicēs: Scrutamini scri
pturas. Siquidē ait, scrutamini. i. nō simpliciter legite & attēdite, sed pœni-
tius, profundiusq; capite, voluite ac reuoluite & ad medullā ipsius vsq; per
cingite. Q.d. Tum em̄ inibi vitā inuenietis, adeoq; veꝝ sancti sp̄us fructū.
Id q̄d adeo veꝝ est, vt & Ap̄lus gentiū cognoīe & facto doctor dixerit. Qui. s. Chr̄s, &
idoneos nos fecit ministros noui test. nō lr̄a, sed sp̄ū. Litera em̄ occidit, sp̄us aūt viuificat.
Quod & nō solū in Iudæis, sed & in nōnullis nr̄i tp̄is hoībus plerūq; ita veꝝ est, vt super 2.Cor.3
cor eoꝝ positū sit velamē inēpe, ꝙ plurima ad literā falso exponāt & intelligāt, Petro scri
bēte, q indocti & instabiles scripturas ad suā ipsoꝝ pditionē deprauant plurima ad literā 2.Petri.3
ita frigide ptranseant, vt q̄ optima sunt negligāt, nudo historiæ cōtextui inhærētes. Nec
miꝝ, quū mō indiscriminatim sacras lr̄as, vel quālibet idiotæ & rudes tractēt, lacerēt, ꝓ-
phanētq; docere temere ꝑsumētes q̄d nunq̄ didicere, nec satagentes vt addiscāt, interim
vane de sp̄ū, nescio q̄ (sine tn̄ probamēto) superbiētes. Nequaq̄ memores, ꝙ Paulus Ap̄lus
ad pedes Gamalielis legē Mosi & ꝓphetas didicisse se glorieṫ, vt armatus sp̄ūalibus telis Actoꝝ.22
postea doceret cōfidēter. Nec, inquā, memores, ꝙ Eunuchus ille scripturaꝝ studiosissim⁹ Acto.8
& Esaiā lectitās, rogatusq; Philippo rn̄derit, dicēs: Qūo possum intelligere, nisi aliqs me
docuerit? vt q non cerneret q̄d sub litera eminētius & profundius latuit. Atq; vtinam no
stri tp̄is temerarij aliqui hoīes, pseudoq; doctores vel huius diei euāgeliū intuētes potius
interrogati respōdissent: Qūo possumus, nisi aliquis nos docuerit? q̄ quod tā illotis pedib⁹
in tā sanctis Chr̄i verbis bacchati sint, falso obgānientes, Christū p curatū hodie hydro-
picū, adeoq; pec totū euangeliū nihil aliud docuisse, q̄ sabbata. i. dies festos in Christianis
mo nullos esse debere, ipsosq; omnino tollendos. At q̄ sibi iniquitas mentiatur, euestigio

Chriſtus oſtēdit,inquiens:Si licet ſabbato curare?Sane dicēs:Licet arguit inſtā diebus feſtia bonorum occupationē,Dicens curare,ſubindicat,iiſdem diebus rectam malorum vitationē.Et ſic ſummus omniū doctor docet,Licere quidē habere ferias, modo in ipſis.Primo vitent mala opa,cuiuſmodi ſunt,ludere,crapulari,libidinari,occidere,detrahere,fornicari,hocq́ genus alia.Quibus ſi qui in ferijs indulgēt,abſq dubio audire coguntur,dñm di-
Amos.5 Eſaiæ.5 centē:Odi & proieci feſtiuitates veſtras.Et rurſus:Sabbata veſtra & neomenias veſtras odiuit anima mea.Secūdo,vt diebus feſtis occupemur bonis operib⁹,pcipue q̄ ſunt ſpūs.
Cuiuſmodi ſunt opa miſericordiæ, eſuriētes paſcere, ſitiētes potare,hoſpites colligere,
Matth.25 nudos operire,infirmos viſitare,captos cōſolari,errantes inſtruere & docere.Sic Tobias pauperes die feſto ad prandia inuitauit(q̄d & Chrs alibi feciſſe intelligit,quū diſcipuli pu-
Iohā.13 tarēt propterea Ieſum Iudæ dixiſſe:Quod facere vis,fac cito,qm̄ Iudas, quū dira eſſet fe-
Tob.2 ſtus,loculos haberet aliqd pro pauperibus emere deberet)mortuosq́ ſepeliuit.Sic etiānū
Iob.1 Iob ſuos filios die feſto dicit ſanctificaſſe,id eſt emendaſſe, bonisq́ doctrinis & operibus inſtruxiſſe.In quorum vtroq ſatis euidēter oſtēditur.vel ideo etiamnū dies aliqt feſtos inſtitutos eſſe,vt corpora p labores antea diebus operarijs laſſa requieſcāt,vt inde ad eoſdē labores fiant,& robuſtiora & alacriora,Vt in ijs amici aliqn expeditius cōueniant,q̄ in honeſtatē ſunt & vtilitatē filiorum & aliorum conſultantes.Vt & aliqn corpora à ſeruilibus laboribus libera,mundent,fiantq́ animi deinde ad oīa liberiores & aptiores.Et vt pcipue filij vnà cū alijs dirigantur,prouocēturq́ ad dei in primis honorē & deuotionē,eiusq́ ſanctorum imitationē,ne ſemper & dūtaxat hiſce tēporalibus,vanisq́ rebus inhient.Et hoc eſt,
Iohan.13 quod & Chriſtus,ſabbati dñs,frequētius in ſabbato docuerit,& ad panē accipiendū inui-
Acto.1. tatus fuerit,& infirmos,inopesq́ ſubleuarit,exemplū vtiq nobis præbens, vt quēadmodū ipſe fecit,ita & nos faciamus:quum is facere cœperit & docere.

¶Hoc vero ipm etſi aliàs ſæpe,hodie tñ prorſus erudite exequutus eſt.Nimirum,q in domū cuiuſdā principis phariſæorum ſabbato māducare panē inuitatus nōmodo re ipſa & corporaliter,iuxta euāgelicæ hiſtoriæ veritatē,hydropicū ſanauit & curauit.Verum. B

Matth.12 ¶Primo,qūo feriandū ſit,& qua ex cauſa ipſum ſabbatū(.ſ.neceſſitatis cauſa) infringi C
poſſit,demonſtrauit.Secūdo,ſe q̄q hodierno euangelio typū ſalutarē ob oculos ponere
Roma.15 ſtuduit.Siquidē longe aliud in myſterio p factum ſuū oſtēdere q̄ litera habeat,euidenter ſubindicauit:adeo ſane, vt recte Apſus dixerit:Quæcūq ſcripta ſunt,ad noſtrā doctrinā
Ephe.6 ſcripta ſunt.Quātus vero huius hodierni euāgelij ſit typus,vbi dilucidatus fuerit,luculenter cōmonſtrabitur:q hoc ſibi vult,& habet Chriſtū per incarnationē ſuā introiſſe in do-
Iohan.12 mū phariſæi.i.in hūc mundū,qui vere domus eſt principis phariſæorum,rectoris.ſ.tenebrarū harum.De quo dñs:Venit princeps huius mundi,& in me nō inuenit quicq̄.Et profecto recte mūdus domui phariſæorum,id eſt eorum,q ſibi apparēt aliquid eſſe,cū nihil ſint,(cuiuſmodi phariſæi ſuperbi videri cupiebāt)cōfertur & cōparatur,quū adeo in eo omnia ſint apparētia,& vana & tranſitoria,vtcunq magna nobis atq bona videri velint.Siquidem
1.Iohan.2 inibi oīa ſint fluxibilia & peritura,Iohāne dicēte:Et mundus tranſit,& cōcupiſcētia eius.
Eccle.3 Nolite igitur diligere mundū,& ea q̄ ſunt in mūdo.Quod & ante ipm Eccleſiaſtes ſenti-
Exo.20 ens,ait:Cuncta ſubiacēt vanitati,& oīa pergunt ad vnū locū.De terra facta ſunt & in ter-
1.Theſſa.4 ram pariter reuertuntur.In hūc igitur mundū Chriſtus intrauit māducare panē in ſabbato,id eſt,facere voluntatē patris,quæ eſt ſanctificatio noſtra:hic em̄ eſt cibus eius, vt ve-
Deuter.8 niens miniſtret verbi dei panē,in quo & homo viuit,& nō in ſolo pane materiali,ipſo do-
Iohan.4.6 mino dicēte:Meus cibus eſt,vt faciā voluntatē eius,q me miſit, vt perficiā opus eius.Hoc aūt eſt opus dei,vt credatis in eū,quē miſit ille.Atqui hoc verbo dei fieri oportuit,q̄(vt
Pſal.106 ſcriptura ait)ſanauit mundū,id eſt hydropicū,qui in mūdo eſt.Sanare ſategit,inquā,hodie hydropicū in typo,id eſt,hominē in mundo à pcipuis,vnde cætera deriuantur,pecca-
1.Iohan.2 tis.ſ.hominē tumentē inuidia,auaritia,ſuperbia. Siquidē omne(inquit Iohānes)quod in mundo eſt,cōcupiſcentia carnis eſt,& cōcupiſcentia oculorum,& ſuperbia vitæ.Nimirum ijs tribus vitijs notant hodie phariſæi,qui fuere inuidi,q̄ dñm obſeruarint, vt eū deprehenderent.Auari,q̄ in ſabbato in auaritia pecoribus redimēdis laborabant,Superbi,quoniā primū in nuptijs locū elegerint.Porro iſtorum inuidiam,quæ eſt proximi charitati cōtraria,ſuorum bonorum multiplicatione.Auaritiam,ſanatione hydropici, aquæ ſitis ſedatione.
Superbiam,humilitati virtute contraria ſanauit:vtiq inſtruens nos, vt & ipſi vitia contrarijs virtutibus curemus,ſimiliq́ modo,quo ipſe,peccata fugiamus.

¶Primo quidē inuidiā proximi vincemus,vbi illi,cui tanq̄ inimico inuidem⁹,aut ſorte D
ipſe nobis inuidet,nō modo nihil mali imp̄cemur,verum benefacere ſtudeam⁹,Chro dicē-
Matth.5 te:Ego aūt dico vobis,diligite inimicos veſtros,bñfacite ijs,q oderunt vos,& orate pro
Luc.6 pſequētibus & calūniantibus vos,vt ſitis filij patris veſtri,q in cœlis eſt,q ſolē ſuū oriri fa-
Roma.12 cit ſup bonos & malos,& pluit ſup iuſtos & iniuſtos.Et Apſus inqt:Si eſurierit inimicus
tuus,

tuus,ciba illū:si sitit,potū da illi.Hoc em̄ faciēs,carbones ignis cōgeres sup caput eius.No
li vinci à malo,sed vince in bono malū.Id q̊d Chrs hodie facto,pinde exēplo pfecit,q & Lucæ.24
in cruce patrē pro inimicis orauit.Idē fecerūt apostoli,q per Paulū dicūt:Maledicimur, Acto.7
& bñdicimus.Persequutionē patimur & sustinemus.Blasphemamur,& obsecramus. 1.Cor.4

E ¶Secūdo,auaritiā depellemus, vbi & ipsi sitim.s.hoꝝ tēporaliū sedauerimus,q̊d fit cōsi
deratiōe anxietatis,q̄ cruciat auaꝝ:nēpe ꝙ is semp cupit,sempq̄ habere satagit,& q̊ plus
bibit,hoc magis sitit.s.bona hęc tēporalia.Auarus em̄(ait Eccles)nunq̄ implebit pecunia. Eccles.5
Et saturitas diuitis nō sinit eū dormire:quippe q vel diuitias cogitat augere,vel ne amit-
tat,anxie laborat,imo facile desinemus eē auari,si q̊d Aplus ait, secuti fuerimus.Nihil em̄ 1.Timot.6
intulimus in hūc mundū,haud dubiū,quin nec auferre q̊d possimus.Habemus aūt alimēta
& q̄bus tegamur,his cōtenti simus.Nā qui volūt diuites fieri,incidūt in tētationē, & in la
queū diaboli,& in desideria multa,inutilia & nociua,q̄ mergūt hoīes in interitū.Quod & Eccles.5
antea Eccles admonuit,dicēs:Dinea sicut egressus ē nudus de vtero matris suæ,sic reuer-
tet,& nihil auferet secū de labore suo.Sane innuēs q̄ frustra laboret auarus de colligendis
coaceruandisq̄ hisce bonis tp̄alibus,q̄ oino vana sunt & fallacia,nec sint vel quālibet ma
gnifica,ppetuo duratura.Dic em̄,obsecro,vbi Babylon illa ciuitas magna & opulēta? de
qua Apoca.Cecidit,cecidit Babylon magna,amicta bysso & purpura, deaurata auro & la Apoc.18
pide ptioso & margaritis,qm̄ vna hora desolata est.Vbi Niniue,caput regni Salmanasar Roma.14
& Sennacherib? Vbi Hierusalē illa amplissima & potētissima,passim vel sacris lr̄is celebra Luce.19
tissima? Nōne vel Chrō teste,solo tandē æquata est? Vbi Troia,de q̄ Homerus & Maro, Iose.5.6
cæteriq̄ tot & tāta scripserūt? Nōne & ipsa misere desolata ē,poeta canēte:Hostia habet Aeneid.2
muros,ruit alta à culmine Troia.Et rursus:Ceciditq̄ superbū Iliū,& oīs humo fumat Ne Aeneid.3
ptunia Troia.Quo Roma mūdi illa dn̄a? de q̄ poeta Veꝝ,inquit,hæc tantū alias inter ca
put extulit vrbes,Quantū lenta solent inter viburna cupressi.Cui sane vrbi Iuppiter ille Vergilius
Vergilianus,Nec dedit metas reꝝ nec tp̄a,Sed imperiū sine fine dedit. Nimiꝝ cui adeo Ibidem
oīa fuit terra subiecta,vt domināte Octauiano Aug.describeret totus orbis.Nōne & hęc Luc.2
dudū ita perijt vt vel vmbra veræ illius & florētis Romæ vix fuerit tēporibꝰ diui Augusti-
ni,q roties inter oīa mallebat tria videre & audire,Christū in carne adfaciē, Paulū præ-
dicantē,& Romā florentē & triumphantē.Qualis hæc nūc sit,facile q sapiunt,agnoscūt.
Vbi deniq̄ quatuor illæ monarchiæ.s.Chaldæoꝝ,Persaꝝ,Græcoꝝ,& Romanoꝝ? Nō- Danie.2
ne & ipsæ perierunt? Vtiq̄.Quaꝝ deuastationem Nabuchodonosor vidit in illa mystica
statua? Quid multis? Corporis,inquit ille,& fortunæ bonoꝝ,vt initiū,sic & finis est.Om Salust.in
nia q̄ orta sunt,occidunt,& aucta senescunt.Cœlū quidē & terra transibunt, & sic in illis Iug.pro
omnia vana,instabilia,fallibiliaq̄, ideoq̄ non tantopere ab auaro petenda.

F ¶Tertio,superbiā vitemus humilitati cōtrariā,q̄ est,quū nobis ipsis(q certe nulli sumus
cōsideratis,q̄bus vndecūq̄ distringimur, circūstātijs)minores efficiamur, & negligimur,
vel quālibet apud hoīes hoc in mūdo magni reputati,qn̄quidē ait scriptura:Quāto maior Ecci.3
es,humilia te i oībus.Altiora te ne q̄sieris,& fortiora te ne scruteris.Id q̊d facile faciemꝰ,si
q̄ vtilis sit humilitas,& q̄ ecōtrario pnitiosa supbia,cōsiderauerimus.Hæc em̄ (ait scriptu
ra)oīs peccati initiū,odibilisq̄ corā deo & hoībus,hoīem exaltatū hic,plerūq̄ aliàs semp
deijcit & cōfundit.Hinc Eccūs:Qui tenuerit illā.s.superbiā,adimplebit maledictis,& sub Ecci.10
uertereū in finē.Et sedes superboꝝ destruxit deus,eorūq̄ memoriā pdidit.Quid em̄ ex
cœlo detrusit luciferꝝ,angeloꝝ in primis pulcherrimū? Nimiꝝ supbia.Ad eū quidē deus
p scripturā ait:Quō cecidisti de cœlo lucifer,q mane oriebaris? Detracta ē ad inferos su Esa.13
perbia tua,cōcidit cadauer tuū.Qui dicebas in corde tuo:In cœlū cōscendā,sup astra dei Esa.14
exaltabo soliū meū,ascendā sup altitudinē montiū,similis ero altissimo.Quid prothopla-
stos e paradiso disturbauit in hāc lachrymaꝝ vallē? Vtiq̄ supbia primū,qm̄ instigatione Gene 3
serpētis,esse ceu dij conabant.Quid in causa,ꝙ Nabuchodonosor rex potētissimꝰ,regnū
suū potētiss.amiserit,ipseq̄ ab hoībus fuerit deiectꝰ,& cū bestijs & feris habitarit,fœnūq̄
q̄si bos comederit? Vtiq̄ supbia.Qm̄ se deū haberi voluerit,adorariq̄ in statua aurea per
miserit:siquidē q Holopherno pceperat,vt oēs deos terrę exterminaret,videlicet vt ipse Danie.3.4
solus diceret deus ab ijs nationibꝰ,q̄ potuissent Holophernis potētia subiugari.Et hoc est Judith.3
q̊d ipse tandē,trāsacto septēnio,p intercessionē(Danielis cōsilio)eleemosynaꝝ restitutꝰ, Danie.4
dixerit pfessus:Nūc igit ego Nabuchodonosor,laudo & magnifico & glorifico regē cœ
li,qa oīa opa eius vera,& oēs viæ eius iudicia,& gradiētes in supbia pt humiliare.Et oēs
habitatores apud eū in nihilū reputati sunt.Et sane q̊d aliud oēs,de q̄bus supra, huius mū
di amplissimas vrbes,potētissima imperia,gloriosissimos reges ac imp.& potētatus,q̄ su-
perbia,in nihilū redegit.Proinde merito ad supbū vnūquēq̄ ait Solomon:Quid supbia Eccl.10
terra & cinis? Cū em̄ moriet hō,hæreditabit serpētes & bestias,imo & singuli supbi apud
inferos dānati,vidētes in cœlo saluatos,misere proclamāt,dicētes:Quid nobis profuit su Sap.5

perbia, aut diuitiaꝶ iactātia qd cōtulit nobis? Trāſierūt oīa illa tanq̄ vmbra & tanq̄ nūcius
ꝑcurrens, & tanq̄ nauis, q̄ pertranſit fluctuantē aquā, & auis q̄ tranſuolat in aere, &c. Q̄m
ſpes impij eſt tanq̄ lanugo, q̄ à vento tollitur, & tanq̄ ſpuma gracilis, q̄ à procella diſpergi
tur, & tanq̄ fumus, qui à vento diffuſus eſt, & tanq̄ hoſpitis vnius diei prætereuntis, &c.
Prouer.29 ¶Recte ergo ac vere ſumma hodie veritas dicit: Oīs q exaltat, humiliabiť. Ideoq̄ dāno- G
ſa ſupbia periude vt mors ē fugiēda. E diuerſo aūt humilitas vti vita amplectēda: hęc em̄
Eccl.10.11 vel ſola eſt, q̄ hoīem deiectū, nihilq̄ reputatū ſubleuat & exaltat. Hinc ſcripturā: Superbū
ſequiť humilitas, & humilē ſpū ſuſcipiet gloria. Et rurſus: Sapīa humiliati exaltabit caput
illius, & in medio magnatoꝶ conſedere illū faciet. Sedes quidē ducū ſuperboꝶ deſtruxit
2.Reg.6 deus, & ſedere fecit mites pro eis. Memoriā ſuperboꝶ perdidit deus, & reliquit memoriā
humiliū ſenſu. Quid Dauidē fecit regē tā magnū, & deo & hoībus gratū? Vtiq̄ qa vilis &
Exod.3 humilis ſibi in oculis ſuis fuerit. Quid Moſen cōſtituit ducē populi Iſraelitici? Nimiꝶ hu
militas, qua ꝑmotus, ad dn̄m ait: Quis ſum ego, vt vadā ad Pharaonē, & educā filios Iſra-
Hiere.1 el de Aegypto? Cur deus Hieremiā in gētibus tantū præ oībus dedit ꝓphetā? Vtiq̄ pro-
pter humilitatē, q̄n quidē dixerit: A a a dn̄e deus, ecce neſcio loqui, qa puer ego ſum. Qua
re diua virgo Maria vſqueadeo fuit exaltata, vt ſine exēplo ſit facta filij dei Max. regis re
Lucæ.1 gū, dn̄i dn̄antiū mater? Propter humilitatē, q̄ humillimæ dixit: Ecce ancilla dn̄i. Ea ipſa di
cēte: Quia reſpexit humilitatē ancillæ &c. Depoſuit potētes de ſede, & exaltauit humiles,
&c. Qd̄ & hodie ait Chr̄s: Et q ſe humiliat, exaltabiť. Id q̄d typice vel ſic intelligas, q̄d hic
dn̄s dicit, nō ſemꝑ in terra fieri adſolet, atqui nunq̄ nō in cœlo: nimiꝶ q ſe de meritis ele-
uat, humiliabiť à dn̄o, & q ſe de bn̄ficijs humiliat, exaltabitur ab eo. Et hoc eſt q̄d Petrus
1.Petri.5 inquit: Humiliamini ſub potēti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

HOMI. LXX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth.22. Si ergo Dauid vocat eum dn̄m, quō filius eius eſt? Dominica. XVIII. poſt octauas pentecoſtes



DVo, quæ nō ſecus atq̄ baſis ſunt Chriſtianiſmi, dn̄s in hodierno euangelio A
perſtringit, fidē. ſ. & dilectionē. Duo, inquā, vſqueadeo ſibi mutuo coniun
Galat.5 cta, vt neutrū ſine altero eſſe poſſit. Q̄n quidē fides (teſte Ap̄lo) per dilectio
Iacobi.2 nē opereť, & quidē ſemꝑ, quū viuifica fides ſine opibus, q̄ per dilectionē
edunť, plane ſit mortua, & adeo vana, vt ne fides mereať appellari, niſi ficta
1.Cor.13 q̄ dilectiōe periude ſua (vt ita dixerim) eſſentia & aīa careat. Vnde Paulus:
Etſi (inquit) habuero prophetiā & nouerim myſteria oīa, & omnē ſcientiā, & ſi habuero
omnē fidē, ita vt montes transferā, charitatē aūt nō habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero
in cibos paupeꝶ oēs facultates meas: & ſi tradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatē
nō habuero, nihil mihi prodeſt. Quare? Quia fides ſit mortua & otioſa ſine operibus, quę
neceſſario dilectio & charitas producit. Quid eſt charitas? aut, ſi mauis, dilectio? Eſt vera
in rem aliquā beneuolētia. Hinc euāgelica dilectio (de q̄ hodiernū euāgeliū, & nos de ea
aliàs, anno quidē ſuperiore latius tractauimus) eſt tota vniuerſaliſq̄ hoīs in deū propter
ip̄m & æqualis in proximū vti in ſeipſum beneuolētia. Hoc eſt (Chr̄o hodie doctore) q̄n
homo nullius priuati cōmodi cauſa, ſed dei ſola bonitate motus, dn̄m deū ſuū ex toto cor
de ſuo, & in tota aīa ſua, & tota mēte ſua, & proximū ſicut ſeipſum diligit, & quidē pro-
pter deū, &c. Ex toto corde inquit. i. vt homo oēs cogitatiōes in deū reflectet. In tota aīa
vt oēs affectiōes in deū cōuertat. In tota mēte, vt oēs qnq̄ ſenſus Chr̄o vacēt. Viribus em̄
oībus & ſuꝑ oīa diligere, & nihil niſi propter illū amare debemus: quē nō amabit ſi vel dia
bolo vel carni vel mundo adhæſerit. Ad habendā vero hmōi dilectionē dei opus eſt.

¶Primo, vt diuinoꝶ beneficioꝶ homo reminiſcať, q̄ vtiq̄ tot & tāta inueniet, vt oīa q̄ B
habet, ſiue aīæ, ſiue corporis, ſiue fortunę bona ab illo venire, ſeq̄ habere ſit cōfeſſurus, Ia
Iaco.1 cobo ſcribēte: Omne datū optimū & om̄e donū ꝑfectū de ſurſum eſt, deſcēdēs à patre lu-
1.Cor.4 minū. Et hoc ē, q̄d Ap̄lus ait: Quid aūt habes q̄d nō accepiſti? Si aūt accepiſti, qd gloriaris
Acto.17 q̄ſi nō acceperis? Siquidē à deo ſumus creati. Ipſe (ait idē Ap̄lus) oībus dat vitā & inſpira-
tionē. In ipſo viuimus & mouemur & ſumus. Recte igiť illū in oībus hō diligere debet, &
1.Para.29 in oībus, q̄ habet, illi cū amore & bn̄uolentia ſeruire, vt poſſit cū Dauide aliàs diceret: Tua
ſunt oīa dn̄e, & q̄ de manu tua accepimus, debemus tibi, &c. Hinc decimæ à deo homini
impoſitæ ſunt, vt homo decimās, deū cognoſcat omnium eſſe creatorē & datorem, &c.

¶Secūdo, vt diuinā excellētiā cōſideret hō: q̄n quidē adeo imēſus ſit deus & omni mun C
Hiere.23 do incōprehēſibilis, vt ſua maieſtate cœlū & terrā ipleat, ipſo ꝑ prophetā dicēte: Putaſne
deus e vicino ego ſum, & nō deus à longe? Nunqd nō cœlū & terrā implebo? Hinc ꝓphe
Pſal.138 ta alibi dicit, ſe ab illius facie nuſq̄, neq̄ in cœlo, neq̄ terra, neq̄ mari, neq̄ inferno poſſe
abſcōdi, ſed q̄cunq̄ fugiat, eē illic & deū, ſ. ſua maieſtate ꝑſentē. Itaq̄ ob illā magnitudinē
ineffabi-

ineffabilẽ homo illũ oĩbus modis debet diligere, q̃ ne tunc quidẽ satis diligit, scriptura lo
quente: Glorificate dñm quantũ potestis, superualebit adhuc, quia maior est omni laude. Eccl. 4
¶Tertio, vt oĩno pctm̃ vitet. Nã alioqui nec deo seruiet, nec illũ diliget, quũ nemo duo Matth. 6
bus dñis seruire possit, &c. Hinc Iohãnes: Nolite (inqt) diligere mũdũ, neq; ea q̃ in mũdo Luc. 16
sunt. Si qs diligit mũdũ, nõ est charitas patris in eo. Qm̃ omne q̃d est in mũdo, cõcupiscẽ 1. Iohan. 2
tia carnis ẽ, & cõcupiscẽtia oculorũ, & sup̃bia vitæ, &c. Quid aũt intẽdit Iohãnes, nisi q̃ q
velit vere deũ amare, nihil debet illi p̃ponere. Præponit aũt aliq̃d deo, q vel auaritiæ vel
superbiæ vel voluptati vel vanæ gloriæ vel rebus hoc genus mũdanis, deseruit. Sane deus
amari à nobis vult solus, idẽq; sine cõsortio possidere cor nostrũ, ita vt amãs ipm propter
nullã rẽ ab eo euelli aliq̃ modo possit, sed cũ Ap̃lo diceret: Quis nos separabit à charitate Roma. 8
Chri? Tribulatio, an angustia, an famẽs, an nuditas, an periculũ, an p̃sequutio, an gladius?
Certus em̃ sum, qa neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq;
instãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; creatura aliqua
poterit nos separare à charitate dei, q̃ est in Iesu dño nr̃o. Ille nimirũ, q ad ipm dicit & cũ
Paulo, sicubi res expostulat, ait, hic deũ ex toto corde suo, ex tota aĩa, ex tota mẽte diligit
idẽq; non p̃t etiã nõ diligere, sicut seipm proximũ, nec diligit deũ, q proximũ non diligit,
Iohãne dicẽte: Si qs dixerit, qm̃ diligo deũ, & fratrẽ suũ oderit, mẽdax est. Qui em̃ nõ di 1. Iohan. 4
ligit fratrẽ suũ quẽ videt, deũ quẽ nõ videt, quõ p̃t diligere? Et hoc mãdatũ habem⁹ à deo,
C vt q diligit deũ, diligat & fratrẽ suũ. ¶At quid est dilectio proximi? Est qua illũ eadẽ,
qua nos, prosequimur bñuolentia, q̃d fieri solet, qñ facimus q̃d Chr̃s alibi p̃cepit: Omnia Matth. 7
quæcũq; vultis, vt faciãt vobis hoĩes, & vos facite illis, & ecõtrario. Nimirũ hæc est vera Luc. 6
dilectio, q̃ (Iohãne teste) est dei mãdatorũ cõseruatio, ea em̃ est vera bñuolẽtia: q̃ & illa ẽ 1. Iohan. 4
dilectio, quã q habet (Ap̃lo scribẽte) legẽ impleuit. Nõ em̃ adulterabit, nõ occidet, nõ fura Roma. 13
bitur, nõ falsum testimoniũ dicet, nõ cõcupiscat, etsi q̃d est aliud mãdatũ, in hoc verbo in-
staurat, Diliges proximũ tuũ sicut teipm. Siquidẽ (inqt idẽ Ap̃lus) charitas patiẽs est, beni Deuter. 5
gna est, nõ æmulat, nõ agit perperã, nõ inflat, nõ est ambitiosa, nõ quærit q̃ sua sunt, nõ ir 1. Cor. 13
ritatur, nõ cogitat malũ, nõ cõgaudet sup iniquitate, sed cõgaudet veritati. Oĩa suffert,
oĩa credit, oĩa sperat, oĩa sustinet, qui em̃ verã habet charitatẽ, ag iuxta hæc Pauli dicta
& proximũ æque secũ vult esse in gratia & amore dei, adeoq; in r. cta beatitudine.
D ¶Quare cõstat plerosq; oẽs hæreticos (vtcũq; alioqui fortasse simus oẽs pctõres) q de fi
de gloriant, opibus vacui, cũ in cõtrariũ eunt, nequaq̃ Christianã habere charitatẽ, ideoq;
neq; verã fidẽ, q̃ per charitatẽ semp operat. Est aũt fides, authore Ap̃lo, earũ rerũ, q̃ sperã- Hebræ. 11
tur, substãtia argumẽtũ eorũ, q̃ non vident. Sic fides Christiana est, quã Petrus habuit, di- Matth. 16
cens: Tu es Chr̃s filius dei viui. Et Martha: Ego credidi, qa tu es Chr̃s filius dei viui, q in Iohan. 11
hunc mundũ venisti. Sine hac quidẽ fide impossibile est deo placere. Credere em̃ oportet Matth. 11
accedentẽ ad deũ. Primo, qa est. s. deus & idẽ vnus. Secũdo, qa & inquirẽtibus se remune
rator sit. s. datur⁹ vitã æternã. Qui hoc credit, primo credit deũ patrẽ æternũ ingenitũq;
Secũdo, Iesum Christũ, ex substãtia patris dei ante secula genitũ, & hoĩem, ex substantia
matris in secula natũ, æqualẽ patri secundũ diuinitatẽ (quũ ipse ait: Ego & pater vnum su Iohã. 10
mus) minorẽ patre secundũ humanitatẽ. Vnde ipse ait: Quia p̃r maior me est. In hoc aũt Iohan. 14
deus p̃r inquirẽtibus est remunerator, quũ sic humano generi p filij sui humanitatẽ pro-
uidit. Siquidẽ, inquit Petrus, nõ est aliud nomen sub cœlo datũ hoĩbus, in q̃ oporteat nos Acto. 4
saluos fieri. s. q̃ Iesus, vnde & Iesus. i. saluator est dictus. Id q̃d & ipse Chr̃s, inconuincibilis Matth. 1
veritas testat, inquiẽs: Sic em̃ deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnigenitũ daret, vt oĩs q cre
dit in eũ, non pereat, sed habeat vitã æternã. Non em̃ misit deus filiũ suũ in mundũ vt iu-
dicet mundum, sed vt saluet mundus p ipsum. Et rursus: Hæc est aũt vita æterna, vt co- Iohan. 3
gnoscant te (, s. hic per fidẽ & aliàs in re) solũ verũ deum & quẽ misisti Iesum Christum. Iohan. 17
E ¶In qbus quidẽ verbis nõ obscure accipimus credendum esse. Primo, q̃ vnus sit verus,
idẽq; æternus deus in essentia. Vnde scriptura: Audi Israel, dñs deus vester deus vnus est. Deute. 6
Neq; em̃ est alius deus, vel in cœlo, vel in terra, q posset facere opa tua. Secũdo, q̃ Chr̃s
Iesus natura quidẽ deus sit, patri ad oĩa æqualis, vnde ab æterno ineffabiliter natus, tandẽ
q̃q; ineffabiliter à sp̃u sancto cõceptus homo ex vtero diuæ virginis clauso pudoris arca-
no prodijt. Et quẽadmodũ (vt sensibili vtar manuductiõe) aĩa rationalis & caro, vnus est
hõ, ita deus & homo, vnus est Chr̃s: nõ quidẽ cõuersione diuinitatis in carnẽ, sed humani
tatis adsumptione in deũ, nõ vtpote cõfusione substãtiæ, sed vnitate p̃sonæ: natus nimirũ
& passus pro salute nostra, &c. Qua quidẽ fide. s. vnitionis diuinæ naturæ in ipso cũ huma
na natura, qa ad æternã vitã opus erat, ideo illã operibus varie & potenter plerisq; ita.
F ¶Primo testatus ẽ Iudæis, vt singuli & oẽs, nisi timore, odio, ambitiõe, auaritia, hocq; ge
nus vitijs obcæcati fuissent, illũ esse verũ & naturalẽ dei filiũ, adeoq; ipm deũ cũ patre vnũ
prorsus credere debuissent. Id q̃d Chr̃s innuens ait: Ipsa opa, q̃ ego facio, testimonium Iohan. 5

Iohan.10 perhibēt de me,qa pater misit me.Et rursus: Opera q̄ ego facio in noīe patris mei,hæc
Iohan.15 testimoniū perhibēt de me.Ego & pater vnū sumus.Et denuo:Non credis,qa ego in patre,& pater in me est.Alioqui propter opera credite.Et rursus:Si opera non fecissem in eis,q̄ nemo alius fecit,peccatū non haberēt.Nunc aūt viderunt & oderūt & me & patrē meū.Id q̄d & ipsi Iudæi in persona Nicodemi perinde cōfessi sunt,dicētes:Rabbi,scimus quia à deo venisti magister.Nemo em̄ potest hæc signa facere,q̄ tu facis,nisi fuerit deus cū
Iohan.3 eo.Et rursus,in die palmaꝝ:Quia hic homo (inquiunt) multa signa facit.Si dimittimus eū sic,oēs credent in eum,f.q̄ ipse est Messias,idemq̄ verus deus.Hoc sane nō ipse modo
1.Timot.3 dñs,sed & apostoli diuinis ab illo operibus testati sunt,Apostolo dicente:Vnus em̄ deus, vnus & mediator dei & hominū,homo Chrs Iesus,qui dedit redemptionē semetipsum pro omnibus.Cuius testimoniū tēporibus suis confirmatū est,in quo positus sum ego p̄dicator apostolus.Dixerat em̄ Christus adhuc vitā agens:Amen amen dico vobis, qui credit in me,opera quæ ego facio,& ipse faciet,& maiora horum faciet.

¶Secundo,testimonio scripturaꝝ se probauit esse veꝝ deū,quippe q̄ de ipso dudū spū H
Iohan.5 sancto prolatæ,fuut testatæ,ipso testāte:Scrutamini scripturas,qa vos putatis in ipsis vitā æternā habere.Et illæ sunt q̄ testimoniū phibēt de me,&c.Et paulo post:Nolite putare,qa ego accusaturus sim vos apud patrem,Est qui accusat vos Moses,in q̄ vos speratis.Si em̄ crederetis Mosi,crederetis forsan & mihi,de me em̄ ille scripsit.Si aūt illius lēis
Esa.37 nō creditis,qūo verbis meis credetis?Scriptura quidē ait de Chr̄o:Pusillanimes cōforta
Matth.11 mini,& nolite timere.Ecce deus vester vltionē adducet retributiōis,deus ipse veniet & saluabit uos,tūc aperient̄ oculi cæcoꝝ,& aures surdoꝝ patebūt,tūc saliet sicut ceruus clau-
Esa.7 dus,& aperta erit lingua mutoꝝ,&c.Eadē scriptura paulo ante:Ecce virgo cōcipiet &
Psal.24 pariet filiū,& vocabit nomē eius Emanuel,q̄d est interpretatū,nobiscū deus.Et alias:Vias tuas dñe ostēde mihi,& semitas tuas edoce me,qa tu es deus saluator meus.Et Moses scri
Gene.49 psit de Chr̄o,dicēs:Nō auferet sceptrū de Iuda,& dux de femore eius, donec veniat,qui
Deuter.18 mittēdus est,& ipse erit expectatio gentiū.Idem in persona dei:Prophetā suscitabo eis de medio fratrū suoꝝ similē tui,& ponā verba mea in ore eius,loqueturq̄ ad eos omnia,
Nume.24. quæ p̄cipio ei,q̄ aūt verba,quæ loquet̄ in noīe meo,audire noluerit,ego vltor existā.Et idem:Orietur stella ex Iacob,&c.Quas quidē scripturas & alias angelus in nouo test.sa-
Matth.1. tis aperto approbat interpretādo,dicēs ad Ioseph:Noli timere,accipere Mariā coniugē tuā.Quod em̄ in ea natū est,de spū sancto est.Pariet aūt filiū,& vocabis nomē eius Iesum.
Esai.7 Ipse em̄ saluū faciet populū à peccatis eoꝝ.Hoc aūt totū factū est,vt adimpleretur q̄d di
Luce.1. ctū est à dño per prophetā dicentē:Ecce virgo in vtero habebit,& pariet filiū, & vocabitur nomē eius Emanuel,q̄d est interpretatū,nobiscū deus.Et alibi ad Mariā:Ne timeas Maria,inuenisti em̄ grām apud deū.Ecce cōcipies in vtero & paries filiū,& vocabis nomen eius Iesum,hic erit magnus & filius altissimi vocabit̄,&c.& regni eius nō erit finis, &c.Sileo innumera alia,tā veteris q̄ noui test.scripturaꝝ loca,qbus dñs Iesus eē verus deus approbat̄ & vocat̄:siquidē filius dei ab æterno naturalis. Id quod ipse hodie.

¶Tertio probat,f.se esse naturalē dei filiū,adeoq̄ vnū cū patre deo deū,& hoc agit argumētatione ex scriptura à spū sancto p Dauidē deducta in hunc pene modū:Vos putatis Christū,q sum ego,solūmodo naturalē esse hoīs filiū,& ex stirpe Dauidis genitū,at erratis,qm̄ homo ex Maria,Ioseph coniuge natus vtiq̄ est naturalis filius Dauid,cuius pro sapiæ erat promissus,ipso dicēte:Iurauit deus ipsi Dauid in veritate,& nō frustrabitur eū.
Psal.131. De fructu ventris tui ponā sup thronū tuū.Et alibi:Suscitabo semen tuū post te,qui erit
2.Reg.7 de vtero tuo,& parabo regnū eius.Hic ædificabit domū nomini meo & erigā thronū eius vsq̄ in seculū.Et ego ero illi in patrē,& ipse erit mihi in filiū,& fidē cōsequet̄ domus eius & regnū eius vsq̄ in seculū in cōspectu meo.In qbus sane verbis ostēdit deus pater,Chri
Luc.1. stū & suū iuxta diuinitatē & Dauid iuxta humanitatē,naturalē esse filiū. Id q̄d & angelus approbat,inquiēs:Hic erit magnus & filius altissimi vocabit̄,& dabit illi dñs deus thronū
Matth.3 Dauid patris sui,regnū Iacob in secula,& regni eius nō erit finis.Et hoc est q̄d euāgelista
Marci.1 vere scribit,q̄ cœlis apertis & spū sancto sup Christū iā à Iohāne baptizatū descēdēte in
Matth.17 specie colūbæ,vox de cœlo veniēs ad ipm̄ Christū dicere audita fit:Hic est filius meus dilectus,in q̄ mihi cōplacui. Quā quoq̄ vocē ad Christū audiere discipuli in mōte Thabor Sic & Chrs hodie argumentat̄,inquiēs:Vos creditis Messiā esse naturalē Dauid filiū,probe creditis propter illius humanitatē,quā ex Maria ex prosapia Dauidis accepit,veꝝ nō mō illius filius est,sed & verus deus & creator naturalis,hoc quidē syllogismo. ¶Qui alicuius est dñs,eius eē filius solū carnalis nequit,sed Chrs est dñs Dauidis,ergo,&c.Eo ipso
Psal.109 testāte,simulq̄ de deo patre loquēte:Dixit dñs,f.pater deus,dño meo.f.Chr̄o,sede à dextris meis.Quid igit̄ ad ista,Siquidē psalmus fit,quē & ipsi de Christo esse pro cōfesso habetis?Est ideoq̄ Chrs filius Dauidis secundū carnē,& sic homo,idēq̄ illius dñs secundū diuinita-

Col. 3

diuinitatē,& sic verus deus,in q̄(inqt Paulus)inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corpal
ter,q est caput oīs principatus & ptātis.Qui ē imago dei inuisibilis,primogenitus oīs cre-
turæ,qm̄ in ipo cōdita sunt vniuersa in cœlis & in terra,visibilia & inuisibilia,siue throni,
siue dn̄atiōes,siue principatus,siue ptātes.Oīa p ipm̄ & in ipo creata sunt.Et ipe ē ante
H oēs,& oīa in ipo cōstāt. ¶Quid ergo dicēt recētiores isti,ijdem'q perfidi Arriani cū Iudę
is,q Chr̄m fuisse filiū Ioseph non dei p̄ris naturalē,sed eū solū,cui sint credita dei eloquia
adserūt? Certe nō habebūt,q̄d præ cōfusiōe & malitia r̄ndebūt, vtcūq multitudine cōtra
Chr̄m cōstipati pharisæi & hæretici,vt multitudine (q̄d & faciūt schismatici) vincāt,q rō-
ne nequeūt,nimirū à veritate alieni,q se multitudine armāt,apud se procul dubio,dicētes
Vnus loquaf pro oībus,& oēs loqmur p vnū,vt siqdem vicerit,oēs videamur victores,si
aūt victus fuerit,tūc plus videaf cōfusus.Atq lenis est cōsolatio,q in ipo cōfusus ē,q̄d ab
alijs ignoraf.Interrogās hodie:Magister,q̄d ē mādatū in lege? magistrū vocat,cuius nō
vult esse discipulus.Simplicissimus vtiq interrogator,& malignissimus insidiator,de ma
gno mādato iterrogat,q nec minimū obseruat.Valeāt igif q Chr̄m dn̄m negāt vel eē de
um vł hoīem fil' naturalē,quē & deū & hoīem esse opa diuina,oīm testimonio palā testā-
tur,sanctæ scripturæ à spū scō profectæ adseuerāt,scripturarū argumēta,& ex scriptura
rōnea cōuincūt,dei p̄ris testimoniū corroborat,Aplorū scripta & opa plane & vbiq profi
tent,vt interim taceam vniuersalem orthodoxorū ecclesiam,quæ Christum vere deum
credit & prędicat,siquidem naturalem dei patris filium eidem patri ad omnia æqualem.
I ¶Nec obstat,q hæretici velint illum esse deum,& dei filiū vel primo,queadmodū alij Psal.81
iusti(vtpote pphetæ & hoc genus sancti hoīes)ad q̄s sermo dei factus est. De qbus scri-
ptura:Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes.Respondeo:Iustos qdem hoīes participatiōe
dici deos & dei filios,& eos iudices qm̄ iudicāt ex officio & diuinæ sunt iustitiæ executo-
res,verum hoc pacto Chr̄us non est neq deus,neq dei filius,nec in ipm̄ psalmi quadrat
versiculus,quo Chr̄us alibi vsus est,p inde à loco minori ad maiorē,quū videlicet illū la-
pidare Iudæi vellēt,q̄d is homo se filiū dei faceret & appellaret.Ad quos ait:Nonne scri- Iohan.10
ptū est in lege vestra? Quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos,ad quos sermo dei factus
est,& non pt solui scriptura,quē pater sanctificauit,& misit in mundū,vos dicitis,q blas
phemas,q dixi,filius dei sum,quasi diceret:Si scriptura quæ solui neqt.i.non esse potest
mēdax,à deo spū sancto prolata,eos ob iudicij potestatē(q nihilominus ex eadē scriptu-
ra,iudices iniqui erāt & pctōres)citra blasphemiā deos vocat,q neq à deo p̄re sunt san-
ctificati neq missi,quare non iā multo magis est,& dr̄ deus qui à deo p̄re sanctificatus est
& missus,qualis.s.ego sum,ad quē vti naturalē filiū pater ait:Hic ē filius meus dilectus,in
quo mihi bene cōplacui,ipm̄ audite.Et si oculos habuissent Iudæi mētis,ex primo versu
apto intellexissent Chr̄m esse natura deū,& de p̄sentia Chr̄i saluatoris eos in medio diiu-
dicantis,quum p̄sertim ille mox de suis diuinis & patris opibus loqueref,vel nec obstat.
K ¶Scd̄o:Ipsum esse filiū dei gr̄a,quo oēs ex aqua & spū sancto renati dicunf filij dei.Ad 1.Iohan.3
quos Iohānes:Videte(ait)qualē charitatē dedit nobis pater,vt filij dei noīemur & simus. Iohan.1
Quotqt ei Chr̄m receperūt,dedit eis ptātē filios dei fieri,q credūt in noīe eius.R̄ndeo,cre
dentes propterea dici & esse filios gr̄æ,q prius ppter pcīm fuerint filij iræ,Aplo aliàs te- Ephe.2
stante:Cæterū Chr̄s nunq̄ peccauit nec in pctō,cū de spū scō sit cōceptus,cū cæteri oēs Psal.5
excepto eo peccauim',canēte ppheta:Oēs declinauerūt simul,inutiles facti sunt,nō est q Roma.3
faciat bonū,nō est vsq ad vnū.Accedit Esaias,ingens de Chr̄o:Quod iniqtatē non fece- Esaiæ.53
rit,neq dolus fuerit in ore eius.Ipse aūt vulneratus est ppter iniqtates nr̄as,attrit' est p- Ephe.2.
pter scelera nostra.Nimirū(inqt Paulus)cuius gr̄a p fidem sumus saluati,vel esse deum. Galat.4
L ¶Tertio adoptiōe,quales & Chr̄iani filij dei dicunf.Qn̄quidem modo Paulus ait:Qm̄ L.1.1.nec &
aūt estis filij dei,misit deus spm̄ filij in corda vestra,clamantē:Abba pater.R̄ndeo:Chr̄m ff.de adop
nequaq̄ esse dei filiū adoptiōe,qn̄quidē adoptio(vt iurisconsulti notāt)eius fit,q ab aliq̄ nō tione.
est naturalr̄ genitus,nec ex gn̄atiōe naturali habet ius succedendi in hęreditatē,sed ex gr̄a Insti.de ado
p̄ordinaf,vt habeat ius succedēdi,& sic fili' efficif illi q prius ei fili' nō fuit.Atq Chr̄s dei ptiōe.§.1.§
p̄ris naturalr̄ est filius,q de seipo p Prophetam ait:Dn̄s dixit ad me filius meus es tu,ego 1.ca. vnica
hodie genui te.Quod & Aplus sic intelligit:Chr̄us quoq naturalr̄ habet ius hæreditatis glo.de cog.
deo p̄re ad ipm̄ dicēte:Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatē tuā,& possessionem leg.
tuā terminos terræ.Id q̄d & Iudæos intellexisse,inqt Chr̄us,quū de eo à p̄re misso dice- Heb.1
bant:Hic est heres,venite occidamus eū,& habebimus hęreditatē eius.Et hoc est q̄d apl's Psalm.2
vocat Chr̄m patris hæredē,nos vero Chr̄i cohæredes,dicens:Ipse spūs dat spiritui nr̄o Matth.21
testimoniū,q̄d sumus filij dei. Si filij dei,& heredes.Hæredes qdem dei,cohæredes autē Marci.12
Chr̄i.Nec opus est,vt p grām fact' sit filius & hæres,q plenus gr̄a fuit,nunq̄ vero in pctō Roma.8
Item'q Chr̄us sp fuit filius,vtpote cū p̄re coæternus:Patre dicēte ad ipm̄:Tecū principi-
um in die virtutis tuæ,in splēdorib' scōrū,ex vtero ante luciferū genui te.Et Dauid inqt: Psal.109

In ęternū dñe verbū tuū pmanet in cęlo. Vñ diuinā illā filij Iesu gñationē inenarrabilē mi
Psal. 118 rat Esaias, dicēs: Gñationē eius qs enarrabit, de q̄ euāgelista: In pricipio erat verbū & ver
Esaiæ. 53 bū erat apud deū, & deus erat verbū. Hoc erat in pricipio apud deū. Oīa p ip̄m facta sunt
Iohan. 1 Et hoc ē, q̄d Chr̄s ait: Amē amē dico vobis, añq̄ Abrahā fieret ego sum. Pręterea qūo p̄t
Iohan. 8 Chr̄s eē vł dici dei p̄ris fili' adoptiuus, quū ip̄e sit, p quē à deo sumus adoptati, ap̄lo dicēte
At vbi venit plenitudo tp̄is, misit de' filiū suū factū ex muliere, factū sub lege, vt eos q sub
Galat. 4 lege erāt, redimeret, vt adoptionē filioꝝ reciperemus. Et rursus: Qui. s. deus p̄r p̄destina-
Ephe. 4 uit nos in adoptionē filioꝝ p Iesum Chr̄m in ip̄m secundum ꝓpositū voluntatis suæ, vel
¶ Quarto, nō est Chr̄us naturalis dei filius, q̄m multa in scripturis illi attribuunt, q̄ deitati M
oīno repugnāt. R̄ñdeo: In Chr̄o & diuinā & hūanā æq̄ esse naturā, & mō illi aliq̄ vt deo,
Philip. 2 aliq̄ vt hoī vero recte attribui. Approbāte ap̄lo q ait: Qui cū in forma dei esset, nō rapinā
arbitratus ē, eē se æq̄lē deo, sed semetip̄m exinaniuit, formā serui accipiēs, in sītudinē ho
minū factus ē & habitu īuēt' vt hō, hūiliauit semetip̄m, fact' obediēs vsq3 ad mortē, mor
Roma. 8 tē āt crucis, nēpe q̄d deus pater ꝓprio filio suo nō pepcit, sed ꝓ nobis oībus tradidit illū.
¶ Est igił dñs & saluator nr̄ Iesus Chr̄s verus hō, verusq3 dei filius, & ꝓprius origine, ve N
ritate, natiuitate, naturaq3, nō adoptiōe, nō fictiōe, nō nūcupatiōe, nō creatiōe, nec gr̄a vti
nos adeo q̄d rectissime Euāgelista dixerit spū s̄ctō adflatus. Et vidimus gloriā eius, gloriā
q̄si vnigeniti à p̄re, plenū gr̄a & veritate. Adeoq3 (inquā) q̄d bñ hodie Iudæos cōuicerit &
hæreticos, dicēs: Quid vobis videł de Chr̄o. Cuius filius est? &c. Si ergo Dauid vocat eū
dñm, qūo filius eius ē? Nos igił frēs dilectissimi, tot modis instructi de Chr̄i veraq3 natura
agnoscamus Chr̄m, nūc ex Dauide sc̄dm carnē veꝝ hoīem. Ex deo deū & dei filiū, nō so
lum sc̄dm diuinitatis naturā, sed & humanitatis in dextera patris sedentem, cōglorificatū
& cōregnātem æqualiter cum patre, cui æqualis, cū patre in æternum est gloria.

¶HOMILIA LXXI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST:
Matth. 9. Marc. 2. Lucę. 5. Videns aūt Iesus fidem illoꝝ, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Dominica decimanona post octauas Pentecostes.



1. Cor. 10 Vi nostro q̄dē tp̄e in q̄d haud dubie seculoꝝ fines deuenerunt, totū ꝓinde A
2. Timot. 3 Chr̄ianismū & inuertere & è medio (q̄d dici solet) tollere sunt moliti, inter
alia q̄ salutariter sunt vel à Chr̄o vel eius ap̄lis, vel ab ecclesia veritatis colū
na & firmamēto tradita & instituta, falso & cōtra oēm Chr̄ianā charitatē
dixerūt, alteꝝ ꝓ altero nec posse, nec debere orare: nimiꝝ vt eo q̄dē pacto
vel in primis derogarēt suā sacerdotibus authoritatē, q̄rū ꝓinde officiū ē peculiare, vt ꝓ
alijs orēt, quū isti nec alios adfirmarūt ꝓ alijs orare posse. Cæteꝝ q̄ manifesto & īpudēti
Iacob. 5 ert ore obcæcati deerrēt anno supiore vltra alia scripturaꝝ loca & exempla ex hodierno
euāgelio ostēdimus, in q̄ Chr̄us dñs nō mō alienā orōnē sed & fidē alienā ꝓ alio suscepit,
salutē paralytico & corꝑalē & sp̄ūalē æq̄ impartiēs, quē & à pc̄tō & à paralysi ꝑrsus libe-
rauit. Quo q̄dē dñi facto recte ac penitus aīaduerso facile est videre, q̄ sił errēt, q negāt fi
2. Timot. 3 dē patrinoꝝ, adeoq3 ipsius ecclesiæ ꝑuulis in baptismo q̄cq̄ ꝓdesse, vñ se plane hæreticos
arguāt (q̄rū est vt cū sint mali & seductores ꝓficiāt in peius, errātes & in errorē mittētes)
insolēti ꝑtinacitate negāt, recte baptizari paruulos infantes, ideoq3 illos aliq̄n baptizatos
nūc demū oēs & singulos necessario rebaptizādos eē cōclamātes. Quā aūt & hoc nimiꝝ
loco à veritate sunt alieni, q̄ scripturaꝝ ignari, q̄ deniq3 in Chr̄m eiusq3 ecclesiā iniurij, &
in oēs demortuos & viuētes adhuc Chr̄ianos cōtumeliosi, añq̄ aperiam' initio prius nō-
nulla de sacro baptismate repetamus, vt q̄ dicturi sumus & rectius & ꝑfectius ītelligi q̄ant.
¶ Est igił in primis sciendū: Baptismū eē hoīs ex aq̄ & spū s̄ctō regñationē. Dño hāc de- B
Iohan. 3 finitionē cōfirmāte, quū ait: Nisi q̄s renatus fuerit ex aq̄ & spū s̄ctō, nō p̄t introire in regnū
dei, in q̄bus sane verbis: ¶ Primo ōñdił necessitas baptismi, q̄ñquidē sine ip̄o nemo possit
ingredi vitā æternā, q̄ est regnū dei. Id q̄d dñs euidētius alibi arguit, dicēs: Qui crediderit
Marc. 16 & baptizatus fuerit, saluus erit. Nō est eñ aliud ad salutē remediū pro pc̄tō originali pr̄ę-
ter baptismū. Ideoq3 ille summe est necessarius. ¶ Sc̄do, quū dicił ex spū, ōñdił hāc rege C
Iohan. 3 nerationē nō eē corꝑalē, qua ex hoīe nigro nasceręł albus, vel ex paruo magnus, vel vt
hoc genus alio mō, hō corꝑaliter nasceręł, quēadmodū Nicodemus sentiebat, inquiens:
Qūo p̄t hō renasci, quū sit senex. Nunq̄d p̄t hō in ventrē matris suæ iterato introire & re-
nasci? At ignorās hāc regenerationē esse ex spū. i. sp̄ūalem spū s̄ctō oꝑatore cōficiundā,
Psal. 103 scriptura dicente: Emitte sp̄m tuū & creabunł, & renouabis faciem terræ. Hinc aliàs scri-
Gene. 1 biť: Sp̄s aūt dñi ferebał sup aq̄s, vtiq3 argumento baptismi in noua lege futuri, sp̄m s̄ctm̄
fore genitorē & creatorē nouæ in & p aquā creaturæ. Fit eñ tūc noua in Chr̄o creatura,
2. Cor. 5 quū veteribus (authore ap̄lo) trāseūtibus noua fiūt oīa. Quēadmodū eñ in natiuitate se-
cundum

cundũ carnem ex vtero materno proles in lucẽ ædit, nouaq; est naturæ fœtura, ita ex sa-
cro fonte quasi vtero spũali, noua soboles spũ sctõ viuificata, in cœlestẽ vitã educit, atq;
noua fit p huiuscemodi regenerationẽ in Chro creatura, non qdem substãtiæ mutatione
sed noua in deũ habitudine p grãm adoptiõis & filiationẽ dei. Sicut enĩ antea filij fuimus
iræ, ita p baptismũ filij sumus grãe, quiq; filij veteris illi' Adæ fuimus, nũc Chri, noui Adæ Ephe. 2
filij efficimur. Et hoc ẽ, qd Paulus ait: Cũ aũt benignitas & humanitas apparuit saluatoris Titum. 3
nri dei, nõ ex opib' iustitiæ q fecim' nos, sed scdm miam suã saluos nos fecit, p lauacrũ re-
generatiõis & renouatiõis spũsscti, quẽ effudit in nos abũde p Iesum Chrm saluatorẽ no-
strũ, vt iustificati grã ipsi' hęredes sim' scdm spem vitę ęternę. Sane cõstat imaginẽ illã no Gene. 1
strã primit' ad dei imaginẽ creatã, ideoq; purã & mũdã pcto deformã esse redditã, oĩoq;
dissimilẽ suo prĩcipio factã, ablutiõe, pinde opus hre, q ceete fit ipo baptismo, q detegit oĩs
labes, reformaturq; ipa hũana & peccatrix natura ad decorẽ pristinũ & sui prĩcipij (dei. s.)
silitudinẽ, abolita vetustate pcti, nouã ĩduit vitã virtutis, nõ sec' ac si qs faciẽ hñs luto obli
tã, & naturę formę grã priuatã, si eã aq ablueerit, pristinũ recuperat vult' decorẽ. Aut si for
ma sigilli impssa auro vl argẽto, imergat luto, sit illa aliena à suo archetypo. Et hoc ẽ qd
Apls ait: Renouamini ãt spũ mentis vræ, & ĩduite nouũ hoĩem, q scdm deũ creat' est, in iu Ephe. 4
stitia & sctĩtate veritatis. Et rursus: Expoliãtes vos veterẽ hoĩem cũ actib' suis, & ĩduẽtes Coloss. 3
nouũ hoĩem, eũ q renouat in agnitiõe dei scdm imaginẽ dei, scdm imaginẽ ei', q creauit
eũ. Inde ẽ vt baptizãdi pinde sub cautiõe abrenũtiam' diabolo & oĩb' ipsi' põpis & opibus de cõ. dis. 4
oĩq; fornicatiõi diabolicę, hocq; genus alijs, q arguunt solitis suis cęrimonijs, q tã ex Chri c. prima
instructiõe q ex ecclĩæ approbata cõsuetudie seruant & seruari debẽt. Vñ & hęc regñatio
D oñdit, designaturq; maxie p elemẽtũ aquã p quã ¶ Tertio oñdit ex verbis Chri materiã
baptismi, q nõ nisi aq elementalis & naturalis esse debet, sine qdẽ discrimine, qlis aut vñ sit
mõ syncera & cõsecrata. Qñquidem ipe spũs dñi inter ipa mũdi primordia, pptera sup Gene. 1
aquas tradit latus, vt iã tunc virtutẽ sanctificatiõis natura aquaꝝ cõciperet. Quas deinde Math. 3
in noua lege Chrus sua adeoq; pris & spũs sancti virtute, & psentia diuina & cõsecrauit Marc. 1
& suos post se cõsecrare docuit. Id qd catholica ecclesia quotãnis haud dubie Chri aplo- Ioha. 1
rumq; institutiõe imbuta religiose obseruat, inter alia sup aqua in baptisterio, vel lauacro de cõ. dis. 4
ad dñm orãs: Vere dignũ & iustũ est, æquũ & salutare, nos tibi semp & vbiq; grãs agere. c. Nõ rõne
Dñe sancte pr oĩps æterne deus, q inuisibili potentia sacroꝝ tuoꝝ mirabilr oparis effectũ, ca. quotpa
& licet in tãtis mysterijs exequẽdis simus indigni, tu tñ grãe tuæ dona nõ deserẽs, etiã ad ca propit
pces nrãs aures tuæ pietatis inclinas. Deus cuius spũs sup aquas, inter ipa mũdi primordia
ferebat, vt iã tũc virtutẽ sanctificatiõis aquaꝝ natura cõciperet. Deus q nocẽtis mũdi cri
mina p aquas abluẽs, regeneratiõis spẽm in ipa diluuij effusiõe signasti, vt vni' eiusdemq;
elemẽti ministerio, & finis esset vitijs, & origo virtutibus. Respice dñe faciẽ ecclesiæ tuæ,
multiplica in ea regñatiões tuas, q grãe tuæ affluẽtis impetu lętifices ciuitatẽ tuã, fontemq;
baptismatis aperis toto orbe terraꝝ gẽtibus innouãdis, vt tuæ maiestatis imperio sumat
vnigeniti tui grãm de spũ sctõ. Cætera q in cõsecratiõe aquæ baptismatis ex ecclesiæ insti-
tuto dicunt breuitatis cã trãseo, interim admonẽs, nõ referre, vbi aut vñ aqua sit baptisma
tis, mõ dei verbo cõsecrata ad recipiendã grãm spũsscti, q dat & dat in tãto mysterio. Et
hoc ẽ, qd aplus ait: Viri diligite vxores vrãs, sicut & Chrs dilexit ecclesiã & semetipm tra
didit p ea vt illã sanctificaret, mundãs eã lauacro, aq in verbo vitæ, vt exhiberet sibi glo Ephe. 5
riosam ecclesiã, nõ habentẽ maculã, aut rugã, aut aliqd hmõi, sed & vt sit sancta & imacu
lata. Et merito sane aqua hui' sacri materia à deo ẽ electa, qd oĩno accõmoda sit. Queãd-
modũ suapte natura vim habet abluẽdi corpa à sordib', & ad eũ adhibet vsum humanũ;
ita signet exteri' inuisibilẽ dei grãm, abstergentẽ interi' maculas pctoꝝ ab aĩa, qñquidẽ ba
ptismo deleant oĩa pctã. Cuius pinde argumẽtũ tanq in arrã tãtæ grãe ex demortui Chri Iohan. 19
Iesu latere in cruce cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Aqua qdẽ baptismi fontẽ, sanguis ptiũ
nræ redẽptiõis designãt. Id vero ipm ppheta dudũ pdixit, in psona filij hoĩs, dicẽs: Adsu Ezech. 36
mã vos de gẽtibus, & adspergã sup vos aquã mũdã, & mũdabimini ab oĩbus immũditijs
vrĩs, & dabo vobis cor nouũ & spm nouũ. Et alibi: Ipse auertet & miserebit nri, demerget Mich. 7
iniqtates nrãs & pijciet in pfundũ maris oĩa pctã nrã. Est & baptism' p diluuiũ Noe desi
gnat', Petro dicẽte: In qua. s. arca Noe, pauci. i. octo aĩæ saluæ factæ sunt p aquã. Qd & 1 Petr. 3
vos nũc silis formæ saluos facit baptisma. Qui pptera alibi dixit: Pœnĩam agite, & bapti
zet vnusqsq; vrm in noĩe Iesu Chri in remissionẽ pctoꝝ vroꝝ, & accipietis donum spũs Acto. 2
sancti. Hinc est, q baptizat' cãdida veste induit, ad denotãdũ, qd restitut' ad innocentiã ca. post bã
Chrm innocentẽ induerit, vt & deinde illũ in innocẽtia seruet. Vñ Aplus: Quicũq; (inqt) ptismum
in Chro baptizati estis, Chrm induistis. Ad qd monet scriptura, dicẽs: Omni pe sint vesti de cõ. dis. 4
menta tua cãdida. Huius qq; baptismi qtidie monemur p aspersionem aquæ benedictæ. Roman. 6
E ¶ Quarto cũ Chrs ait baptizãtes eos in noĩe pris & filij & spũsscti, oñdit forma substãtialis Eccles. 9
baptismi

baptiſmi, q̃ ē baptizatio baptizādi in noīe indiuiduæ trinitatis.ſ. p̄ris & filiȷ̄ & ſp̄ūſſancti,
Matth vlt. Chr̄o dicēte: Eūtes ergo docete oēs gētes, baptizātes in noīe p̄ris & filiȷ̄ & ſp̄ūſſc̄ti, do
cētes eos ſeruare oīa q̄cūq; mādaui vobis. Qđ vero in pricipio eccl'ię naſcētis, vt ē in actis
Act.1.10 19 ap̄licis baptiſmꝰ etiānū ab ap̄ĺis datꝰ eſt in noīe Ieſu Chr̄i &c. Rñdeo: Idipm cōſilio ſp̄ūſſ.
factū eē illiuſq; diſpēſatiōe. Cuiꝰ rō ē, q̄d ꝑpterea nomē Chr̄i, q̄d tū Iudęis adhuc erat odi
oſum & cōtēptibile, redderet venerabile & amabile, quū videret & audirēt oēs eiꝰ inuoca
Acto.10.11 tiōe ſp̄m ſc̄tm̄ dari &c. Quo fc̄tō redijt eccl'ia ad formā à Chr̄o īſtitutā, ꝑterea nō aliena fu
it hęc diſpēſatio, quū & in noīe Chr̄s, trinitas ip̄a diuīa ſubītelligat, ſiqdē Chr̄s latīe ſit vn
c̄tꝰ & ſic ī noīe Chr̄i, ītelligat vngēs p̄r, filiꝰ vnc̄tꝰ & ip̄a vnctio ſp̄ūſſc̄tūs, veꝝ nūc cā ceſſan
de cō.diſ.4 te.ſ. illiꝰ deſpec̄tꝰ ceſſauit & effec̄tꝰ.ſ. baptizatio in noīe Chr̄i. Baptizatio.i. lotio fit vl' ꝑ im
ca.i ſynodo merſionē vl' aſꝑſionē vl' vnicā vl' trinā. Per aſꝑſionē credunt baptizaſſe ap̄ĺi.ſ. q̄ñ vna die
ca.a quodā tria millia hoīm baptizarūt tuti autoritate ꝑphetæ ī ꝑſona Chr̄i dicētis: Adſumā vos ī gē
Acto.2 tibꝰ & aſꝑgā ſup vos aquā mūdā &c. ꝑ effuſionē ſeu īmerſionē credūt baptizaſſe Laurētiū
Ezech.36 & Ioſiā Iacobꝰ, q modus ē cęteris freq̄ntior, its tñ vt vterq; modus fiat ꝑ ſubtꝰ (vt ita dixe
ri) aquā, ad denoīādā ſepulturā cū Chr̄o ꝑ baptiſmū, dicēte ap̄ĺo: An ignoratis frēs? Quia
Roma.6 q̄cūq; baptizati ſumꝰ in Chr̄o Ieſu, in morte ip̄ſiꝰ baptizati ſumꝰ. Cōſepulti eñ ſumꝰ cū il
lo ꝑ baptiſmū in mortē, vt q̄uō Chr̄s ſurrexit à mortuis ꝑ gl'iā p̄ris, ita & nos in nouitatę
vitę ambulemꝰ. Sciētes, q̄ vetꝰ hō nr̄ ſil' crucifixus ē, vt deſtruat corpꝰ pc̄ti, vt vltra nō ſer
uiamꝰ pc̄tō. Et hīc eſt q̄d freq̄ntiꝰ trina q̄ vnica īmerſiōe fit baptiſmꝰ, ad reꝑſentādū typū
dñicę ſepulturę, q̄ triduana fuit, q̄m die tertia Chr̄s à mortuis reſurrexit, q & typꝰ vnica ꝑſę
2.Cor.1 ſeruari īmerſiōe, ad ſignificādā Chr̄i mortē q̄ vna & triduana fuit. Vbi tñ vbiq; & vſque-
adeo eccleſię ē ſeruāda cōſuetudo, vt ap̄ĺs cōtra cōtētioſum nihil aliud cēſuerit allegādū,
ꝑter cōſuetudinē eccleſię, etiā ꝑticularis. Hīc ſequit hęreticos & ſchiſmaticos nō ſatis ordi
nati, nec rite ꝑrſus baptizare. ¶ Prīo q pꝰ baptizādi fidei cōfeſſionē ī alteriꝰ dñiū & ꝑ abre F
Acto.19 nūtiationē alteriꝰ poſſeſſoris nō vtūt exorcizatōe & ex ſufflatōe q̄ miſterio ſacerdotis ſp̄ūſ
ſc̄tō cędit ſugiēs malignꝰ ſp̄ūs. Et hac ꝑtātis cōſuetudīe videt vſi ap̄ĺi veluti facile hīc ītelli
gimꝰ, q̄ cū Paulꝰ neq̄ ſp̄ūs virtute chr̄i expuliſſet, tētauerīt q̄dā de circūeūtibꝰ Iudęis exor
ciſtis.i. adiurātibꝰ, īuocare ſup eos q habebāt ſup malos nomē dñi Ieſu, dicētes: Adiuro
vos ꝑ Ieſum, quē ꝑdicat Paulꝰ. Cęteꝝ ap̄ĺi à Chr̄o recepiſſe tradūt, de q̄ aliàs dęmoniū ex
pellēte ſcribit. Et in ſynagoga erat hō, hñs dæmoniū īmūdū, & exclamauit voce magna,
dicēs: Sine, q̄d nobis & tibi Ieſu Nazarene, veniſti ꝑdere nos. Scio te, q ſis ſc̄tūs dei. Et in-
crepauit illū Ieſus, dicēs: Obmuteſce, & exi ab eo. Et cū ꝑieciſſet illud dæmoniū in mediū
dictã dicẽtes:Dñe vis dicimus,vt ignis descẽdat de cęlo,& cõsumat illos? Ad q̃s dñs cõuersus ait:Nescitis cui⁹ spũs estis. Filius hoĩs nõ venit aĩas pdere,sed saluare. Siqdem ille in ipsis nõ exẽplũ pphetę sancti,sed ignorãtiã vindicãdi,quę adhuc fuit in rudibus,aĩaduertens eos nõ amore correctionẽ,sed odio desiderare vindictã,reprehẽdit. Nimirũ,q dudũ dixerat mi hi vindictã,& ego retribuã. Cui⁹ exẽplo dñs in amara sua passione nõ mõ pro horrẽdis in se iniuriis nõ pcatus ẽ vindictã,quã & solo nutu facere poterat,sed & pro inimicis orauit,ingẽs:Pr̃,dimitte illis. Nõ ẽm sciunt qd faciũt. Et Stephanus q̃q strenuus sui ducis imitator ait:Dñe ne statuas illis hoc pc̃m. Sic olim Moses ad deũ,q populum Israel delere voluit,q alienos deos sibi fecerat,orauit,dicẽs:Cur dñe irascit furor tu⁹ cõtra populũ tuũ,quẽ eduxisti de terra Aegypti,in fortitudine magna & in manu robusta. Ne q̃so dicãt Aegyptij,callide eduxit eos,vt interficeret in mõtibus,& deleret e terra,quiescat ira tua, & esto placabilis sup nequitia populi tui. Sic & Abrahã,quũ de⁹ igne de cęlo vellet Sodomã cũ finitimis ciuitatib⁹ exurere,orauit ad deũ,inqẽs: Nũqd pdes iustũ cũ impio? Si fuerint. L. iusti in ciuitate peribũt simul,& nõ parces loco illi propter. L. iustos,si fuerint in eo? Absit à te,vt rẽ hanc facias,& occidas iustũ cũ impio,fiatq̃ iust⁹ sicut impi⁹,&c. Sic & ipsi hodierni Euãgelij memores nequaq̃ in schismaticos,nisi ob merã dei iustitiã & gloriã declarãdã & piã istorũ correctionẽ exercẽdã cupiamus à deo miraculosam vindictã,sed petamus potius summa animi mãsuetudine,vt ipe suũ illis pc̃m nõ statuat, sed auersa ipsi⁹ ira istos cõuertat & illuminet,aut vt ita à dño corripiant,ne cũ hoc mũdo iuxta apl̃i verbũ dãnent. Ne si odio q̃dã cõmoti,& pinde infideles & increduli cũ regulo hodie dñm ad nos indignatiõe q̃dã dicere audiamus. Nisi signa & pdigia videritis,nõ creditis,imo de tot deq̃ tantis tã in veteri q̃ in nouo test.,signis & prodigijs, vel p veridicas scripturas certi studeamus inde fieri meliores,& emendari,memores ea oĩa,aplo teste,ad nostrã correptionẽ eẽ scripta ac in figura cõtigisse Ne alioq indurati cũ Pharaone & ipsi supremũ experiamur periculũ & pdigiũ. Quia ẽm, inqt Dauid,Israelitę post multa acta prodigia adhuc & ipi peccarũt,nec crediderunt in dei mirabilibus,ideo ad nihilũ redegit valde Israel. Nec demũ,dilectissimi frẽs,miremur quasi deus sit nescius aut dormiẽs,q̃d nũc non dignis supplicijs tã subito oẽs peccatores puniat,qs hauddubie suo loco & tpe nõ pmittet impunitos,quũ ipse iuxta opa vniuscuiusq̃ sit redditurus imo cogitemus,qm̃ benignitas ipsius dei,aplo scribẽte,ad pœnitẽtiã adducere satagit,q pro pterea caueamus ne contemnamus bonitatis eius & patiẽtię & lõganimitatis diuitias,q lẽto quidẽ gradu ad vindictã sui procedit,sed tarditatẽ supplicij grauitate compensat.

Deuter. 32 · Luc. 23 · Acto. 7 · Gene. 32 · Gene. 17 · 1. Cor. 11 · 1. Cor. 10 · Roma. 4 · Psal. 77 · Roma. 2 · Vale. Maxi.

HOMIL. LXXIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 18. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis,&c.

Dominica vicesimasecunda post octauas pentecostes.

A



B

Egarũt hactenus schismatici argumẽtũ ab hũanis fieri ad diuina & hæc nequaq̃ ex illis cognosci posse,quũ nulla sit,prsus iuxta Aristotilẽ infiniti ad infinitũ pportio,nec inibi aliquã eẽ posse cõparationẽ,Cęterũ,opinationem istorũ hodie Chr̃s falsam eẽ ostẽdit hac sua ex euãgelio cõclusiõe,Sic & pr̃ me⁹ cęlestis faciet vobis,si nõ remiseritis vnusq̃sq̃ fratri suo de cordib⁹ vr̃is,&c. Ex q̃ qdẽ totius euãgelij cõclusiõne collige. ¶Primo recte argumẽtum fieri posse ab hũanis ad diuina,quis nõ oino eadẽ sint & differãt hũana à diuinis, vt imago fortassis à corpe,cõparationẽ tñ inibi fieri arguir plane veritas diuinorũ,q̃ vtiq̃ à nobis non possunt nisi hũana q̃dã p dispẽsationẽ collatiõe intelligi,pinde p vmbrã,q̃ alio i seculo corpib⁹ exuti prsus intelligemus. Er hoc est q̃d aplus ait: Qui q̃d notũ est dei,manifestũ ẽ in illis. De⁹ ẽm illis manifestauit. Inuisibilia ẽm ipius à creatura mũdi,p ea q̃ facta,intellecta cõspiciunt,sempiterna q̃q; ei⁹ virtus & diuinitas. Siqdẽ vult aplus Rom. olim adhuc gẽtiles oĩno eẽ inexcusabiles,q̃d velint dicere propterea se nõ potuisse dei diuinã virtutẽ intelligere,q̃ sibi fuerit inuisibilis: q̃nqdẽ inqt idẽ Attributa dei essentialia,q̃ à nobis in p̃senti(sicut & ei⁹ eẽntia)nõ cognoscunt cognitiõe intuitiua,à creatura tñ mũdi.i.ab hoĩe,q p emphasim creatura dr̃,p ea q̃ facta sunt,i.p creaturas vti causa p effectũ cognosci q̃unt. Et hoc etiã ẽ,q̃d alibi dicit,inqẽs: Videm⁹ nũc p speculũ in ęnigmate,tũc aũt facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex pte,tũc aũt cognoscã,sicut & cognitus sum. Videre aũt p speculũ,q̃d aliud ẽ,q̃ ea q̃ sunt vel fiũt supra nos adeoq̃ in cęlo,hũanis exẽplis q̃dãmodo intelligere,q̃ aliàs,vti in se sunt,intelligemus? Sic Chr̃s alibi inqt: Hæc in prouerbijs locutus sum vobis,venit hora,quũ iã non in prouerbijs loquar vobis,sed palã de patre meo annũtiabo vobis. In prouerbijs aũt loqui,q̃d inibi est,quã illa diuina & cœlestia humanis parabolis,& perinde exemplis declarare,quæ ad eum sane modum non opus erit

Roma. 1 · 1. Cor. 13 · 1. Iohan. 16

declarare,quãdo venit hora.s.tẽporis in alia vita post hanc vitã. Scimus eñ (inqt Iohãnes
qm̃ cũ apparuerit similes ei erimus,qm̃ videbimus eũ sicuti est.Interim vero hoc onere cor
poreo grauati necessum est,vt cęlestia humanis exemplis & inductiõibus quasi parabolis ex
parte saltẽ audiamus & pcipiamus.Cuius q̃q; ob causam filius vnigenit⁹ ab æterno potissi-
mũ factus est p ineffabilẽ incarnationẽ,homo,diciq; verbũ cœptus, q̃d nobis hoĩbus & car-
nalib⁹ mirabili dispẽsatiõe hõ loqueret,verbũq; & dei volũtatẽ aperiret,alioq min⁹ intelligi
bilia.Et hoc est q̃d ip̃e vbiq; de cœlestib⁹ & reb⁹ diuinis agẽs,humanis,& corporeis vtit ex-
emplis & parabolis,qbus quasi in speculo q̃dã nobis depingit, q̃ inuisibilia sunt & incorpo-
rea.Sic hodie se facit hoĩem regẽ.Et hoc totũ,q̃d alibi vt ver⁹ deus nobiscũ est acturus,exẽ
Iohãn.s. plo & ænigmate plane hũano ostẽdit,vt inde totã ei⁹ volũtatẽ,iustitiã,pietatẽ, & misericor
diã intelligere aperto quiuimus.Quo vtiq; vel vnico inter sexcẽta pene exẽpla,sat sup̃q; pa-
rescit,diuina, se hr̃e ad hæc hũana,sicut corp⁹ ad figurã,& res ad exẽplum,q̃ vtiq; quãdã ha-
bẽt cõformitatẽ vtcũq; prorsus eadẽ nõ sint.Hinc male reprehẽdunt, q sctõꝝ intercessionẽ
adseuerãtes,ip̃m dñm deũ alicui magno regi vel principi cõferũt,ad quẽ facilius puenit me-
dio cuiuspiã patroni & aduocati.Et pfecto si qs proprię conscius prauitatis humilitateq; ni
mia depressus vereret solus ire ad dñm Iesum,is quẽpiã sanctoꝝ adeat,oretq;,secũ accedat,
Iacobi.5 proculdubio Chr̃m dñm cũ cõpetitore clemẽtẽ inueniet : siqdẽ(teste Iacobo)multũ valeat
Math.18. depcatio iusti assidua.Ipseq; dñs dixerit:Iteꝝ dico vobis,qa si duo ex vobis cõsenserint sup
terrã de om̃i re quacũq; petierint,fiet illis à patre meo q in cœlis est.Cõsentanea igit est à re
bus hũanis ad res diuinas pro intellectu eaꝝ argumẽtatio,maxime qa Chr̃s hodie dicat:Sic
Deuter.5 & pater meus cœlestis faciet vobis,si nõ remiseritis vnusq̃sq; fratri suo de cordibus vestris.
¶Vnde secũdo colligit:Nos dei eẽ debitores in decẽ milibus talẽtis,qbus notant decẽ p-
cepta,ad q̃ꝝ redditionẽ.i.cõseruatiouẽ debemus & obligamur:quãdoqdem ea nos seruare
deus iusserit,de qbus ad Israel Moses : Custodite(inquit) & facite,quæ præcepit dñs deus:
Non declinabitis neq; ad dexterã,neq; ad sinistrã, sed p viam,quam præcepit dñs deus ve-
ster ambulate, vt viuatis,& bene sit vobis,& protelent dies vestri in terra possessionis vr̃æ.
Er dominus Iesus ait:Si autem vis vitam ingredi,serua mãdata.
Math.19 ¶Tertio colligit hoĩem regem.i.deum, regem regum,& dominũ dominãtium suo loco
& tpe.s.iudicij à nobis rationem exacturum omniũ istoꝝ decem talentoꝝ,quo.s.pacto ea
obseruauimus bene an male.Huius aũt rationis reddendæ forum.
¶Est vnũ misericordiæ & qdẽ in hac vita,vbi iustitia dei oẽs causas remittit ad misericor C
diã,siqdem q̃diu viuim⁹ pro debitis nr̃is rõnẽ corã misericordia reddere possim⁹.Pręparta-
bit eñ(ait Esaias)in misericordia soliũ ei⁹.Et in quacũq; die(ait aliàs scriptura) iniquus cõ-
Esa.6 uersus fuerit,oẽs iniqtates ei⁹ obliuiscar.Et hoc est q̃d Aplus admonet,dicẽs:Adeam⁹ cũ fi-
Ezech.18 dutia thronũ grę ei⁹,vt misericordiã cõsequamur.Hãc vero misericordiã grę pro nobis im
Hebr.4. petrabim⁹.Primo,quũ & pximo,q in nos peccauit,ex corde remiserimus. Vñ Chr̃s alibi:
Si eñ dimiseritis hoĩbus pctã eoꝝ,dimittet & vobis pr̃ cęlestis delicta vr̃a.Si aũt nõ dimise
Math.6 ritis hoĩbus,nec pr̃ vr̃ dimittet vobis pctã vr̃a.Hinc beati misericordes, qm̃ ipsi misericor-
Math.5 diã cõsequent,siqdẽ inqt deinde Iacob⁹:Supexaltat misericordia iudiciũ.Et iudiciũ sine mi
Luc.6 sericordia illi q nõ facit miam Ait etem̃ Chr̃s:In q̃ iudicio iudicaueritis,iudicabimini: & in
Iaco.2 qua mẽsura mẽsi fueritis,remetiet vobis. Scdo,quũ patiẽter sustinuerim⁹ illatã nobis tribu-
Matthæ.7 lationẽ.Hinc aplus:Nã & vinctis cõpassi estis,& rapinã vr̃oꝝ bonoꝝ cũ gaudio suscepistis,
cognoscẽtes vos habere meliorẽ substãtiã.Nolite itaq; amittere cõfidentiã vestrã,q̃ magnã
Heb.10. habet remũerationẽ.Patiẽtia eñ vobis necessaria ẽ,vt volũtatẽ dei faciẽtes reportetis repro
missionẽ.Ideoq; aliàs:Id eñ(inqt)q̃d in p̃senti est momẽtaneũ & leue tribulatiõis nr̃æ, supra
2.Cor.4 modũ in sublimitate ętternũ glię põd⁹ opatur ĩ nobis,nõ cõtẽplãtibus nobis,q̃ vident,sed q̃
nõ vident.Dicemus igit tribulati cũ inclyta Iudith : Nõ ergo nos vlciscamur pro ijs,q̃ pati-
Iudith.8 mur,sed reputãtes pctis nr̃is,hęc ip̃a supplicia minora eẽ,flagella dñi,q̃si serui,q corripimur
ad emẽdationẽ,& nõ ad pditionẽ nostrã inuenisse credam⁹.Hæc illa:Et qdẽ maxie,qm̃ per
Acto.14 multas tribulatiões optet nos intrare ĩ regnũ dei.Hinc tribulati,libẽter sustineam⁹, & patiẽ
ter sufferam⁹,aplo dicẽte:Induite patiẽtiã,supportãtes inuicẽ & donãtes vobismetipsis,si qs
Coloss.3 aduersus aliquẽ habet q̃relã,sicut & dñs donauit vobis,ita & vos. Tertio,vbi cõstãter oraue
rim⁹ cũ hodierno debitore,dicẽtes:Patiẽtiã habe ĩ me,& oĩa reddã tibi.Respexit eñ(ait Da
Psal.101. uid)in orõnẽ humiliũ,& nõ spreuit pces eoꝝ.Idẽ alibi : Inuocabãt dñm,& ipse exaudiebat
Psalm.98 eos,& ĩ colũna nubis loq̃bat ad eos.Hinc de⁹ ip̃e,dñs nr̃ ad pctõres ait:Inuocabitis me,& vi
uetis,& orabitis me.& ego exaudiã vos,q̃retis me,& nõ inuenietis.Cũ q̃sieritis me in toto D
Hiere.29. corde vr̃o,inueniar à vobis. ¶Alteꝝ ẽ foꝝ iustitię.s.in futuro seculo,vbi & qñ solũmõ iu
stitię erit loc⁹ ad quã mĩa oẽs causas delegabit.De q̃ Esaias:Sup soliũ Dauid & sup regnum
Esa.9 ei⁹ sedebit.vt cõfirmet illud,& corroboret ĩ iudicio,& iustitia amodo & vsq; in sempiternũ
Roma.14 Et aplus:Oẽs eñ stabim⁹ añ tribunal Chr̃i,& reddet vnusq̃sq; nostrũ pro se rõnem deo.Et
rursum

rut sunt: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Chri, vt referat vnusquisq; propria 1.Cor.5.
corpis, prout gessit, siue bonũ siue malũ. Sane tũc erit illa dies, de qua Iohelis: Dies, inquam, Iohel.2.
dñi magna & terribilis valde, dies iræ, miseriæ & calamitatis. Tum eñ minime aderit mise Roman.2
ricordia, quum dũtaxat sentẽtia ferẽt iuxta opa, dño dicẽte: Venit nox qñ nemo põt opari. Iohan.9
Filius eñ hois vẽturus est in gloria patris sui, & tũc reddet vnicuiq; secũdũ opa eius. Tunc Matth.16
eñ, ait Apoc. Beati mortui, q in dño moriunt. Amodo iã dicit spũs, vt requiescãt à labori- Apoc.14
bus suis. Opa eñ illorũ sequunt illos. Et hoc est, q̃d alias, q nõ habuit vestẽ nuptialem, obmu Matth.22
tuerit interrogatus, qm arguẽte cõsciẽtia, nemo habebit in extremo iudicio excusationem.
Eapropter aplus, adhortat, inqens: Bonũ aũt faciẽtes nõ deficiamus, tpe eñ suo metem⁹ nõ
A deficiẽtes. Ergo dũ tps habemus, operemur bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei. Galat.6

¶Quarto, peccata & pctõrũ culpã perinde propter ingratitudinẽ, remissorum peccato-
rum redire. Quãdoquidẽ rex in hodierno Euangelio, nequã cõseruũ, cui ante debita remi-
sit, qa tãti beneficij ingratus alterius noluit misereri, tortoribus tradidit pro debitis, q̃ antea De poenit.
debuit. Sic & Gregorio teste, si q̃d in nos delinquit, ingrati ex corde nõ dimittimus, & illud dist. 4. ca.
B rursus exigit, q̃d nobis iam p poenitentiã dimissum fuisse gaudebam⁹, ita videt intelligi pos- constat.
se, q̃d Iacobus ait: Qui in vno offendit, factus est oĩm reus. Et videt hoc Petri huc attinere. Iacob.2
Si eñ refugiẽtes coinquinatiões mũdi in cognitiõe dñi nostri & saluatoris Iesu Christi, his 2.Petr.2
rursus implicati superant, facta sunt eis posteriora priorib⁹ deteriora. Hinc & leges Imp.
propter ingratitudinẽ libertũ reuocãt in seruitutẽ, reuocãtq; donationẽ vtcũq; legitime fa- L.2 ca. de
ctam. Cæterum hac de re anno superiore multa diximus. lib. & con
li. in aut.

E ¶Quinto col. Nulli prorsus pctõri vel q̃libet magno eẽ desperãdũ, qñquidem hodie rex vt liberti
debitori procidẽti, tã misericorditer oẽe debitũ remisit, q alioqui coactus fuisset se venun- de cætero
dari. i. animã, vxorẽ. i. corp⁹, filios. i. opa, & oia q̃ habebat. i. quæcũq; etiã tẽporalia: siqdem col. 6. §. 16
hæc oia amittunt propter pctm mortale. Ipse tñ sola misericordia hæc oia seruare meruit. lud. 11. q. 2
Hinc ipse dñs ait: Cõuertimini ad me in toto corde vr̃o, in ieiunio & fletu & plãctu, & scin c. octaua
dite corda vestra, & nõ vestimẽta vestra. Et cõuertimini ad dñm deũ vestrũ, qa benignus ẽ Iohel.2.
& misericors, patiens & multæ misericordiæ, & pręstabilis sup malitia. Nec alia re opus est
præter verã ex corde poenitentiã, quæ deinde iustitiã operat. Inde dñs inquit: Si poenitẽtiã Hiere.18
egerit gẽs illa pessima à malo, q̃d fecit, agam & ego poenitentiã sup malo q̃d ei facere cogi-
tabam. Si igitur, quod absit, quis dæmonis instigatiõe desperare vellet propter peccati ma Matth.26
gnitudinẽ, is habet pro remedio Petrum, qui (quod maximũ est) fidẽ negauit, in gratiam Lucæ.22
tum receptus est. Si propter peccati multitudinẽ, habet Mariam Magdalenam quæ habuit Lucæ.7.8
septẽ dæmonia. i. oia pctã mortalia, quæ tum audire meruit. Vade in pace. Si propter pec-
cati turpitudinẽ, habet mulierẽ in adulterio deprehensam, q̃ tñ audire meruit. Vade, & noli Iohan.8
amplius peccare. Si propter peccati infamiã, habet Natthæũ publice in Theoloneo seden- Matth.9.
tem, ad quẽ tamẽ dñs dixit, sequere me. Si propter peccati diuturnitatẽ, habet latronẽ, q in Marci.2
malo vsq; in mortẽ pseuerabat, audire tamẽ meruit, hodie mecũ eris in paradiso. Si pp̃ter Luc.5
peccati enormitatẽ, habet Paulũ apostolũ lapidãtẽ Stephanũ, de q̃ tñ dictũ est. Vas electio- Luc.23
nis mihi est iste. Si propter recidiuationẽ seu peccati iterationẽ, habet hodie q debuit decẽ Acto.7
millia talẽta, habet & dñm dicentẽ: Nõ dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. Acto.9

¶Nõ est igitur, q̃d quispiã à spei certitudine suorũ malorũ vel qualitate vel quãtitate fran Matth.18
gi velit: quandoquidẽ nec criminis quãtitas, nec tẽporis breuitas, nec vitę enormitas, nec ho
ræ extremitas excludit à venia, si pfecta fuerit volũtatis mutatio, sed in amplissimos sin⁹, ma
ter charitatis filios prodigos suscipit reuertentes: quum ipse propterea pater clemẽtissimus
filium suum propriũ tradiderit, quo redimeret seruos, misit spiritũ sanctũ, quo seruos ado-
ptaret in filios, filium dedit in pretium redemptiõis, spiritũ sanctũ in priuilegium adoptiõis
se totũ seruat in hæreditatẽ adoptatis. Nemo ideoq; de dei pietate diffidat, qa maior est dei
misericordia, quàm nostra miseria, & quisqs ad deũ toto corde clamauerit, exaudiet illũ, qa
misericors est. Nec quidẽ dubitari queat, quin idẽ electos suos in quibusdã lapsibus cadere
permiserit, vt alijs in culpa iacẽtibus, si toto ad eũ corde consurgant spem veniæ reddat, quũ
qui multos à suis iniqtatibus iam sanatos adspicimus, nihil aliud præterquàm supernæ mise
ricordiæ pignus tenemus, quum, inquam, deus pater in signo ad exemplum poenitẽtiæ po-
suit eos, quos p poenitentiam viuere post lapsum fecit. Ego equidẽ nihil in ijs aliud video,
nisi ante oculos nostros posita spei & poenitentiæ exempla.

F ¶Atq; certe, interim moneo, ne qs nimiũ spei inhiet, quũ æque sit in vana spe atq; despe-
ratione periculũ, ac vtrobiq; hoies periclitant. Inibi igitur ne qs periclitetur in spe vana au-
diat. Ne tardes conuerti ad dñm, neq; differas de die in diem, subito eñ venit ira illius, & in Eccl.5
tempore vindictæ disperdet te. Item ne quis periclitet in desperatione, audiat. In quacunq; Ezech.18
die iniquus conuersus fuerit, omnes eius iniqtates obliuiscar. Itaq;, ne desperando augeam⁹ Luc.23.
peccatũ, datus est nobis poenitẽtiæ portus, rursum ne sperãdo augeam⁹, datus est nobis dies Matth.26

mor-

mortis incertus. Sic latro agnouit, Petrus negauit. Siqdem in Petro demonstrat, quenq̃ iustũ nõ de se psumere, in latrone nõ impiũ conuersum desperare debere. Timeat ergo bonus ne pereat p supbiã, & malus ne desperet ꝑpter multã maliciã. Et sane vtrunq; iuuabit lectio hodierni euãgelij, vnde thema nostrũ sumptũ est. Sic & pater me⁹ cœlestis faciet vobis, &c.

HOMIL. LXXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth.22. Marci.12. Luc.20. Cuius est imago hæc & superscriptio.

Dominica vicesimatertia post octauas pentecostes.



Ne quid ex toto euangelio nos trãseat, sed totũ quod inibi ad nostrã A
instructionẽ & salutem pertinet, apertius in mediũ prodeat, visum est idipsum paucis pstringere doctrinis, quæ ex subdola Iudęorum à Christo quæstione & cõtraria Iesu Christi responsione, & ea quidem sapientissima, haud obscure colligimus. Quarum

¶Prima est, hypocritã esse dicicq; eũ, q aliud cogitat aliudq; loqtur: nẽpe q cũ ex aio odit, verbis tñ se amare præ se fert, sibiq; contrarius est, à q̃ cauẽdũ est haud aliter q̃ à melle, q̃d veneno mixtũ est ad nocendũ efficacissimo. Et ita qdem dñs hodie hypocritas vocat pharisæos, qm̃ & si summo odio psequebant Chrm, adeo vt nunq̃ vel toties repulsi, illũ insequi cessarẽt, quęsitũ venerũt, dicẽtes: Magister scimus. Vide subdo lam & puersam istoꝝ appellationẽ, magistrũ vocãt, cuius discipuli eẽ noluerũt, q nunq̃ non eius reluctabant verbis & factis, q nec hodie, vt ab eo discerẽt, sed vt ipm in sermone caperent, deindeq; morti deferrẽt, interrogarũt. Id q̃d facile ex causa, qua ducti q̃uerũt, patescit. Siquidẽ quũ Iudæa iã cœpisset eẽ tributaria Romanis, pfectus est ab Augusto cẽsui colligẽdo rex Herodes Antipatris filius, atq; hac de re nõ erat eadẽ oĩm sententia. Nõnullis eñ indi gnum videbat, populũ deo sacrũ, pẽdere tributũ, principibus idololatris, q̃ꝝ de nũero erant pharisæi, & q pharisæis adhærebat. Ecõtrario erãt, q Cæsari fauẽtes, dicebãt oportere solui tributũ. Cuius opinionis defensores Herodiani dicti sunt, q̃d Herodes tributi colligendi pfectus esset. Extiterãt aũt paulo ante duo qdam Theudas & Iudas, q tum palam defenderãt Iudæos, populũ deo dicatũ nõ debere tributũ cuiq̃ prophano pricipi, velut seditiosi, suppli cio sunt adfecti. Pharisæi igit arbitrabant, si Chrs rñderet, fic, oẽs sibi Iudæos redditũꝝ inimicos. Si non: præsentes eẽnt Herodiani, q hoc ilico aut vlciscerent seuere, aut vlcisci procu rarẽt, vt in Theuda & Iuda Galilæo factũ est. Cæteꝝ dñs vt ostenderet se nõ fallere illorum insidiosam blandiloquẽtiã, ita tẽperauit respõsum admirabili sua sapientia, vt neutri factioni se redderet obnoxiũ, sed vtrãq; moneret, q̃d magis ad illoꝝ salutẽ attineret. Nimirum in
Hebre.4 quiens: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma cẽsus. Vnde colligitur.
Danie.2 ¶Secũda, dñm deũ, q fuit & est Chrũs in æternũ, prorsus nihil latere, sed illi oĩa, etiã arca
Danie.13 na pectoris eẽ quasi sole apertiora. Vnde aplus: Et nõ est (inqt) vlla creatura inuisibilis in cõ spectu eius, oĩa aũt nuda, & aperta sunt oculis eius. Ipse eñ (ait Daniel) nouit in tenebris cõ stituta, & lux cũ eo est. Hinc pudicissima olim Susanna ad deũ orabat: Deus æterne q abscõditoꝝ es cognitor, q nosti oĩa anteq̃ fiant, tu scis qm̃ falsum testimoniũ tulerunt cõtra me.
Matth.10 Et ecce morior, cũ nihil hoꝝ fecerim, quæ isti malitiose cõposuerũt aduersus me. Hinc non
Marc.4 est q peccatores & malefactores in suis malefactis sibi adblandiant, quasi ea deũ aliquando
Lucæ.8 latere possint, quũ nec hoĩes diu queant latere, suo tpe reuelanda, ipso dño dicente: Nihil est opertũ, quod nõ reuelet, & occultũ quod nõ sciatur, nec factũ est occultũ, quod nõ veniat in lucẽ. Et hoc est quod scriptura hortat, dicens: Ne fueris hypocrita in conspectu hominũ & non scandalizeris in labiis tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationẽ, & reuelet deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te, quoniam accessisti maligne ad dominũ, & cor tuum plenũ est dolo & fallacia. Sic ipse dñs de peccatoribus ali
Eccl.1 bi quoq; ait: Viæ eoꝝ non sunt absconditæ à facie mea. Et nõ fuit occulta iniquitas eoꝝ ab
Hier.16 oculis meis. Dño eñ deo (inqt Sapiens) antequàm crearent oĩa, sunt agnita, sic & post perfe
Eccl.23 ctum respicit omnia. Oculi eñ ipsius circũspiciunt omnes vias hominũ & profundũ abyssi & hominũ corda intuentes in absconditas partes. ¶Tertio colligit contra deũ, nullũ va
Prouer.21 lere consilium, nec aliquam vel quamlibet astutiã subtilem, scriptura dicẽte: Non est sapientia, nõ est prudẽtia, non est consilium contra dominũ. Sic alibi ad suos collegas dixit Gama
Acto.5. liel: Quoniam si ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur, si vero ex deo est, nõ po
Acto.9. teritis dissoluere, ne forte & deo repugnare videamini. Hinc ad Saulũ dñs: Ego sum Iesus quẽ tu psequeris. Duꝝ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. ¶Quarto colligit: Plerũq; eũ falli, qui malitiose alios fallere tentat, malaq; consilia plerũq; in capita authoꝝ redundare. Iuxta
Psal.7 dictũ Prophetæ: Lacũ aperuit & effodit eũ, & incidit in foueam quã fecit. Sic qui in ligno homi-

hominē vicit, ipse in ligno ab homine victus est. Sic & Amon cōsilij auctor cruci affixus ē,
quā ille Mardochæo noīatim parauerat. Et leones quoq; Danieli pepercerunt in caueā deie- Gene. 3
cto, eos vero fere laniarūt, p̄ q̄s erat puer innocēs beltijs exposit⁹. Pari quoq; exēplo vindica- Hester. 6. 7
ta est à calūnia Susannæ pudicitia. Senes cui capitalē noxam insonti adstruxerāt sui sceleris Danie. 7
cōuicti, in se capitale suppliciū vertere. Sic hodie Iudęi ab ipsa sapia suscitati, eēt ne cēsus red Danie. 13
dēdus Cęsari? Apparebat (vt diximus) si ad ea, q̄ rogabaī, rite r̄ndisset, euenire oportere, vt Matth. 22
aut impietatis re⁹ fieret, aut maiestatis. Tū doctor ille summ⁹. Ostēdite, inq̄t, mihi numisma
cēsus. Et cui⁹ est imago hæc, & supscriptio? Cæsaris aiūt: Reddite, inq̄t, q̄ sunt Cæsaris Cæ
sari, & q̄ dei deo, &c. Qui em̄ p̄nitiose moliti sunt decipere & vincere, ipsi sunt & decepti,
& cū cōfusione victi, & q̄dē in seipsos sentētiam pronūtiare coacti. Qui em̄ putabāt se nihil
Cęsari debere, coacti sunt ex p̄prio sermone illi debere. Interrogati q̄dē dixerunt imaginē
esse Cæsaris pariter & inscriptionē: quare & numisma ip̄m. Quo quidē responso dn̄s non Gene. 1
modo istos sapienter cōfudit, sed & vtrāq; partē monuit ac docuit, q̄d erat salutis.

C ¶Nimi⸗ quū interrogauit p̄inde ignorās de imagine numismatis, voluit plane p̄ numis-
ma intelligi hoīem, & huius duplicem eē imaginē, Cæsaris vtpote, & est ip̄m corpus, & q̄d
corp̄is est. Et dei, & est aīa, & q̄d aīæ est: siquidē hō quasi nūmus à deo p̄cussus & factus, &
secundū animā ad similitudinē ipsius. Quū igit̄ homo gerat imaginē & corporis & animæ
cōsequens est, vt & censum debeat de corpore & de anima. Et sic dn̄s innuit.

D ¶Primo nos & Cęsari .i. seculari superioritati vel eis q̄ nobis loco Cæsaris seruiūt debe- Romā. 13
re tributū .s. necessitatis, honoris & obediētiæ, ap̄lo dicēte: Om̄is aīa potestatibus sublimio- 1. Petr. 2
ribus subdita sit. Ideoq; necessitati subditi estote, nō solū propter irā, sed etiā propter cōsciē
tiam. Ideo em̄ & tributa p̄statis. Ministri em̄ dei sunt, in hoc ip̄m seruiētes. Et Petrus inq̄t:
Subiecti estote om̄i humanæ creaturæ propter deū, siue regi quasi p̄cellenti, siue ducib⁹ tā-
quàm ab eo missis, ad vindictā malefacto⸗, laudē vero bono⸗. Subditi, inq̄t, estote, nō tātū
bonis & modestis, sed etiā discolis. Quia sic est volūtas dei, vt benefaciētes obmutescere fa-
ciatis imprudētū hoim ignorātiā, quasi liberi, nō quasi velamē habētes malitiæ libertatem,
sed sicut serui dei. Q̄nquidē ait Paulus: Non est potestas nisi à deo. Itaq; q̄ resistit potestati, Roma. 13
dei ordinatiōi resistit. Qui aūt resistūt, ipsi sibi dānationē acq̄rūt. Sic & ipse Paulus, vt verus Acto. 23
doctor, q̄ q̄d docet, etiā p̄ficere debet, alias ignorāter p̄inde principi sacerdotū obmurmu-
rās sibi ignosci cupit, inq̄ens: Nesciebā frēs, q̄a princeps est sacerdotū. Scriptū est em̄: Prin Exod. 22
cipē populi tui nō maledices. Hinc & Chr̄s ipse nō legit̄ alicui potestati vel q̄libet malę, tā-
tillum aut restitisse aut obmurmurasse, imo oībus voluit eē obediendū, dicēs: Om̄ia ergo q̄-
cunq; (.s. quę cōtra deū non sunt, alioq̄ deo magis q̄ hominibus est obediendū) dixerint vo Matth. 23
bis, seruate & facite, secundū op̄a vero co⸗ nolite facere. Quam vero male plerūq; semper Acto. 5
cædat, in superioritatē rebellibus aperto arguit vltio in Chore & Dathan. Nume. 16

E ¶Secūdo innuit quoq; hodie dn̄s in themate n̄ro, & nos debitores eē deo vel eis, q̄ nobis dei
loco p̄sunt, cuiusmodi sunt sacerdotes. Deo vtiq; imaginē n̄ræ aīæ purā debemus, & deci-
mas, & oblatiōes, q̄ppe dei causa institutas. Debemus, inquā, & illis obedientiā & reuerētiā
perinde atq; dei vice cōstitutis. Et hoc est, q̄d ap̄lus inq̄t: Obedite p̄positis v̄ris, & subiacete Hebr. 13
eis. Ipsi em̄ p̄uigilāt, quasi rationē de aīabus v̄ris reddituri. Et ad Timotheū ait: Qui bn̄ p̄- 1. Timot. 5
sunt pbr̄i, duplici honore digni habeanī, maxime, q̄ laborāt in verbo & doctrina. Dicit em̄ Deuter. 25
scriptura: Nō alligabis os boui trituranti, & dignus est op̄arius mercede sua. Nescitis, q̄m q̄ 1. Cor. 9
in sacrario operanī, q̄ de sacrario sunt, edūt. Et q̄ altario deseruiūt, cū altario participāt. Sa-
ne subministrādū illis ē simulq; obediēdū haud sec⁹ atq; ipsi dn̄o corā palāq; nobiscū cōstitu
to, Ap̄lo ite⸗ testāte, quū dicit: Scitis, q̄ pręcepta dederim vobis p̄ dn̄m Iesum. Itaq; q̄ hæc 1. Thess. 4
spernit, nō hoīem spernit, sed deū, q̄ etiā dedit sp̄m suū in nobis. Sic cū murmurasset oīs cō-
gregatio filio⸗ Israel cōtra Aaronē & Mosen in solitudine, importune exposcēs panem & Exo. 16
carnes sibi ministrari, r̄ndit eis Moses: Nos em̄ q̄d sum⁹, q̄a mussitastis cōtra nos? Nec con-
tra nos est murmur v̄m, sed cōtra dn̄m. V̄n satis cōstat, rebellionē & cōtumaciā, q̄ in p̄po-
sitos ecclesiasticos cōmittiī, etiā in deū fieri, & exinde illā graui p̄ctō obnoxium reddere ho
minē, tristiq; supplicio mulctādū. Scriptura alibi serio dicente: Qui aūt sup̄bierit, nolēs obe Deuter. 17
dire sacerdotis imperio, q̄ eo t̄pe ministrat dn̄o deo tuo, ex decreto iudicis morieī hō ille,
& auferes malū de Israel, cūctusq; pp̄lus audiēs timebit, vt null⁹ deinde intumescat sup̄bia.

F ¶Sapiēter itaq; summa hodie sapiētia respōdit. Cuius ē imago & inscriptio? Q. diceret
Quia numisma ipsum imaginē habet re⸗ temporaliū & æternorum & diuino⸗, itaq; date
pro temporalibus Cæsari vel ijs, q̄ eius sunt loco. Pro sp̄ualibus deo vel eis, q̄ dei sunt loco
.i. date vtriq;, q̄d vtriusq; est, quoniā vterq; dei minister est, vtpote date Cæsari tributa, sa-
cerdoti decimas & oblationes. Apostolo sic interpretāte, quādo ait: Reddite ergo om̄ibus
debita. Cui tributum, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorē hono
rem: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

¶Nec

¶Nec est quod quis curiosius denuo reuocet in dubiū. An decimas liceat persoluere? Quum eas Ecclesiasticis quasi in necessariā sustētationē deberi anno superiore probauimus multis,& scripturis,& rōnibus,& qdē iure diuino, Illuc iā piū lectorē remitto,& quē & hoc vnū moneo,vt meminisse velit,tā decimas esse psoluendas,vt etiam promiserit pro solutione istarū dñs singulares retributiones persoluentibus,quum ait p Prophetam: Inferte oēm decimam in horreum meum,& sit cibus in domo mea,& probate me sup hoc. Si non aperuero vobis chataractas cœli,& effudero vobis benedictionē vsq ad abundantiam. Et increpabo pro vobis deuorantem,& non corrumpet fructum terræ vestrę,nec erit sterilis vinea in agro. Reddite igit quæ dei sunt,deo. Nam eius est numisma & imago.

Malach. 3.

HOMIL. LXXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth.19. Si tetigero tantum vestimentum eius,salua ero.

Dominica vicesimaquarta post octauas pentecostes.



IN hodierno qdē euangelio duo nobis proponunt miracula, q̄ sua virtute dñs corpaliter est opatus. Vnū in termino,q̄ ab archisynagogo rogat⁹.i.in domo pricipat⁹ Iairi. Aliud in ipa via,q̄ ambulauit. Atq nimirū ī vtroq docemur,qd nobis in termino expectandū à Chro. Et qd in via petedū sit ab ipso. In termino ad vitā pfecte suscitauit puellā,in via,à sanguinis pfluuio curauit lāguidā,quarū vtraq periret,nisi dñs auxiliādo succurreret,vt alio tpe fusius retulimus. A

¶Iam vero sciendū est,p puellā in euāgelio mortuā significari quēlibet pctōrem,q per abusum quinq sensuū,& malam inclinationē septē pctōrū capitaliū trāsgressus est decalogi pcepta. Et profecto illi opus est,quū p se resurgere nequeat,siue p se,siue p alium adeat deū pro suæ animæ liberatiōe petēs ac dicens: Dñe,filia mea mō defuncta est,sed veni impone manū tuā sup eam,& viuet. Quod ille faciet,qm̄ sit,penes quē vitę est & mortis potestas,q mortificat & viuificat,de se dicēs: Ego sum resurrectio & vita. Venite ad me oēs,q laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Per mulierē vero Emoroissam intelligim⁹ mystice eos,q in peccatis dies suos vsq ad finē vitæ ducūt,spem in extrema pœnitentia ponentes. Qui sane agunt periculose,quādoqdē se grauissimo periculo cōmittunt, sic se cōmittendo delinquūt pœnis purgatorū acerrimis se exponunt. Vnde duas hinc colligimus doctrinas, quarum, B

Sap. 16
2. Reg. 2
Iohan. 11
Matth. 11

¶Prim[illegible]minē cupidū propriæ & æternæ salutis,vitæ emendationē debere differre,spe ver[illegible] cōsequēdæ p pœniam in extremis. Siqdem difficile fit, vt tūc fit vera pœnitentia,q̄ tam sera venit,qn̄ cruciat⁹ ligat mēbra,& dolor sensum opprimit, vt vix hō aliquid cogitare valeat. V sus sic venire solet,vt moriēs obliuiscat sui,q dū viueret,oblitus ē dei. Quid multis? Vix tū vera eē poterit pœnia,quū iā peccare nō possumus,atq nos pctā dimittūt,nō nos illa dimittimus. Et hoc est qd scriptura monet,inquiēs: Nō tardes cōuerti ad dnm,& ne differas de die in diē. Subito em̄ veniet ira illius,& in tēpore vindictæ disperdet te. C

Eccl. 5

¶Secūda est,quanq̄ periculosa sit pęniæ vsq ad extrema dilatio eū tñ q ad extrema deductus ē,ac pœniæ auid⁹,nequaq̄ desperare debere. Quod em̄ plerūq diffidentia ætatis differt cōsilio maturiore pficit. Et ipa q̄q pœnia si in extremo vitę aduētu aduenit,sanat, & liberat vtpote q̄ & gratiā & veniā certo sit inuētura apud dnm,dicentē: Quacūq hora pctōr ingemuerit & egerit pęniam,vita viuet,& nō moriet. Oīm iniqtatū eius,q̄s opatus est,nō recordabor. Ita nimirū multū fuit sera latronis in cruce pœnia,sed nō fuit sera eius indulgētia. D

Ezech. 18.
Luc. 23

¶Sed qd ergo eiusmodi pctōri inueterato agendū est? Vtiq̄ qd hodie egit mulier Emoroissa. Primo,fiduialiter dicat de dño deo: Si tetigero tantū vestimentū eius,saluus ero. Siquidē fides in eo fit,qua ipē pctōrem saluat. Secūdo,tāgat vestimentū illius. Est aūt eius vestimētū charitas,vestis.f.illa nuptialis,qua vestitus ē,dū ad dispēsandū sibi matrē ecclesiā de gremio patris descēdit in vterū virginis matris Mariæ. Quā sane charitatē, qa pfecte habere neqt,saltē fimbriā apprehēdat,qualē cūq charitatis gradū. Ideoq pctōr tāgat ipsius vestimētū.i.recogitet ex aīo Chri Iesu charitatis magnitudinē circa se exhibitā, quæ damnatione dignissimū patienter expectauit,eiq in hac finali hora de salute sua cogitare cōcedit. Vnde magnā spem cōcipiat atq hanc vestem nō relinquat,sed oībus alis pro posse exclusis ad diligendū suū dilectorē se excitet, deq cōmissis peccatis q̄ad pōt,pœniteat, memor immēsæ charitatis Iesu Christi,qua ille subire nō dubitauit mortē durissimā,vt pctōrē à morte æterna redimeret,ac morte sua destrueret eū,q habebat mortis imperium. Atq sane ipse dñs Iesus propitiatio est apud patrē pro peccatis vniuscuiusq pctōris,q propterea in extremis haudquaq̄ debet desperare,sed cōfidenter dicere intra se: Si tetigero tantū vestimētum eius,id est,si solūmodo dilectiōi eius fuero incorporatus,saluus ero, Amen. E

Osee. 2
Matth. 1
Luc. 1
Hebr. 2

HOMIL. LXXVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ.19. Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.

In ferijs dedicationis templi.

A 

Dest fratres charissimi, dies dedicatiõis anniuersaria à nobis nullã non lætitia & laude prosequẽda, quæ & nobis hoc debet esse deuotior ac lætior quo familiarior est. Cæteræ nimirũ diuorũ solennitates cũ alijs sunt nobis cõmunes, sed hæc & huius diei solẽnitas ita nobis propria est, vt vel necesse sit à nobis eã vel à nemine celebrari. At inquis, quur hæc ipsa hodierna dies nobis tantopere est venerãda, & qui nobis hodie q̃ alio quidẽ tẽpore solutius est gaudendũ? Quandoquidẽ, respondeo, dñs noster hodie primum Zachæo dixerit, vt festinãter descẽdat, q̃a in eius sit domo mãsurus, cui & à se facta sit primũ salus. Quis est ille Zachæus in euangelio? Est (inquit euangelista) princeps publicanorũ diues, & statura pusillus, ob id nõ potẽs videre Christũ. Hæc nimirũ ad literã, respondet Lucas, aliud sub typo citra cõtrouersiam p̃tendens, quẽ vtiq; vel ex eo argumẽto non solũ vnũ illũ intellexerit, de quo euangeliũ, Zachæũ, sed & aliũ quoq;, qm̃ & ipse filius sit Abrahæ: quandoquidẽ constet Zachæũ, de quo Lucas, nõ Iudæum, nec Abrahæ ex sanguine filium, sed paganũ fuisse.

B ¶Quẽ ergo euangelista Zachæũ alium ab euangelico Zachæo prætexuit? Non procuidubio alium q̃ nos, olim hauddũ Christianos, qui recte fuimus Zachæi, quia vel ideo principes publicanorũ, quod idololatræ, tum (vt Apostolus testatur) cõmutabamus veritatem dei in mendaciũ, & coluimus & seruiuimus creaturæ potius q̃ creatori, nec probauimus deũ habere in notitia, tradebamur à deo in reprobũ sensum, & faciebamus ea, quæ non cõueniunt, repleti omni iniquitate & malitia, ideoq; nõ solũ publicani, id est, publici peccatores, sed & principes & primarij peccatorũ. Eramus & Zachæi in statura parui, scilicet ob gratiæ paruitatẽ & malitiæ magnitudinẽ, quia tunc, eodẽ Apostolo scribente, eramus sine Christo, alienati à cõuersatione Israel, & hospites testamentorũ, promissionis spem nõ habentes, & sine deo in hoc mũdo, & deniq; diuites copia scelerũ & iniquitatum, & minimi virtute & gratia, vtpote occupatione temporaliũ & rerũ mundanarum prorsus depressi. Et sane tales fuimus Zachæi, donec Christus tã per se, q̃ per suos transierit & fideli sua p̃dicatione iusserit nos festinanter descendere ex arbore sychomorũ, id est, per arborẽ ficus fatuæ, cuiusmodi sychomorus interpretatur, qualis est fides Christi, & euangelij prædicatio, Apostolo dicente: Nos p̃dicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidem scandalũ, gentibus aũt stultitiam. Fuimus ergo olim Zachæi eousq;, donec Christus iusserit nos per fidẽ descendere. Sed quare iussit descendere? Nimirum, q̃ ipse dominus Iesus esset in domo nostra mansurus.

Roma.1. Ephe.2. 1.Cor.1.

C ¶Sed quæ, inquis, est domus nostra, in qua Chrs manet? Sane domus nostra, nos sumus, adeoq; corpora nostra, & animæ nostræ. Vnde Apostolus: Scimus enĩ, qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationẽ ex deo habemus domũ non manufactã, sed æternã in cœlis. Idemq; alio in loco: Christus vero, inquit, tanq̃ filius in domo sua: quæ domus sumus nos. Fuimus igitur Zachæi, principes publicanorũ, statura pusilli & impotẽtes videndi Christũ, donec Christus ex sua mera, ineffabiliq; pietate & misericordia iussit nos per fidẽ suã descendere ad se inquiens, q̃a hodie oportet me in domo tua. i. in vobis habitare, scilicet hic per fidem meã & grãm, de qua mansione ipse alibi ait: Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & apud eũ faciemus mansionẽ. Et sane Christus dñs iussit. s. sua gratia & inspiratione virtuosa, vt capesseremus fidẽ, & per ipsam sibi essemus domus & mansio: quandoquidẽ non nostra virtute, neq; vi, neq; merito nostro ad fidẽ peruenimus, sed Christus pariter ad eã gratiose nos traxit, Ideo Christus alibi: Nemo potest venire ad me, nisi pater q̃ misit me traxerit eum. Hinc aliàs apostoli dicunt: Adauge nobis fidem. Sic nimirum tractus fuit Petrus, dicens Tu es Christus filius dei viui. Cui dñs: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et pater obsessi ait: Dñe adiuua incredulitatẽ: siquidẽ ait Apostolus: Gratia enĩ estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enĩ donũ est, non ex operibus, vt ne quis glorietur.

2.Cor.5. Hebre.3. Iohan.14. Ephe.2. Ioha.6. Lucæ.17. Matth.16. Marc.9. Psal.5.

D ¶Quis igitur hodie nõ summã illam Iesu Christi in nos charitatẽ & ineffabilem pietatem veneretur & admiretur, q̃ ille, qui neq; nostri, neq; bonorum nostrorum eget, nos ad se, id est, ad nostram verã salutem, quæ ipse est, & nõ alius, sponte sua prouocauit, ad se

venire iuſſit? Inquiens: Zachæe deſcende feſtinans, quia oportet me hodie manere in do
Apoca.3 mo tua. Et alibi: Ecce ſto ad oſtiũ & pulſo. Si quis audierit vocẽ meã, deſcendens. ſ. & ape
ruerit mihi ianuam, intrabo ad illũ, & cœnabo cũ illo, & ipſe mecum. O bone ſaluator, q̃
inſons, cũ ſontibus conuerſari nõ dedignatus es, & fons iuſtitiæ cũ auaritia, quæ prauita-
Matth.9 tis eſt materia, habitare nõ recuſaſti, qui ingreſſus domũ publicanorũ, nullam ex auaritiæ
Marc.2 nebula iniuriam paſſus es, ſed fulgore iuſtitiæ auaritiã deleuiſti. O veriſſime, o fideliſſime
Lucæ.5 medice, q̃ vere teſtatus es a te non propter bene, ſed ob malehabentes aduenisſe, quorum
profecto vulneribus ita condoluiſti, vt ex nimia charitate in vulneratos nos peccatores
1.Timo.1 fœtidiſſimã ſaniem peccatorũ & ægrotorum, quod vtiq; fidelis eſt medici, pati non recu-
1.Timo.2 ſaſti. O fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mun-
dum, peccatores ſaluos facere, qui omnes hoĩes vult ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis
2.Petri.3 peruenire, neq; (vt ait Petrus) aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiã reuerti. Venite (in
Matth.11 quiens) ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Zachæe feſtinans
deſcende, quia oportet me hodie manere in domo tua.
Iohã.3 ¶Quis te cogit, optime ſaluator, ad manendũ hodie in domo noſtra? Nimirũ ſola illa E
eximia tua charitas, qua profecto ita pater tuus dilexit mundũ, vt te filium ſuũ vnigenitũ
daret, vt omnis qui credat in te, nõ pereat, ſed habeat vitam æternã, inquiens ad nos: Za
chæe, deſcende feſtinans, quia oportet me hodie manere in domo tua. O feliciſſima, o læ
Pſal.18 tiſſima dies hodierna, qua primũ dñs in fide nos ſibi ita deſponſauit, vt velit manere in do
Apoca.21. mo noſtra, perinde atq; ſponſus in thalamo ſuo. Sane hodie Iohannes ille in ſua Apoca
lypſi vidit ciuitatẽ ſanctã Hieruſalem, nouã deſcendentẽ de cœlo, à deo paratã tanq̃ ſpon
Lucę.19 ſam ornatã viro ſuo. Quæ eſt illa, fratres, ciuitas ſancta Hieruſalẽ, quæ illa ſponſa viro ſuo
ornata? Domus eſt, inquã, Zachæi, eius familia, quæ nos fuimus, quũ ex iuſſu ſaluatoris p
fidem noui, & parati perinde vt ſponſa deſcendimus, cũ qua manere ſe dixit idem ſalua-
2.Cor.11. tor ſponſus. Hinc ad nos Apoſtolus: Deſpondi eñ vos vni viro virginẽ caſtam exhibere
Pſal.121. Chriſto. Sumus & illa Hieruſalẽ, quæ (propheta canẽte) ædificatur vt ciuitas, vnione ſci-
Ephe 4 licet ciuiũ in fide vna, baptiſmate vno, dño & deo vno. Sumus & illa domus, quam decet
Pſalm.92 ſanctitudo, in qua oportuit Chriſtum hodie manere. F
Danie.9 ¶O vere decet ſanctitudo eam domũ, in qua manere vult, qui eſt ſanctus ſanctorũ, qui
Eſaiæ.53 eſt ſine macula, qui peccatũ non fecit, nec dolus in ore eius eſt inuentus. ſ. dominus Ieſus
Chriſtus. Cuius ſane ſanctitatem Petrus olim ex animo cõſiderans in nauicula, in qua &
Lucæ.5 Chriſtus erat exclamans, ait: Exi à me dñe, quia homo peccator ſum. Et Centurio quoq;
Matthæ.9 ille: Dñe (inquit) non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ, ſed tantum dic verbo, & ſanabi
Lucæ.7 tur puer meus, propter quod & indignũ iudicaui me, vt ad te venirem, ſed miſi Iudæorũ
ad te ſeniores. An nõ fratres cũ & Petro & Centurione olim potuiſſemus dicere, quũ ad-
huc idololatræ reprobi, & impij iubebamur deſcendere, vt in domo noſtra Chriſtus ma
neret? Vtiq;. Sed ipſe dñs piiſſimus ſe ſubmittens, ſua ſponte nos ſibi domũ per fidẽ reddi
Ephe.3 dit ſanctã & ſe dignã, vt per eam fidem in cordibus noſtris (Apoſtolo teſte) habitaret, ni-
Acto.15 mirum (vt ait Petrus) fide purificans corda noſtra. Fide vtiq; nõ mortua, quæ ſine operi-
Iacobi.2 bus eſt, ſed quæ (definitore Paulo) per charitatẽ operatur, qualem Zachæus olim habuit,
Galat.5 mox vt audiens Chriſtũ ad ſe venire, ſtuduit à malo declinare, & facere bonũ, inquiens:
Pſal.36 Ecce dimidiũ bonorũ meorũ domine do pauperibus. Et ſi quid aliquẽ defraudaui, reddo
quadruplũ. Cui Chriſtus: Hodie ſalus huic domui facta eſt, eo q̃ ipſe ſit filius Abrahæ, ſci
Gene.15 licet per fidẽ: qui & ipſe domini verbo credens, terram domumq; paternã deſeruit, gau-
Iohan.8 dens videre diem dñi, vidit ſcilicet fide, & gauiſus eſt.
¶Sed quorſum hæc, fratres chariſſimi? Eo nimirũ, vt cogitemus, q̃ & ipſi olim renati G
pulchra Chriſto domus fuimus, fide purificati & ipſi: quãdoquidẽ domũ dñi deceat ſan-
ctitudo, quia ipſe ſanctus eſt, nec habitat niſi cũ eis, qui ſunt ſancti, nũc vero (q̃d plurimũ
2.Petri.2 ſuſpicor & vereor) coinquinationibus mundi rurſus implicati, & à iuſtitiæ via diſcedẽtes
& à ſancto mãdato retrorſum abeuntes, facti ſumus ſpelunca latronũ ex domo orationis
Matth.12. in q̃ minime Chrs dignat inhabitare, immũdo iſto ſpiritu eã occupante cũ ſeptẽ ſpiriti-
Marc.3 bus nequioribus ſe, adeo, q̃ forte poſteriora nobis facta ſunt deteriora.
Luc.11. ¶Quid igit faciemus? Reſipiſcamus oportet p pœnitentiã, ſtudeamus Chriſtũ videre H
tranſeuntẽ & clamantẽ: Zachæe feſtinãs deſcẽde, q a oportet me hodie manere in domo
tua. Deſcendamus fratres, vt antea p verã fidẽ, charitate operantẽ, ſtudeamus nos denuo
dedicare domũ dño noſtro, vt eã ſua grã hic, & alibi p gloriã inhabitet. Sanctificemus, in
quã, ei, qui eſt ſanctus ſanctorũ, domũ, quã decet ſanctitudo, in hac vtiq; materiali domo
dñi ſignificata: q̃ vel ideo ſuis proprijs cærimonijs dicata eſt dño ppria & peculiaris, vt
eſſet nobis p ſuas in ipſa cærimonias, pinde memoria habẽdæ in corde nr̃o ſanctitudinis.
¶Etenim viſibilis iſta domus vtiq; propter nos facta eſt, ad noſtrã habitationem, vt in I
eã nos

ea nos essemus vera domus dño, quē oportet nobiscū manere. Quādo enī dom⁹ ista (quæ Gene. 28
vtiq; domus est dei, & aula cœli, & locus terribilis, In quo dñs est sua maiestate) per manus
pontificū dedicata est dño, propter nos sine dubio factū est, non solū qui pſentes fuimus,
sed & quicunq; vsq; in finē seculi dño sunt in hoc loco militaturi, in nobis hauddubie spi-
ritualiter impleri necesse est, quæ in parietibus visibiliter præcesserūt in dedicatione huius
domus. Et quæ sunt illa? Aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio, quibus &
nos deo debemus dedicare domū, & ijsdem ipse & nos sibi dedicabit.

K ¶Primo, aspergamur aqua pœnitentiæ per verā cordis confessionē & contritionem. Hier. 4
Hinc propheta ait: Laua à malitia cor tuū Hierusalem, & salua fies. Sic Petrus adspersit Matth. 26
se foras, exiens & amare flens. Sic Maria Magda. quando lachrymis lauit pedes saluato- Marci. 14
ris. Sic Dauid quū ait: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meū, Luc. 7
lachrymis meis stratum meum rigabo. Hinc in hac domo semper præsto est, aqua benedi- Psal 6
ctionis, in signū huius spiritualis aspersionis.

¶Secundo, inscribamus in corda nostra, tanq̃ in lapidibus, legem dñi, vt eam faciamus. Psal. 36
Lex aūt dñi est, vt declinemus à malo & faciamus bonū, vt simus de numero beatoꝝ, de Psal. 105
quibus propheta: Beati (inquit) qui docti & memores sunt mandatoꝝ eius; sed ad facien- Iacob. 4
dū ea. Alioqui scienti bonū & non facienti, peccatū est illi, & seruus sciens voluntatē dñi Luc. 12
& non faciens, plagis vapulabit multis. Hinc in dñi domo omnes institutæ sunt visibiles
cærimoniæ, vt ea inuisibiliter in corde nostro re ipsa perficiamus.

¶Tertio, vngamus nos, scilicet vnctione lenitatis & patientiæ ad deferendam crucis Luc. 21
asperitatem patienter: siquidem per patientiam possidebimus animas nostras. Hinc Apo- Heb. 12
stolus: Per patientiam, inquit, curramus ad propositum nobis certamen, adspicientes in
authorem fidei & consummatorē Iesum Christum, qui proposito sibi gaudio sustinuit
crucem: nimirum patiens vt ouis, quæ ad victimam ducitur. Esa. 53

L ¶Quarto, illuminemur, scilicet lumine bonoꝝ opeꝝ, vt scilicet lux nostra luceat corā
hominibus, quatenus videant bona opera, & glorificēt patrem, qui in cœlis est, prouidea- Matth. 5
musq; bona, ait Paulus, nō solum corā deo, sed etiam corā hominibus omnibus, nec po- Marc. 4
namus lumen bonæ actionis sub modio, sed ponamus supra candelabrū, vt inde oēs qui Luc. 8
in domo sunt videāt, & lumen eiusmodi sequant, ne in tenebris vitioꝝ ambulent. Hinc in Roma. 12
domo dñi diu noctuq; lumina incendunt, vt simus memores, q̄ & nostra domus pecca- 2. Cor. 8
toris ita suū habeat lumen fidei & charitatis, vt tandē in eam domū domini simus peruen-
turi, quæ tanta dei claritate illuminatur, vt neq; sole neq; luna indigeat.

M ¶Quinto, vt benedicamus, scilicet deū toto corde nostro pijs laudibus, ipsumq; deuotis Apoc. 21
inuocemus precibus, siquidē domus nostra, domus etiā dñi, quæ domus est orationis & Matth. 21
benedictionis. Hinc propheta hortat, dicens: Domus Israel benedicite dño: nimiꝝ, vt tan- Marci. 11
dem perueniamus ad eam domū dñi, de qua Dauid: Beati (inquit) qui habitāt in domo tua Luc. 19
dñe, in secula seculoꝝ laudabūt te. Ibi enī sancti & cœlestes spūs diu noctuq; sine inter- Iohan. 2
missione benedicūt deū, clamātes: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotens, q erat, Psal. 134
& qui est, & qui venturus est. Dignus es dñe deus noster accipere gloriā & honorē, & vir- Psal 84
tutē, q̄a tu creasti omnia, & propter voluntatē tuā erant & creata sunt. Sedēti in throno Esa 6
& agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculoꝝ. Pleni sunt cœli & ter- Apoc. 4. 5
ra maiestatis gloriæ tuæ. Hinc & in hac domo dñi diu noctuq; dñs deus hymnis & canti-
cis laudat & benedicitur, & eo oēs in ea tendūt cærimoniæ, vt nos admoneāt nostræ inte-
rioris domus, quatenus illā eis modis, q̄s cærimoniæ pfigurāt, sanctificemus, vt in ea di-
gnetur dñs Iesus manere, illiq; facere salutē, vtiq; hic per grām suā, & alibi per gloriam.

N ¶Vos igitur fratres charissimi, hic dño præparabitis domū, ex vestra hac terrena do-
mo corporis vestri, spūalem, vt alibi cœlestē habere poteritis. Felix enī ille, nimiūq; felix,
qui cū Apostolo vere dicere potest: Scimus, quia si terrestris domus nostra huius habita-
tionis dissoluatur, quod ædificationē habemus ex deo domū non manufactā, sed æternā
in cœlis: quo nimiꝝ non veniemus, nisi hodie cū Zachæo per veram fidē charitate ope-
rantem sanctificationē descendamus, vt in domo peccatoꝝ nostri prius dñs habitet per
gratiam, vt & æterna eius alibi salus detur in æterna domo.

¶Finis Homiliarum de tempore.

¶Sequuntur Homiliæ de sanctis eiusdem Centuriæ.

HOMI. LXXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 4. At illi continuo relictis retibus, sequuti sunt eum.

In ferijs diui Andreæ.



Alutarē huius diei institutionē plane arguit sacrosancti euāgelij A
lectio,q̄ celebrat mirabilis,eadē'q; salutaris diui Andreæ ad fidē,
adeo'q; ad Iesu Chr̄i apostolatū vocatio. Cuius sane vocatiōe nō
obscure notat qd sit ad Iesum vocatio,q̄bus'q; illa modis in salu
tē finalē cedat & gloriā. Hodie quidē subintelligimus vocationē
1.Petr.2 ad fidē Iesu Chr̄i,adeo'q; ad æternā vitā esse quandā ad imitatio-
1.Thessa.2 nē Iesu Chr̄i inuitationē,Chr̄o hodie dicēte: Venite post me &c.
Atqui vocat nos dn̄s ad fidē credēdorū, Petro scribēte: De tene-
1.Cor.1 bris.s.infidelitatis in admirabile lumen suū.s.fidei. Ad spem æter
1.Cor.13 noræ. Sic Ap̄sus ait: Deus vocauit nos ad æternā gloriā suā.s.ad
1.Timot.2 sperandū rā. Ad charitatē. Hinc idē: Vocati(inq̄t)estis in societatē filij eius,vtiq; p̄ chari-
Roma.5 tatē. Et hoc est q̄d deinde idē sit: Nūc aūt manēt,fides,spes,charitas,tria hæc. Ad hæc ve
Psal.13 ro tria oīs hō vocatus est à dn̄o,qui(Paulo teste)oēs hoīes vult saluos fieri, & ad cognitio
Matth.9 nē veritatis venire,quū em̄ oēs pc̄tōres fuimus,& à deo oēs declinauim⁹ & facti sum⁹ inu
Marci.2 tiles,& ipse venit,nō vt iustos,sed vt pc̄tōres,cuiusmodi oēs eramus,vocaret.s.ad fidem,
Luc.5 spem,charitatē,subsequēs,vt oēs sumus vocati:nec est,qui se nō possit dicere vocatū eē.
¶Nec quidē suffecerit,vt quispiā dicat,Christū nunq̄ neq; vidi neq; audiui,quō igit me B
Luc.16 vocauit? R̄ndeo: Vocationē ad illa q̄drifariā fieri. Nimirū per p̄dicationem & scripturarū
denūciationem. In q̄bus loquit Chr̄s. Et hoc est,q̄d alibi ipse ait: Habēt Mosen & p̄phetas
audiāt illos. Vbi profecto loquit de Mosi prophetarū'q; scripturis,in q̄bus vult audiri. Si-
Roma.15 quidē,inquit Paulus,q̄cunq; scripta sunt,ad nostrā doctrinā scripta sunt,vt p̄ patientiā &
cōsolationē scripturarū spem habeamus. Hinc qui p̄ pios p̄dicatores inuitant & vocātur,
Matth.10 per Iesum perinde corā palàm'q; vocari intelligunt. Nō em̄(inquit aliàs dn̄s)vos estis,qui
Marci.13 loquimini,sed spūs patris vestri,q loquit in vobis. Qui vos spernit,me spernit,& q vos au
Luc.10 dit,me audit. Proinde alio in loco Paulus: An experimentū quæritis eius,q in me loquit,
2.Cor.13 Chr̄s. Per internā q̄q; inspirationē,p̄ beneficā largitionē & variā flagellationē. Et hoc est
q̄d aliàs ait dn̄s: Ego sto ad ostiū & pulso,id est voco.s.inspirādo,largiēdo,mulctando. Si
Apoc.3 quis audierit vocē meā,& aperuerit mihi ianuā,intrabo ad illū. Quis aūt est,q audiat ne-
Roma.10 gare se nunq̄,neq; p̄dicatione,q̄ toto terrarū orbe fuit diuulgata,neq; interna aliqua inspi
Psal.18 ratione,neq; prosperitate,neq; flagellatiōe vocatū? Certe nullus. Eapropter nemo vere
O ¶O igitur (inquā) virgo Maria. O tu vera archa, quæ vt archam decet, inter omnes fuisti clausa, mūda, secreta, fortis & firma. Clausa (inquā) quæ serato pudoris claustro inuiolata ante & post partū genuisti nobis manna illud cœleste, quod nobis est ad æternā patriā viaticū. De qua Ezechiel: Porta hæc clausa erit,& non aperiet,& vir non transiet per eam, quoniā dominus deus Israel ingressus est per eam, eritq́ clausa principi. Mūda (inquam) archa quæ tam ab omni fuisti labe semper immunis & pura, vt vere ad te per Solomonem deus dixerit: Tota pulchra es amica mea,& macula non est in te. Secreta (inquam) quæ aurum tuū castitatis tam secreto intra te custodisti, vt audiens ex te nasciturū filium in sermone angeli turbata fueris,& qualis esset ista salutatio cogitaris? Quomodo (inquiens) fiet istud, quoniā virum non cognosco. Fortis (inquam)& firma archa, quæ nusquàm nō à tuo filio dilecto, nec in aduersis, nec in prosperis discessisti, cum quo adhuc tenello puero, neq́ Herodem tyrannum, cæterosq́ hostes insidiantes, nec cœli inclementiam, neq́ itineris difficultatem, nec regionis asperitatem, nec hoc genus mala reliqua vetita in Aegyptum ieris & redieris, nec deterrita, quando tibi à Symeone dicebatur. Et tuā ipsius animam pertransibit gladius, tam dico non fuisti deterrita, vt vel sola, cæteris trepide fugientibus, vsq́ ad mortē cum illo firma & constans mansisti, iuxta crucem fideli & intrepido pectore astans. Imo q̄ & post illius mortem cum eius discipulis, qui in domo clausa propter metum Iudæorum cōgregati erāt vnanimiter perseuerasti, donec vere ad te tuumq́ filium dictum est à deo patre. Surge domine in requiem tuam, tu & archa sanctificationis tuæ: nimirum, quæ hodie suscitata & tāto gaudiorum præconio, tantaq́ gloria & solennitate ad cœlum euecta es, superq́ oēs angelorum choros exaltata, vt vere & iuste tota cœlestis turba & concio angelica obstupefacta adclamauit, te visa, dicens: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Quid quæritis o cœlestes exercitus? Hæc est (inquā) archa illa sanctificata à Iesu domino nostro, supra vos æternaliter exaltata,& requiem habitura. Vnde & ipsa hodie pio repleta gaudio, inqt: Quasi cedrus exaltata sum in Lybano,& quasi cypressus in monte Sion,&c. Quasi palma exaltata sum in Cades,& quasi plantatio rosæ in Hiericho,&c. Ezech. 44 Cant. 4. Lucæ. 1. Matth. 2 Luc. 2 Iohan. 19. Iohan. 20. Acto. 1. Cant. 6 Eccl. 24

P ¶Gaudeamus igitur fratres dilectissimi, totoq́ corde lætemur de tam nobilis archæ exaltatione, ipsamq́ filij Israel sequi studeamus, vt & ipsi in requiem æternam aliquādo simus suscitandi & adsumendi. Quam vtiq́ sequentes exaltabimur, vbi & ipsi archa simus clausa, id est, casta, nullo peccato reserati, archa quoq́ secreta in omni mūditia fideq́ in bonis operibus firma & fortis, hortante Apostolo: Itaq́ fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini, semper scientes, quod labor vester non est inanis in domino. Quare non inanis? Quia & nobis dictum fuisse intelligetur cum Christo domino nostro: Surge domine in requiem tuam, tu & archa sanctificationis tuæ. Nec quidem citra rationem, quandoquidem ad nos qui lauacro regenerationis sumus mundati. Paulus dixerit: Nescitis, quia templū dei estis,& spiritus dei habitat in vobis? Templum dei sanctū est, quod estis vos. Hæc ille: Si templum, ergo & archa,&c. 1. Cor. 15 1. Cor. 3 2. Cor. 6

HOMIL. XC. DE EO QVOD ECCLESIA CANIT, Regali ex progenie Maria exorta refulget.

In ferijs natiuitatis diuæ deiparæ virginis Mariæ.

Quanta



Vanta animi lætitia, quanta etiam laude hodierna nobis dies ſit ce- A
lebranda, vel ex verbis eccleſia eſt haud obſcure intelligere, quæ in
Luc.1. Prologo nr̃o ait: Regali ex progenie Maria exorta refulget, quã-
doquidem hodie nata ſit ex regia ſtirpe Maria. Si enim, vel angelo
Iohan.16. teſte, in Iohannis Baptiſtæ natiuitate multos gaudere oportuit, ꝙ
is magnus erat futurus coram domino, qui & multos filiorum erat
Iohan.1. Iſrael ad dominum deum ipſorum conuerſurus. Si etiamnum, vel
Chriſto teſte, in genere ſit gaudẽdum, quia hõ aliquis in mundũ na
tus ſit, quàm putamus hodie gaudendum, non dico multis tantum,
ſed & toti orbi, in qua non homo quiuis & vulgaris non dico, qui
dominum prænuntiaſſet ſolum, & digito demõſtraſſet, & ad ipſum multos filiorum Iſrael
duntaxat conuertiſſet, ſed & homo talis ſit natus, cuius orbis non habuit, neq; vnquàm eſt
habiturus ſimilem. Maria. ſ. virgo & mater Deipara, vtpote talis ac tanta, quantam nec co-
Luc.1 gitare quiſquàm ſufficit, quæ & omni ſit laude maior & ſuperior. Ideoq; à patriarchis præ-
optata, à prophetis p̃dicata, in figuris præſignata, à patribus ſanctis diu multũq; expectata,
Ephe.2 ab angelo ſalutata, ab Euangeliſtis cõcelebrata, ab Apoſtolis deniq; adamata. Quis ẽ hic ho
mo? Maria (inquam) eſt Annæ filia, gratia plena, & inter omnes mulieres, vel ideo benedi-
cta, quod hæc ſola & vnica ſine exemplo fœcunda virginitate, natura mirante, ſtupeſcẽteq;
ratione, Ieſum Chriſtum, deum & hominem concepit, geſtauit, & peperit, vnde ſumus ſal-
uati, deoq; patri, qui filij iræ eramus & perditi, reconciliati & reſtituti. Cuius etenim homi-
nis nunquàm ſatis laudate natiuitas merito pręcipuum, & ſingulare gaudium præbet, qui to
tius extitit humanæ ſalutis exordium. B

¶ Et (vt quod ſentio aptius edicam) vt Mariæ virginis natiuitate perinde non minus no-
bis, q̃ in Ieſu Chriſti natalitio lætandũ eſt, vt quod ſine illa eſſe haud potuerit. Sicut eñ dies
ille optimus maximus ineffabili prouidentia ſuã antequàm homo fieret, hominem perituꝝ
Galat.4 diabolica machinatione præuidit, ſic etiam redemptionis humanæ cõſilium ante ſecula im-
menſæ pietatis ſuis viſceribus habuit. Et nõ ſolum quo pacto redimeret modũ & ordinem
Eſa. 7 in profundiſſima ſapientiæ ſuæ ratione conſtituit, verumetiam quando redimeret certũ tẽ-
Iohan.1 poris articulũ præfiniuit. Sicut ergo impoſſibile erat, vt humani generis redemptio fieret,
niſi dei filius de virgine naſceret, ita etiã neceſſariũ fuerat, vt virgo, ex qua verbũ caro fieret,
naſceret. Oportuit eñ prius ædificari domum, in quam deſcendens cœleſtis rex habere di-
Prouer.9 gnaretur hoſpitium, cuiuſmodi futura eſſe debebat diua virgo, nimiꝝ illa domus, quam ſibi
ſapientia, iuxta ſcripturã ædificauit: excindẽs ſibi columnas ſeptẽ, quæ ſeptẽ ſunt ſpũs ſancti
Pſal. 18 dona. ſ. ſapiẽtia, intellectus, conſilium, ſortitudo, ſcientia, pietas, atq; timor domini, q̃bus ea-
dem virgo veluti quibuſdam ſuffulta columnis extructa fuit, vnde quoq; Chriſto efficeret
thalamus, de quo idem vt ſponſus de thalamo ſuo proceſſurus eſſet.

¶ Eapropter fratres dilectiſſimi, ſi tanta hodie virgo taliſq; homo nobis omnibus eſt na- C
ta, agite hac in die toto animo ſpũaliter exultemus. Et hoc non quidem citra rationẽ. Quæ
3.Reg.8 eñ cæteris feſtiuitatibus eſt ſublimior temporꝝ antiquitate, nequaquam eſſe debet inferior
2.Para.3. dignitate. Si eñ Solomon quondam cũ Iſraelitico populo in dedicatione templi ex lapidi-
bus facti, tam copioſum & magnificum ſacrificium ſolẽniter celebrauit, quale quantũq; gau
dium Mariæ natiuitas populo Chriſtiano debuerit adferre, in cuius vterum velut ſanctiſſi-
mum templũ deus ipſe deſcendens, & humanam naturam ex ea ſuſcipere, & cum homini-
bus dignatus eſt viſibiliter habitare? Licet eñ in illud Solomonis tẽplũ deus deſcẽdiſſe cre-
dendus ſit, in hoc tamen rationabili ſanctuario, hoc eſt, in beatiſſimæ virginis vtero multo
mirabilius, multoq; felicius dignatus eſt manere pro nobis. Sane cõtulit deus ille omnipo-
tens illi templo Solomonis gloriam ſui aduentus, ſed nihil ex eo ſua natura ſuſcepit. In glo-
rioſiſſimæ vero virginis Mariæ vteꝝ nõ ſolũ dignatus eſt deſcendere, ſed ex eo etiã ſubſtã-
tiam noſtræ mortalitatis adſumere. Quãto ergo noſtri templi maior eſt dignitas, tãto glo-
rioſior matris domini debet eſſe ſolennitas, & quidem in hac die hodierna p̃cipue in qua in
hũc nata eſt mũdũ. Vnde vero & q̃uo hæc ipſa laudatiſſima virgo nata ſit (quod ſcire res &
tẽpus poſtulãt) cõpẽdioſiſſime eccleſia catholica exprimit hiſce verbis: Regali ex progenie
Maria, exorta refulget. Quæ quidem verba vt apertius intelligantur, neceſſum eſt, vt latius
exponantur, indeq; nonnulla altius repetantur ad hunc modum.

¶ Ego nimirum ſi à maiorib⁹ diuæ virginis exordiar, & exiſtimem in hac parte, qua ter- D
reni homines, humana tantum ſentientes, maxime cõmendantur extolli debere, nihil pro-
ſecto apud Homeꝝ, Heroum illoꝝ catalogum admirabimur, vtpote quod inibi ferme fa-
buloſa ſint omnia, quæ vero de glorioſiſſimæ virginis proſapia traduntur, veris (vt dici ſo-
let) ſint veriora, vtpote in eis repoſita ſcripturis, quæ à ſpũ veritatis inſpiratæ ſolui nequeãt.
Iohan.10. Hæc autem non obſcure ſubindicant, virginem Mariam nõ modo eẽ prognatam à proge-
genito-

genitoribus regibus, imo & natam de quatuordecim patriarchis, de quatuordecim regib⁹,
& de quatuordecim ducibus. Siquidẽ Matthæus Iesu Christi generationẽ secundũ carnem, Math. 1
describtur⁹ ab Abrahã incipit, à q̃ vsq; ad Dauid gñatiões quatuordecim fuisse, quatuorde-
cim. s. patriarcharũ iudicũ, à Dauide vsq; ad transmigrationẽ Babylonis pariter fuisse gene
ratiões quatuordecim. s. regũ, & à trãsmigratione Babylonis vsq; ad Christũ generationes
quoq; quatuordecim fuisse. s. sacerdotũ, ducũ, qa modo constat Matthæũ & Lucã ex prædi Luc. 3
ctis generationibus pinde nouissimũ fuisse natũ Ioseph, virũ Mariæ descripsisse, dubium nõ
erit, & ab eis generationibus patriarcharũ, regũ, & ducũ fuisse natã pariter Mariã. Quia enĩ
Ioseph fuerit Mariæ legalis vir idemq; cõiunx, necessum est, vt hæc ipsa cũ illo ex eadem tri
bu fuerit, quũ mulier non poterat nubere cũ viro alterius tribus, quãdo ad ipsam pertinebat
hæreditas paterna, vt in libro Numerorũ satis patet. Virgo autẽ Maria fuit vnica Ioachim Nume. 36
patri suo, & ideo cogebatur ex lege viro suę tribus nubere, propter quod & ipsa profecta ẽ, Luc. 2.
cum Ioseph in Bethleem ciuitatẽ Dauid vt profiteretur cum eo.

E ¶ Præterea, quũ scriptura passim testetur, Christũ ex semine Dauid duxisse originẽ & sit
ipse Christus nõ ex virili semine Ioseph, sed ex sola virgine Maria, illæso claustro pudoris,
enatus, haud potuit Maria haud esse nata de semine Dauid regis. Vnde & ecclesia permota
hodie canit: Natiuitas gloriosæ virginis Mariæ ex semine Abrahæ orta, de tribu Iuda, cla- Psal. 131.
ra ex stirpe Dauid. Christũ vero dici ex semine Dauid natũ, esseq; ex prosapia filiũ Dauidis
testat Psalmus, inquiẽs: Iurauit dñs Dauid veritatẽ & non frustrabitur eũ, de fructu ventris Luc. 1.
tui ponã sup sedẽ tuam. Id q̃d angelus deinde diuæ virgini exposuit, dicẽs: Ecce cõcipies in
vtero, & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesus. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabit.
Et dabit illi dñs deus sedẽ patris eius Dauidis, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & re- Matth. 22
gni eius nõ erit finis. Id q̃d Iudæi intelligentes, & Christũ tantũmodo purũ existimantes ho Luc. 20
minẽ, à Christo interrogati, qd ipsis videret de Christo, cuius esset filius. Responderũt: Da-
uid. Si nũc Chrũs est vere secundũ carnẽ Dauidis filius, is profecto nõ est, nisi medio aliquo,
sed nõ vtiq; medio Ioseph, à cuius minime semine, sed virginis Mariæ solius est natus, pro-
indeq; propter eã filius Dauid appellatus. Id verũ esse testat angelus, ad Ioseph, inquiens: Io
seph fili Dauid, noli timere, accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est Matth. 1
de spũ sancto est. Cui & Euangelista subscribẽs, pauloante dicit: Cũ esset desponsata mater
Iesu Maria Ioseph, anteq̃ conuenirẽt, inuenta est in vtero, habẽs de spũ sancto. Quia igitur
Christus vere secundum carnẽ filius est regis Dauid, sequit eum nõ posse talem esse nisi per
Mariã, à qua sola natus est. Hinc proculdubio motus Euãgelista post recensionẽ omniũ ge
nerationũ genealogiæ Christi tandẽ dicit: Iacob aũt genuit Ioseph, virũ Mariæ, de qua na-
tus est Iesus qui vocatur Chrũs, virũ Mariæ inquiẽs, vtiq; vt mõstraret propter Mariam &
Ioseph ipsum in genealogia positũ, quãdo alioqui non fuerit consuetudinis scripturarũ, vt in
generationibus, mulierũ ordo texeretur, deindeq; vt ostẽderet ex vna tribu fuisse Ioseph &
Mariam, de qua natus est Iesus, dominus & rex regum.

F ¶ Qui cũ sit solius Mariæ filius, dubitari nequit, quin omnis nobilitas Christi secundum Apoca. 19.
carnem habuerit ortum à virgine benedicta, & quoniam ipse sit vltimus rex, vltimus dux, 1. Timot. 6
vltimus patriarcha populi Iudaici, hoc totũ habuit à gloriosa virgine Maria. Est igitur cõ- Gene. 49
sequens, quũ omnẽ claritudinẽ, ingenuitatem, dignitatem & nobilitatẽ, quę in aliquo huma
no indiuiduo esse queat secundũ sanguinis orignẽ in hac fuisse virgine describant Euangeli-
stæ, oportere eorũ nos testimonio eam ipsam virginẽ præferre omnibus principibus, regi-
nis, imperatoribus, & ducibus orbis totius, cui in nobilitate nunq̃ par est inuenta, nec vnquã
inuenitur. Quare & huius memor catholica ecclesia hodie canit: Regali ex progenie Maria
exorta refulget.

G ¶ Sed quid (o fratres charissimi) illam nobilissimã virginẽ tantopere, & qdẽ non sine scri- Roma. 1
pturarũ exẽplis, & sane verissime ex eius nobilitate generis, & à generosis honoribus extol- Acto. 10.
lere conor, quũ illa vel sine istis propria virtute, quæ vera est nobilitas, satis superq; nobili-
tet, sitq; ob eã virtutũ nobilitatẽ vsqueadeo generosa, vt ecclesia hodie illã ex regali ortam
progenie refulgere dicat, nõ vtiq; quod solũ splendore regiæ stirpis, vnde prognata est, sed
quia singulariter virtutũ radijs toto terrarũ orbe, vti fulgẽtissimũ astrum refulgeat.

H ¶ Quomodo enĩ o beatissima virgo (vt ad te sermo meus rectius conuertatur) nõ debue Apoc. 12
ris, ac possis in cœlo & terra refulgere, quũ tu illa sis in Apocalypsi mulier, quæ amicta sole
lunam sub pedibus habet, & in capite eius coronam stellarũ duodecim. s. eximiarum virtu-
tum, quas nuper pro exiguitate mea in te esse splendidissimas, adserui.

I ¶ Qũo etiã nõ debueris ac potueris refulgere beatissima virgo Maria, quũ tu illa sis vni-
ca in Propheta regio regina q̃ adstas à dextris Iesu Chri solis iustitię, ĩ vestitu deaurato, cir Psal. 44
cũdata varietate, cui⁹ gloria ab int⁹ ĩ fimbrijs aureis, circũamicta varietatib⁹. s. virtutũ oim Malac. 4
singulariũ, post quã regi cęteræ virgines adferuntur, & nõ ante te, siqdẽ q̃ sis virgo virginũ
& oim

Ecci.50. & omnium prima,fulgésq; virtutum & gratiarum & prærogatiuarum cæteris tāto omnibus
ad omnia clarius,quanto hesperus cæteris stellis quātoq; sol astris alijs minoribus.

¶Quandoquidem tu es illa clarissima virgo,quæ virtutum morumq; nobilitate non alis- K
ter fulges inter alias virgines q̃ stella matutina in medio nebulæ, nimirum quæ profecto vere
stella es illa matutina,quæ nobis in tenebris peccatorum & scelerum carceribus misere deten-
tis,& plane quolibet morbo ægris & infirmis Iesum Christū,diem illū iustitiæ,totiusq; cō-
solationis & redemptionis post elapsam noctem tuo virgineo partu exemplo retulisti, vt-
pote primum exorta ex regali progenie refulgēs. Cuius vel solius rei gratia,palmam præ-
fers singularem,nec in terris habes parē,nec in cœli curia,& vt sol luna lucidior,& luna side-
ribus,sic tu clarissima virgo dignior vniuersis creaturis.

¶Non igit̃ o excellētissima virgo aliqd te satis dignū dicere possum, & si mihi centū lin- L
Vergil. 6 guæ resonarēt,oráq; cētū,eētq; mihi ferrea vox,oēs tuarum virtutū,& laudū species recensere
Psal.8 nō sufficerem. Siqdē tua magnificentia sup cœlos eleuata sit & sup omnem terrā gloria tua,
ita nimirum vt nec in cœlo inueniatur creatura,quæ tuam digne laudare queat magnificētiā,
Apoc.5 nec in terra sit,q̃ gloriā tuā exprimere valeat. Nec in cœlo,nec in terra inuentus est dignus,
aperire librum prærogatiuarum tuarum,& digne soluere septem signacula eius. Quis enī(obse-
cro) vnq̃ enarrabit plenitudinem gratiæ tuæ,qs aduentum spūs sancti in te,virtutis altissimi
obumbrationē,verbi conceptionem, quod sine grauamine grauida,sine dolore puerpera,
virgo casta,pariter & mater fœcunda concepisti & peperisti.

¶Sane Maria,multi viri diuitiarum,de ciuitate dñi virtutū,miserūt manus suas ad hæc for- M
tia,& tū diuitiarum harum altitudinē ad liquidū cōprehēdere nō potuerūt,qa inuestigabiles viæ
Esaie. 83 istæ & inscrutabilia vniuersa. Conati sunt & non datū est vltra,dum adhuc ordirent,succisi
sunt. Et si tñ digne nullus,qsq; tñ pro virtbus est conatus. Quorum tu animū & volūtatē prō-
ptā pro facultate,vt es clemēs & benigna,pie semp suscepisti. Suscipe igit̃ o virgo Maria,re-
gina cœli & terræ,nostri oīm in tuas laudes conatus, nō sinas pone cōtra faciē nostrā aliqd
vindictæ,quod in gloriā tuā indigne irrupimus,da quæso deinceps te digne laudari. Cuius
Vergilius. semp honos,nomēq; tuū laudesq; manebūt,in freta dū fluuij currūt, dū mōtibus vmbræ lu-
strabūt,cōuexa polus,dū sydera pascet. Da (inquā) o virgo regia,vt tecū angelis & archāge-
lis,cū thronis & dominationibus,cūq; oīni militia cœlestis exercitus,hymnū gloriæ sancto-
sanctorum canere possimus,vt quēadmodū illi gloriā,tibi hymnū gloriæ canamus, vt & tecū
aliquādo p̃sentes in ea ipsa gloria ad quā nata es gaudere valeamus,q nūc absentes gaudem⁹
quo hodie regali ex progenie exorta tuis virtutibus in cœlo & terra refulges.

HOMIL. XCI. DE EO QVOD SCPIPTVM EST, de præsentatione diuæ deiparæ virginis Mariæ.

In ferijs præsentationis diuæ deiparæ virginis Mariæ.



Icet fortassis pauci ante me in hac die festa præsentatiōis diuæ vir- A
ginis Mariæ ad populū sint cōcionati, tum qa de ea præsentatione
fortassis pauca ad posteritatē scriptis sunt tradita, tum qa hæc ipsa
præsentationis diuæ virginis festiuitas admodū sit recens & noua,
& proinde vel vulgi opinione,& maxime hęreticorum hoc minus
colenda,qua recentior. Cæterum,qa nos eius gloriosissimæ diuæ vir-
ginis ita velimus esse deditissimi p̃cones,vt nō mō septē in eius lau-
dem annuos dies,sed & si fieri posset,totum tempus nostrum ex a-
nimo cupiamus collocare,decreuimus,quoad lingua sit suo officio
vsura,ac quoad mens fuerit sana in corpore sano,nullā plane eiusdē D
virginis solennitatem nos prætermissuros,quo non aliquid in ipsius laudem pro virili simus
pro loco & tempore deprompturi. Nec nos hac in parte expediet.

¶Primo,qp de qbusdā eiusdem virginis festiuitatibus parum aut nihil in euāgelicis sit literis B
traditū,qñquidē ad hoc respōdendū duximus. Nihil referre,& si nihil de salutari atq; nō mi-
nus mirāda diuæ virginis p̃sentatione apto literis euāgelicis scriptū sit, at sufficere, q̃d de ea
nobis ecclesia catholica tradiderit,q̃ in ijs quæ ad fidē adeóq; ad hois salutē pertinēt, parē cū H
apostolicis scriptis authoritatē habeat,& qdem adeo,vt eatenus euangelio, q̃d nobis Euan-
gelistæ literis mādarūt,credendū sit,quatenus illud ipsa approbauit. Priusquàm enī diuulga-
rent euāgelia,& prius etiam q̃ Matthæus,q primus omniū suā de Chr̄o hebraicis literis hi-
storiā cōtexuit,ad scribendū animū appulisset,fides ipsa inter Chr̄ianos feruētissime splēde- I
bat,adeo q̃d multitudinis credentiū,cor esset vnum & aīa vna. Et virtute magna redderent
Acto.4. Apostoli testimoniū resurrectiōis Iesu Chr̄i dñi nostri,adeóq; in ipsis,inquā,feruebat fides
Acto.5. vt gaudētes irēt à cōspectu concilij,quoniā digni habiti essent pro noīe Iesu cōtumeliā pati.

nec

nec cessarent omni die in tẽplo & circa domos docentes & euangelizantes Iesum Christũ crescente interim supra modũ multitudine credentiũ, nullo adhuc euangelio scripto edo cta, sed apostolorum verbis tantũmodo, quæ signis plerũque semp corroborabaut, fidẽ habente. Math. vlt

C ¶At ob id prius ecclesiæ credebat q̃ euãgelio scripto, q̃d nullũ tũc erat, id q̃d & apud antiq̃s p̃res obseruabat. Nãq; (vt cõstat) antequã Moses res gestas à mũdi Genesi exordirẽt in Aoel, Noe, Abrahã, & reliq̃s istis, fides sancta & immaculata p̃mãserat. Cæterũ euãgeliũ, q̃d & ab ecclesia ipsa p̃batũ, roboratũq; est, sua pustea autoritate cõfirmat ecclesiã, eiusq; nobis dignitatẽ ostẽdit. Nihil eñ de Chri factis, de veteris test. firmitate nouim⁹, nisi euãgelicę legis beneficio, in q̃ vtiq; cõtinet sancta illa scriptura, q̃ solui nequit, vtpote à Chro per spm̃ sanctũ tradita, q̃ est veritas ipsa, nõ potẽs mẽtiri, q̃ & ipse suã ecclesiã, in qua mã surus est vsq; ad cõsumatiuñẽ seculi, in oĩbus q̃ fidei sunt & salutis nõ p̃mittit errare, nimirũ, qui p̃pterea post suã ascensionẽ spm̃ suũ, spm̃ veritatis nõ modo apostolis, in q̃bus tũc ecclesia erat Chriana, sed & toti suæ posteræ ecclesiæ misit, vt eẽt eã omnẽ veritatẽ doctu rus, & illi q̃ vẽtura essent annũciaturus. Cui p̃pterea suæ ecclesiæ à spũ sancto edoctæ non voluit minus ac sibip̃si credendũ. Nã quicq̃d spũs sctũs illã p̃docet, idẽ vnà p̃docet Chrs à q̃ ille, simulq; à patre, q̃d docet intus, accepit, Chro dicẽte: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Cũ aũt venerit ille spũs veritatis, ille docebit vos oẽm veritatẽ. Nõ eñ loquet à semetipso, sed q̃cũq; audiet, loquet, qa de meo accipiet & annunciabit vobis. Et ideo idẽ alias ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Iohan. 6 Iohan. 14 Math. vlt Iohã. 14. 16 Iohan. 16 Luc. 10

D ¶Ex ijs modo sequit, Si in nouo testamẽto credendũ necessario est euãgelio Chri, credere necessariũ & decretis ecclesiæ, q̃ euãgeliũ probauit, & subsequit, credendũ & oĩa illa quæ ipsa nobis credẽda proponit, & vt credita digna approbauit, ex quorũ pariter numero est ipsa, q̃ de diuæ virginis scribitur p̃sentatione historia, nõ multo post narranda.

E ¶Ideoq; frẽs charissimi, nõ est, q̃ minus hãc diẽ p̃sentationis gloriosæ virginis celebraturi simus, qa de ea nihil in euãgelio tradatur, quũ alioqui nec sanctorũ apostolorum festiuitates nobis erũt solennes, quorũ plerorũq; nuda dũtaxat fit mentio in euãgelio, vtpote q̃rum vita ab alijs descripta est, & quia ab ecclesia probata, ideo credi seruariq; digna.

F ¶Cæterũ, obijciũt rursus alij, & maxime hæretici, q̃ hæc sit p̃sentationis Mariæ festiuitas paulo recẽtior, vtpote in cuius vigilia vix ante q̃draginta annos vel paulo minus eius nuptiæ sint celebratę, & proinde nõ tãtopere colẽda, nec tãti, q̃ti aliæ festiuitates, habẽda

G Quib⁹ occurrẽdũ ẽ ad hũc modũ. ¶Hic nõ agi, neq; de vino, neq; de caseo, neq; de moneta, in q̃bus, vt plurimũ, vetustas attẽdit, q̃uis nec eædẽ res debuerint abijci p̃pter nouitatẽ, q̃m & hę aliq̃n veterascẽt, & veteres fieri possint. At e diuerso, vt eiusmodi blaterones suis proprijs ac stultis opinationibus cõfundamus, si (quæso) nihil noui velint vt quãlibet bonũ recipiendũ, cur ipsi suã nobis p̃tã & hæresim vsq; adeo nuuã moliant obtrudere, vt eã natura & ratio adhæreat præ nouitate, quã continet contra deũ & huminẽ, malitiæ, vt quæ sit in multis contra naturã & rationem, atq; contra naturæ, rationisq; creatorem.

H ¶Præterea, si q̃d nouiter institutũ est aut instituat, reijciendũ duxerint, nihil plane erit, q̃ sumus saluãdi, q̃d merito suscipiamus, quũ omnia q̃ nunc vetera sunt, aliq̃n fuere noua. ¶Nõne ad eũ modũ Chrs ipse nõ esset à nobis recipiẽdus, qa vsq; adeo nouus, vt de ipso ad vniuersus hoĩes propheta olim p̃cinuerit, dicens: Quia creauit dñs nuuũ sup terrã, Hiere. 31

I fœmina circũdabit virũ. ¶Sic q̃q; nec nouũ test. fuisset assumendũ, quod & ipsum nouũ est ac fuit, de quo Chrs ad discipulos & ad oẽs prædicatores ait: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorũ, similis est homini patrisfamilias, q̃ profert de thesauro suo noua & vetera, nimirũ per nuua intelligẽs nouũ testamentũ, quod vnà cũ veteri test. p̃dicatures de thesauro spũs sancti populo in salutẽ proferre debent, quos vtiq; dñs ipse nuui testamẽti, sicut olim apostolos, ministros dedit. ¶Quo sane pacto neq; sancti apostoli fuissent recipiendi, vtpote nuui testa. p̃dicatores, veluti de se & alijs apostolis Paulus ait: Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Math. 13 2. Cor. 3

K ¶Adde demũ, neq; nobis p̃ceptũ charitatis, q̃d maximũ est, nobis esset ad eũ modũ recipiendũ, vtpote qa nouũ, de quo dñs: Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicẽ. Sic & euãgelista ait: Iterũ mandatũ nouũ scribo vobis, q̃d verũ est & in ipso & in vobis, quia tenebræ transierunt, & verũ lumen iam lucet. Iohan. 13 1. Iohan. 2

¶Sed quales, obsecro, vel quorũ similes iudicabitis eiusmodi hoĩes, q̃ nulla vera fulsulti ratione audent populo tantopere imponere, dicẽtes: Quid sibi illa cũ noua illa solennitate? Q. d. Num seruanda est, quũ vetus nõ sit? Sane prorsus sunt similes eorũ, qui apostolũ, olim Iesum & resurrectiuñẽ annunciantẽ, dicebãt esse nouorũ dæmoniorũ denunciatorẽ ad eũ dicẽtes: Possumus scire, q̃ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? Noua eñ quædã infers auribus nostris? Volumus ergo scire, quidnã velint hæc esse? Sunt & similes Iudæorum, qui videntes olim Christum tam stupenda loqui & facere dicebant, Quidnam est Acto. 17 Marc. 1

X hoc?

hoc? Quænã doctrina hæc noua? Siquidē & ipsi arbitrabantur propterea Christi doctri-
nam vel quālibet sanctā non fore suscipiendā, quia noua, vt & hæretici censent, nullā san-
ctorum esse seruandā solennitatē, quæ nouiter sit instituta, supine ignorantes.
¶Primo, nihil plane eo pacto nobis esse seruandū vel quamlibet bonū, & ad salutē tam L
animæ ꝗ corporis conducens, quandoquidē nihil sit, quod nō aliquid fuerit nouum.
¶Secundo, si sanctis illis apostolis, martyribus, & hoc genus nostris in ecclesia maiori-
bus tam fuisset inuisa nouitas ꝗ istis schismaticis, quid nunc esset vetus, aut quid habere-
mus, quo salus nobis & beatitudo pararetur?
¶Tertio, qa facile q̄d nūc est nouū, aliqn̄ vetus fiet ac bene sapiet, iuxta scripturā dicen
tem: Vinū nouū, amicus nouus veteeascat, & cum suauitate bibes illud.
Ecci.9 ¶Quarto nihil vel q̄libet nouū eē spernēdū, q̄d deuotionē laudis ac veneratiōis erga deū
& sanctos pmouet, imo ꝙ eiusmodi sit, semp instituēdū, vt semp magis ac magis deuotio
laudādi deū & ei⁹ diuos excrescat & augeat, vtpote ꝙ deus ipse nunꝗ satis possit laudari,
Ecci.43 scriptura dicēte: Multa dicim⁹ & deficim⁹ verbis, cōsumatio aūt sermonū ipse ē. Glorificā
tes dn̄m, quātūcūq̧ potuerim⁹, supmanebit adhuc, & admirabilis magnificētia ipsius. Bn̄
dicētes dn̄m, exaltate illū q̄tū potestis, maior est eñ oñi laude, cuius sane causa nō modo
sancta religio cœpit, sed & q̄tidie, tū p deuotas cærimonias aucta est, & p nouas q̄q̧ solē-
nes dies sanctoꝝ, vtpote ꝙ in ijs deus ipse Opt. Max. rite ac vere veneeeē & laudeē, quū
Psal.150 ipsi venerant & laudant, Psalmista in hæc verba hortāte: Laudate dn̄m in sanctis eius.
¶Quod si res ita habet, quē obsecro sanctoꝝ iustius suis statis diebus festis veneremur M
Maria virgine, vt in qua deus maxime laudeē ac veneretur? quū ipsā iam veneramur, id q̄d
plerią eius inimici pfidissimi, adeoq̧ oīm sanctoꝝ pditissimi hostes negarūt atq̧ indura
to adhuc corde negāt, dicētes, nō esse sanctos veneeādos, sed solū deū, vnde & p quē oīa,
cui & solū veneratio debeat: nimiꝝ falso arbitrātes, mox idē esse adorationē & veneratio
nem, quāuis nec sint semp idololatræ impij, qui adorēt, nec sint impij, q sanctos dei, & ma
xime diuā virginē & suis singulariter diebus venerant. Siquidē de laude & veneeatione
sanctoꝝ scriptura palam horteē, inquiēs: Laudemus viros gloriosos & parētes nostros
Ecci.44 in generatione sua. Corpora ipsoꝝ in pace sepulta sunt, & nomen eoꝝ viuet in genera-
tione & geneeationē. Sapientiā ipsoꝝ narrent populi, & laudē eoꝝ nunciet ecclesia. N
¶Adorationē vero etiā licite haberi posse sanctis dei & nō solū deo, hinc intelligi queat
Gene.27 ꝙ ante illos pleriq̧ adorasse legunē in sceiptura. Nōne Isaac pater iā grandæuus & spiri-
tu sancto plenus benedicēs Iacob, ait: Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ
Gene.37 abundantiā frumēti & olei, & seruiāt tibi populi & adorēt te tribus. Nōne quoq̧ sanctus il
Gene.42 le Ioseph p somniū vidit se quasi à sole & luna & vndecim stellis, id est, à patre & matre
atq̧ fratribus suis adorari, id quod deinde verū fieri cœpit, quādo à fratribus per inuidiā
venditus in regno Aegypti, secundus post regem factus est?
¶Quid modo dicent hæretici? aut quid de ijs & ad eos dicemus, nisi.
Matth.22 ¶Peimo, q̄d ad Iudæos ipse Chrs: Erratis nesciētes scripturas: Sūt eñ proculdubio de
Marc.9 ijs, de qbus Petrus adfirmat, q indocti & instabiles ad suā ipsoꝝ pditionē scripturas de-
2.Pet.3 prauāt. Quia igiē isti totius nūc erroris disseminatores vsq̧ adeo suā deo Max. gloriā per
eius sctōꝝ eleuationē in falsa & ignaua & supina inteep̄tatiōe scripturaꝝ, & hac p̄sertim
parte supprimūt necessariū oīno esse arbitror, veeitatē ipsis ex lumine scripturæ aperire.
¶Sciendū igiē, sacri honoris, siue pij cultus, quē vno vocabulo adorationē dicimus &
venerationē, tres esse species. s. latriā, hyperduliā & duliā. Latria adoratio seu veneratio O
est qua nos ita aliquid oībus modis honoramus, vt in ipso & ab ipso nos totaliter eē fatea
mur, & sine ipso tanꝗ ab eo quod summū est, eē nihil possit, cuiusmodi ē solus deus, cui so
li talis latria adoratio debeē, quo modo vulgariter dicimus, adoeare anbetten, intellige, vt
Eccl.43 creatorē, vt cōseruatorē nostrū, qualis vtiq̧ est solus deus, cui soli summus debeē honor, q
potest vel exprimi vel excogitari vel vltra, vtpote cui nos oēs creatuεæ in cœlo & terra
Acto.17 summæ obligatiōis vinculo adstringimur, quū solus ipse bonitate ad se, omniq̧ bn̄ficētia
2.Cor.3 ad creaturas sit eminētissimus, à quo & in q̄ oīs est nostra sufficiētia mediate & immedia
1.Cor.4 te, à quo quicq̄d sumus & habemus, recepimus, q summe est adorādus, qa summus & ipse
est. Hinc lex: Dn̄m deū tuū adorabis, & illi soli seruies, q̄d dn̄s repetens ait ad diabolū, se,
Deotee.6 quū esset creatura adorari cupientē: Vade satana, Scriptū est, dn̄m deū tuū adorabis, & il-
Matth.4 li soli seruies. Quia igiē deus summus est, ideo summe venerandus est, quod faciemus, vbi
Marc.1. eū dilexerimus iuxta dn̄i p̄ceptū: Diliges dn̄m deū tuum ex corde tuo, & ex tota mēte tua
Deutero.6 & ex omnibus viribus tuis. Q. d. Soli deo, quod potes totū amoris & honoris pro virib⁹
Matth.22 exhibe. Quare? Quia in eo naturæ eminentissimæ est perfectio & beneficētiæ immēsitas,
Marci.2 quæ ambo nobis p̄stitit & declarauit, quando ille per suā omnipotētiam, quæ est veritas
Luc.10 eminētissima ex nihilo nos creauit, per suā vero beneficētiā cōseruat & auget, condonat
nobis

nobis errata nſa,ſimulq́ felicitatē parat timētibus ſe,dignus eſt proinde quē ſumme cola mus & adorem⁹,nei ogrsti ſimus, q̄d peſſimū iniuſtitiæ genus ē. Quare & recti iudicij mo re & grati animi ſtudio ſolus deus latris colēdus ē à nobis.i.pura mēte,ſummo in honore

P habēdus,& amore ſctō ſup oīa eſt ꝓſequēdus,qs ſolus ē eminētiſſimus & bñficētiſſimus.

¶Quē ſane honorē ſibi rectè exhibemus,quū humili corde ac rectè eū adorabimus,di- Matth.6
cētes:Pater noſter,q es in cœlis,ſanctificet nomē tuū.Adueniat regnū tuū,fiat voluntas Luc.11.
tua ſicut in cœlo & in terra.Quibus ſane verbis ampliſſimū diuæ maieſtatis celſitudiē ꝓ fitemur.Cuius inde bñficētiæ immēſitatē pdicamus & imploramus,cū dicim⁹:Panē nr̄m q̄tidianū da nobis hodie.Deinde humanā tenuitatē noſtrā & debilitatē recognoſcim⁹,ve niā erratis p hæc verba poſtulātes:Dimitte nobis debita nſa,ſicut & nos dimittimus debi toribus noſtris.Vt q̄ nō erremus,deinde imploramus auxiliū,dicētes:Et ne nos inducas in tentatiōnē,ſed libera nos à malo.Hæc igitur dñica oratio totā latriæ ratiōnē cōplectēa ad ſolū deū,non ad aliquē eſt habenda ſanctoꝝ,vtpote quoꝝ veneratio vocatur.

Q ¶Dulia,& eſt pius q̄dā honor creaturæ exhibitus cū patrocinij imploratiōe apud deū, pro cōſequēda facilius gra,cui qa hæc ipſa creatura deo chara extitit,q illā tātopere,tāq̄ multifariā decorauerit,tū eū venerari dicimur,cū illius virtutes cū quadā admiratiōe recē ſemus,eāq̄ vt cæteris felicitate,virtute & gr̄s ſuperiorē extollimus,& ſubinde humiles ip ſos vtī cōpetitores imploramus,ū q̄d ſimplex adoratio dicit,quo modo Iſaac pater bñ- dicendo dixit fore,vt tribus ipſæ Iacob eſſēt adoraturæ,& ante eū genua incuruaturi fi- lij matris eius.Sic Iacob ipſe,Lya,Rachel & Ioſeph,cū famulis & famulabus ſuī venientē Gene.33
Eſau incuruati,adoraſſe legunt.Sic & fratres olim Ioſeph pro frumento in Aegyptū ve- Gene.42
nientes,ipſum Ioſeph adorauerunt.i.incuruati ante Ioſeph,precati ſunt & venerati.

R ¶Nec intereſt,qbus in ea veneratiōe vtamur vel modis,vel cærimonijs,vt ſunt vel ge nuflexiones,vel ad pectus pcuſſiones,vel manuū eleuatiōes,vel oculoꝝ ſubmiſſiones,vel ꝑces,vel cātica,vel id genus aliæ cærimoniæ,q̄ niſi ſiunt ipſius cordis ac deuotiōis & amo ris vel adfectus ſigna,q̄ prorſus nihil impietatis habēt,etiā in quibuſuis hoībus ac ſanctis honorādis,modo cordis ipſa & fidei profeſſio ſit recta,ita vt deū veneremur ſolū vti eū, q ſummus eſt,à q̄ vt primo datore,omne datū optimū & omne donū pfectū de ſur ſum eſt.Sanctos vero ipſos,vt eos veneremur,vnde veluti ab aduocatis vel patronis & ꝓcura toribus nobis poſſit impetrari gr̄a à deo,vnde ipſi eſt,quicq̄d habuere vel habēt,nō autē Iacob.1
q̄ū ipſi natura eſſent dn̄i,& p ſe oīa haberēt vel darēt,quēadmodū Cornelius adorare & ve nerari voluit Petrū,q ipm̄ procedentē eleuās,inq̄t:Surge,& egoipſe hō ſum.Ita & ad Io hannē in Apocal.adorare volentē,angelus dicebat:Vide ne feceris,cōſeruus tuus ſum,& Acto.10.
fratrū tuoꝝ habētiū teſtimoniū Ieſu,Deū adora.Ex qbus cōſtat Corneliū & Iohānē cre Apoca.19
aturas(quis ignorāter)adorare voluiſſe,illis honorē diuinū tributuri,non humanū,qualē certe nō modo ſanctis viuētibus in terra,ſed & in cœlo habitātibus debemus,Apſo dicē Roma.13
te:Reddite oībus debita:cui tributū,tributū,cui vectigal,vectigal:cui timorē,timorē,cui honorē,honorē.Et idē paulo ante:Charitatē fraternitatis(ait)inuicē diligentes,honore Romani.12
inuicē pueniētes.Sic ſcriptura ait:Corā cano capite ſurge,& honora perſonam ſenis. Leui.19

S ¶Si igit viuētes ꝓpter venerabilē ſenectā & virtutē,& ob hoc gen⁹ cauſam venerari nō mō poſſum⁹,ſed & debemus,q̄to magis ipſos ī cœlo ſctōs,qbus nulla eſt macula,& maxi me diuā virginē etiā hyperdulice honorare debem⁹,qm̄ ea ſit,q̄ ſupgreſſa ſit cūctos,vtpote ſola inter mulieres bñdicta & plena gr̄æ.Eſt aūt illa ſummope inter oēs ſctōs venerāda;

¶Quod eam vt maximam miniſtram in cœlo honorificet deus,Chriſto dicente:Si qa mihi miniſtrauerit,honorificabit eum pater meus,qui eſt in cœlis.

¶Secundo,propter pœnā quæ manet non honorificantibus ipſam,vt qui & deum nō 1.Reg.2
honorificent,ſed inhonorent,contra quos ſcriptura in dei perſona:Quicunq̄ honorifi- cauerit me,glorificabo eum,qui contemnūt me,erunt ignobiles.

¶Tertio,q̄ in ea deū ipm̄,adeoq̄ vnigenitū filiū ipſius Ieſum Chr̄m honoramus,qm̄ dei Opt.in ea diuinā poteſtatē,miraculoſam operationē,ſapiam,bonitatemq̄ memores extollimus & pdicamus,quū quicq̄ din illa ſit ab eo p grām deriuarit. Sic Apſus ad Gala Gala.1
tas ſcribēs de credētibus in Chriſtū eccleſijs Iudææ ait:Et in me clarificabant deū,q̄ſiqui dē honor ſanctis exhibitus,in ipſoꝝ nō ſubſiſtit,nec terminat venerationē,ſed cōſequen- ter in deū refert,tendit & proficiſcit,tanq̄ vltimū ſcopū & finē,vt eo honore nō tantum ſancti,ſed & deus in ſanctis honoret,& pclara,qua ſancti extollunt,laude,nō ipſi ſolī,ſed deus etiam in ipſis laudetur,ad hoc propheta hortante:Laudate dn̄m in ſanctis eius.

T ¶Quarto,ob ipſius maximas virtutes,q̄ honorē vti mercedē ſuā poſtulāt à nobis,qs & Hebr.13
venerādo ſequi debem⁹.Ad quē modū apl̄us monet,dicēs:Memētote ꝓpoſitoꝝ veſtro- rū,qui vobis locuti ſunt verbū dei,quoꝝ intuentes exitū,cōuerſationis imitamini fidem.

¶Quātis vero,ac q̄ multis illa ſplenduerit virtutibus,propter quas illa ꝓpter deū ho-

X 2 norāda

norandа est ſuo loco,fauente deo,abunde videbimus,tamen agnoſcemus ab eius infan-
tia virtuoſiſſimis,quæ hodie ab eccleſia pie memorata,ad hunc ſe habet modum.

¶Ioachim & Anna parẽtes tã ſanguine q̃ virtute & ſingulari pietate nobiliſſimi cõiuges
Pſal.113. quũ eſſent ſteriles,& ſcirẽt illã ſterilitatẽ à ſolo deo amoueri poſſe,vtpote q ſolus ſit(ꝓphe
ra teſte)qui facit,vt ſterilis pariat,& diu orba,multitudine filioꝝ mater effecta glorietur,
cœperunt aſſidua oratione & deuoto corde orare,vt ille ſub ea quidẽ conditione ſibi da-
ret prolẽ,qm̃ ipſam deo ipſi eſſent oblaturi & eius ſeruitio mãcipaturi,voto ad hoc addi-
Pſal.144 to.Quod quũ à deo,q inuocãtibus eũ in veritate prope eſt,impetraſſent,cœpiſſentq́ꝫ pri
mogenitã filiam Mariam,mox memores ſcripturæ legis,quæ ait:Si quis viroꝝ votũ dño
Nume.30 vouerit,aut ſe cõſtrinxerit iuramẽto,non faciet irritum verbũ ſuũ,ſed omne q̃d promiſit,
Pſal.75 implebit.Et aliàs:Vouete & reddite dño deo veſtro.Et aliàs:Si quid vouiſti deo,ne mo-
Eccleſ.5 reris reddere,ſtatim filiã ſuã iam trimã tẽplo dei obtulerũt,vt deo eſſet mãcipata. Quod
ſane adeo nõ modo nõ eſt reluctata filiola parua,& adhuc pene per ætatẽ infans,vt ad tẽ
plũ portata in nouiſſimo graduũ,quoꝝ quindecim erant,conſtituta,cunctos gradus ſine
alicuius adiutorio ita cõſcendit,ac ſi iã ætatis perfectæ eſſet,ibiq́ꝫ ꝑfecta oblatione cũ aliis
virginibus in tẽplo redeuntibus domũ parẽtibus permanſit,ac quotidie ita in omni ſancti
tate proficiẽs,vt eadẽ de ipſa quæ de filio ſuo deinde dicebantur, verba merito dici poſ-
Luce.2 ſint:Puer aũt creſcebat & cõfortabatur plenus ſapientia,& gratia dei erat in illo.

¶O ſancta oblatio,q̃ virgũcula Maria à parẽtibus in tẽplũ deo ẽ oblata.Vere hæc fuit V
Roma.12 illa hoſtia,de q̃ Aplus,in q̃ ſe ſanctiſſima virgo hoſtiã viuentẽ,ſanctã,deo placentẽ exhi-
buit,vtpote rõnabile obſequiũ ſuũ,quæ vtiq́ꝫ ſe nõ cõformauit huic ſeculo,probans, quæ
eſſet volũtas dei bona & bene placẽs & perfecta,diu noctuq́ꝫ deo & diuinis adhærens.

¶O ſubiectiſſ.obediẽtia,q̃ ſe virgo ſancta,mr̃ dei futura ſuis parẽtibus ita dedidit,vt nõ X
Luca modo deo ad tp̃s eſſe vellet mãcipata,ſed & ꝑpetuã ſuã deo virginitatẽ deuouit,viro nun
quam nuptura.Nimirũ hæc eſt illa obediẽtia, quæ(teſte ſcriptura) melior eſt q̃ victimæ.
1.Regũ.15 ¶O mira ſapiẽtia,q̃ in tantilla puella ſupra naturã fulſit,qñ ipſa ab ineunte ætate deum
timere cœpit ac venerari.Id q̃d eſt initium ſapientiæ,ſicut ſuo loco abunde docebimus.
Pſal.110 ¶O felix & inſignis infantia,per quã(vt ait propheta)de⁹ ſuã laudẽ fecit. O mira redũ Y
Prouer.1. dantia gratiæ,datæ virgini,qua cuncta ſunt fragrãtia & grata ſummo numini,mens,lin-
Pſal.8 gua,caro,ſpiritus,ſenſus,affectus,actio electã monſtrant,cœlitus in matrẽ dei filio.

¶Quis igitur,fratres chariſſimi,diuã virginem nõ præ cæteris veneretur,quæ vel mox Z
ab ineunte ætate gratia & virtute,iuxta ſcripturã,cunctas ſupergreſſa eſt,quæ nec ſimilẽ
habuit,nec vnq̃ habitura parem? Quis igitur tam glorioſam virginẽ non laudet,quũ cer-
tum ſit,totã eius laudem in deũ referri,qui illã ſibi ſua gratia tam laudabilem fecit? Ita ni
Prouer.31. mirũ decuit eã eſſe virginem in omnibus mirabilẽ & ſanctam,quæ eam eſſet ſine exemplo
paritura,portatura,alitura,ſuiſq́ꝫ vlnis & manibus ſtrictura & tentura, qui in cunctis &
ſupra omnes adeo eſt mirabilis,vt à nullo poſſit excogitari.

¶Nũ decuiſſet,frẽs,hoc nouũ,vt dictũ ꝑſentationis feſtũ obmitti,q̃d tantã nobis dat ad A
omnẽ deuotionẽ anſam & cauſam? Nũ obmiſerimus hanc tã pulchrã de ꝑſentione diuæ
virginis hiſtoriã,q̃ in Biblijs nõ cõtinetur? Nunq̃d non credamus eccleſiæ illã approbã-
ti,q̃ & cauſa eſt,vt ſine cõtrouerſia euãgelio(vt dictũ eſt)credimus? Quis nõ hodie Mariã
ob tã inclytas virtutes veneretur,qñ & virtus perinde ſuã mercedẽ petat laudẽ? Quis nõ,
inquam,hodie glorioſam illãm & benedictã puellam magnopere veneretur,quæ tantum
nobis hodie exemplũ ad imitandũ exhibuit,& quid nos ageremus,docuit? Quid docuit?

¶Primo,vt & nos ſicut ipſa,deo offeramus hoſtiam viuentem, ſanctam,deo placen-
tem in omnibus ppria operibus.

¶Secũdo,vt & ipſi adeo ſeruaremus & impleremus q̃ deo ſunt dicata vota,vt nõ modo B
Roma.12 quæ ipſi vouimus,ſed & quæ noſtri parẽtes propter nos vouerũt, ſtudioſe impleremus.

¶Tertio,vt & ipſi inter oĩa mox à principio timeremus deũ,q̃d vere ſapiẽtiæ eſt initiũ D
vtq́ꝫ benefaceremus ilico in pueritia,nõ expectantes in finẽ,quãdo nõ ipſi deſerimus pec
cata,ſed peccata nos deſerunt,quod vereor parui vel nullius ſit futuri meriti.

¶Quarto,vt ipſi gratiam nobis à deo collatã in dei laudẽ collocaremus,vt ipſa collo- C
cauit.Hæc & hoc genus alia ſaluberima dogmata feſtiuitas hæc nona perdocet,hæc ad-
monet virginis veneratio.Recolamus proinde virginis inclyta & miranda laudũ præco
nia,infantilis ætatis merita & grata virtutis primordia,vt quemadmodũ ipſa deo fuit ꝑ-
ſentata,ſic & nos illi hic per gratiam,& alibi per gloriam præſentemur.

HOMI. XCII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Nume.21.Qui percuſſus,aſpexit eum,viuet.
In ferijs exaltationis ſanctæ crucis.

Qui

A VI rem, quæ nõ vnius est significationis, vtiliter tractare satagũt eã in suas
dissecãt partes, quo pateflat, qua parte dispensatio suscipiať, quũ alioqui res
multiplex, nõ diuisa, certo sit paritura cõfusionẽ, id q̃d maxime vsu venire
solet ijs, q sacras literas indiscriminatim, vt hac tẽpestate plericg factitarũt,
citra'cg aliquã diuisionẽ tractaut. Quod ne nobis hodie eueniat tractaturis
de negotio crucis sanctæ, in rem fore speramus, vt primo, qd sit crux dica-
mus, vt sua deinde vobis oĩbus futura sit certior vtilitas & salus. Primo igiť crux est figu-
ra vel ex ligno vel ex lapide vel quauis alia materia ad modũ literæ Hebraicæ T, quæ He
bræis Tan diciť, Græcis τοῦ Taf, Latinis pene te, quæ duo facit brachia, vtpote extremi
tates in trãsuersum porractas, deducta, quã Latini furcã & patibulũ appeliãt, q̃ dãnati fi-
guntur, à similitudine furcæ seu perticæ, quẽadmodũ fuit lignũ, q̃ adfixus est dñs Iesus, no
ster vnicus redẽptor, de quo Euãgelista: Susceperunt aũt Iesum & eduxerũt eũ. Et baiu- Iohan. 19
lans sibi crucẽ, & exiuit in eũ, q dicit Caluariæ, locũ. De qua qdẽ cruce noster potissimum
est sermo futurus. Est & crux quæ'cg passio siue animi, siue corpis & vndecũcg inflicta, & Matt. 10
maxime q̃ in ligno crucis infligi solet à cruciãdo, vnde quæcg cruciatio crux est appella- Marci. 8
ta, q̃ nimirũ pacto à Christo dictũ est, vt quiscg nostrũ suã tollat crucẽ, & ipm sequať, qm̃ Luc. 14.
passio in ligno crucis oĩm fuerit habita apud oẽs maxima & turpissima, cui & ideo pfidi
Iudæi dñm Iesum addixerũt, nimirũ non scientes, nec amariorẽ nec turpiorem mortẽ & Sap. 2.
passionẽ, vt in ipsis impleret hoc Sapiẽtiæ: Circũueniamus iustũ, qm̃ inutilis est nobis, &
cõtrarius est opibus nřis, & ĩproperat nobis pctã legis, & infamat in nos pctã disciplinæ Deuter. 21
nřæ. Cõtumelia & tormento interrogemus eũ, morte turpissima cõdemnemus eũ. Tur-
pissimã mortẽ, intellexerũt mortẽ ligni crucis, adeo'cg ignominiosam, vt Iudæis olim ma
ledictus haberet, q in ligno crucis seu in patibulo penderet. Hinc apřus quasi legis inter-
pres ait: Chrũs nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ, quia scriptũ: Gala. 3.
Maledictus oĩs q pẽdet in ligno. Itẽ'cg rursus Chři mortẽ in cruce quasi turpissimã signi- Philip. 2
ficaturus inqt: Qui cũ cum in forma dei eẽt, humiliauit seipsum, factus obediens vscg ad
mortẽ, mortẽ aũt crucis. Q. d. mortẽ turpissimã crucis. Quæ sane crux, i. passio Christi,
toties nobis ante oculos obuersare debuerit, q̃ties figura ligni crucis obijciť oculis nřis.

B ¶Cuius qdem archetypi exaltatio hodie à catholica ecclesia recte sancte'cg cõmemo- de cõs. dist.
rať. Cuius dilectissimi frẽs, edicto ex pia obediẽtia parẽtes hanc hodiernã diẽ pio corde 3. c. crucis.
transfigamus, Iesu'cg Christi nõ modo spũalem, sed & materialẽ, eandẽ'cg lignariã crucẽ,
ea qua decet reuerentia veneremur: nõ, inquã, ipsam ligni creaturam pcipue, sed crea-
torẽ dñm Iesum in ea p eam adoremus, sicut nõ sanctos principaliter, sed in sanctis deũ,
hortãte propheta, veneramur & colimus. Etenĩ quicqd est in creaturis vel bonitatis, vel Psal. 105
sanctitatis, vel virtutis, idipsm à deo est totũ cõmunicatione quadã, qua ille creaturas suas Iacob. 1.
& bonas & sanctas reddit, se'cg propterea in illis extolli concupiscit. Vnde Apřus: Quia
oĩa, inqt, creatura dei bona est. Errãt igiť vehemẽter, q hactenus nulla prorsus obfirma- 1. Timot. 4.
ti scriptura negarũt ligno sanctæ crucis aliquã impensum iri reuerentiã, & huic recte ab
ecclesia inuẽtionis & exaltationis diẽ aliqñ fuisse decretã t nẽpe, q certo se arguũt esse ex
ijs, & eos, de quibus summo animi dolore ait Apřus: Imitatores mei estote fratres, & ob- Philip. 3
seruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostrã. Multi enĩ ambulant, quos sæ-
pe dicebam vobis, nũc aũt & flens dico inimicos crucis Christi, q̃rũ finis interitus, quo-
rum deus venter, & gloria in confusione ipsorũ, qui terrena sapiunt. Hæc ille.

C ¶Quã ideo orauerim vel tantillã adferũt rõnẽ vel scripturã, qua probẽt nõ eẽ crucem
Chři magnopere colẽdã & venerãdam? Nũqd, q a sit creatura & inanimata? Quid dñs
mulierculã illã fluxũ sanguinis patientẽ tãta veneratiõe passus est retro fimbriã vestimẽti Hebræ. 9
sui tãgere, pinde'cg exosculari? Nõne & hęc creatura inanimata? Et nõ patiet nos exoscu
lari crucẽ suã suo cruore madẽtẽ? Vticg nõ crucẽ principaliter, sed Chřm ĩ ea osculamur Matth. 9
eã'cg amore ipsius veneramur. Sed quid multa? Si sanctissimus propheta, dñi scabellum Marc. 5
pcipiat adorandũ, dicẽs: Exaltate dñm deũ nostrũ, & adorate scabellũ pedũ eius, q a san- Luc. 8.
ctum est. Si pterea Esaias alienigenas ait vẽturos & vestigia Hierusalẽ vel ideo adoratu- Psal 98
ros, q̃d supra ea orta sit lux. s. Iesus Chrũs, dicẽs: Et venient ad te curui filij eorũ, & ado- Esaiæ. 60
rabũt vestigia pedum tuorũ oẽs, q detrahebant tibi. Si etiamnũ Moses eam terrã, in qua
rubum inflammatum vidit, vsqueadeo venerari à deo sit iussus, vt coactus fuerit soluere Exod. 3
calciamẽtũ de pedibus suis: siquidẽ q locus, in q̃ stabat, terra erat sancta, qd obsecro pro-
hibet debita veneratiõe in laudẽ dei Opt. adorare lignũ, adeo'cg figurã crucis sanctæ.

D ¶Primo, q ipm nõ modo dñi scabellum fuerit, sed & totius sui corporis lectus, in quo
(vt ipse ait) non habuit, vbi caput suũ reclinaret, morte pro nobis naturali obdormiens.
¶Secũdo, q̃d in ea non modo vestigia pedũ Hierusalẽ, sed & vestigia pedũ, manuum Luc. 9
adeo'cg totius corporis domini ipsius Hierusalem, scilicet Iesu Christi fuerint, & relicta Matth. 24

 sint.

fint. Quæ inde ab ipso aliàs fignum nuncupatur filij hominis.

¶Tertio, φ ea nō mō is fuerit locus, in q̄ terra illa figuralis fancta fuerit, fed & vera illa
Psal 84 terra, caro.f. de diua virgine fumpta.f. Iefus Chrs, de quo David: Veritas de terra orta eft

¶Quarto, φ ea fignis & miraculis in inuētione à deo fctā, veneratiōe φ digna ē approbata. Sane pditū legimus, in ea (quā & Hieron. & Ambrofius veridicā efle adfirmāt) hifto
Li.9.ca.9. ria ecclefiaftica, Cōftantinū Imp. memorē, φ figura eius crucis, q̄ fibi in aere ab angelo dicēte, In hoc figno vinces.f. Maxentiū hoftē tuū &c. rutilo colore fuerat demōftrata, victoriā mirificā ab inimicis obtinuiffe, & inftructū didiciffe ei⁹ crucis archetypū Hierofolymis latere eueftigio illuc Helenā matrē fuā vere deuotā mififfe q̄fitū, verā ipfam Iefu Chri crucē, quæ vbi eius locū, in q̄ ad ducētos vel circiter annos crux illa latuerat à Iudā q̄dā, viro capulari extorfiffet, effetφ ea cū duab⁹ alijs crucib⁹ miro aromatū odore in facræ rei abfφ dubio fignū repta, nefcia q̄ Iefu eēt crux, gloriā dei pftolata phibet. Et paulopoft iuuenis demortuus delatus, fupφ primā & fecūdā crucē pofitus nō reuixiffe, atφ fup tertiā pofit⁹ ad vitā ilico rediffe, Inde mirabiliter patuiffe, eā Chri Iefu effe crucē, & vere viuificā & huius partē Helenam fanctā filio Conftantino attuliffe, partē vero thecis argēteis adornatā reliquiffe Hierofolymis, quemadmodū in toto orbe Chriftiano canitur.

Iohan.12 ¶Quinto, propter magnā & variam gloriā, quā fibi inde dñs Iefus adeptus eft, & quafi gloriofo, victoriofoφ vexillo redemit. Q̄nquidē ipfe in cruce exaltatus omnia ad fe traxerit, eoipfo dicente: Et ego fi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipfum. Hoc aūt, inquit euangelifta, dicebat, fignificans, qua morte effet moriturus. Quod & à ligno
Psal.95 crucis regnauerit deus, diuino pfalte concinēte: Cōmoueatur à facie eius vniuerfa terra, dicite in nationibus, qa dñs regnauit à ligno. Itemφ, φ (vt Aplus fcribit) patri obediens
Philip.2 fuerit vfφ ad mortē, mortē aūt crucis, deus exaltauit illū, & donauit illi nomē, q̄d eft fuper omne nomen, vt in nomine Iefu omne genu flectatur cœleftium, terreftrium & infernorum, & omnis confiteatur, quia dñs Iefus Chriftus in gloria eft dei patris, qui & eam crucis fuæ figuram ante fe, venturum ad iudicandum gloriofe & in confufionem. Hinc fibi
Gala.6. Paulus, non nifi in cruce dñi noftri Iefu Chrifti gloriandum duxit.
Matth.24 ¶Sexto propterea, φ Chriftus dominus eo perinde felecto ad noftrā falutarem redē-
Esa.53 ptionē vfus fit inftrumēto, qui ea media, nos ab æterna morte redemit, dicēte Petro: Qui
1.Petr.2 peccata noftra ipfe pertulit in corpore fuo fuper lignū, vt peccatis mortui, iuftitiæ viua-
Ephe.2 mus, cuius liuore fanati fumus, qui (vt Paulus ait) per crucem interfecit inimicitias in fe-
Coloss.2 metipfo, delens chirographum decreti, quod contrarium erat nobis.

¶Septimo, propter incōuincibilē virtutē & fortitudinē, quā deus hominibus, nobis p eius deuotā infpectionē cōtulit, dudū præfiguratā. Sane ea eft ipfa figuatio Tau, T. inimicorū crucis perinde præmiā præmittet aliàs dicēs: Et tunc parebit fignū filij hois in cœlo
Ezech.9 q̄ olim (vt eft in Ezechiele) in frontibus viroꝝ gementiū & dolentiū fup cūctis abominationibus, q̄ fiebāt in medio Hierufalē, impreffa fuit, & huius fignaculi munimēto ab interitu & exitio liberati fuere, qui illā præferebāt. Infuper & crux ipfa adeoφ eius fignū illud
Nume.21 eft fignū, fup quo Mofes in deferto erexit ferpentē æneū, quē fufpenfum in ligno, quicūφ
1.Cor.10 funt intuiti, protinus ab ignitoꝝ ferpentiū lætifero morfu curati funt, de q̄ thema nfæ Homiliæ: Qui pcuffus afpexerit eū, viuet. Nec mō q̄nidē eandē virtutē, fed etiā multo maiorē (quū illud fuit dūtaxat figura & vmbra crucis veræ) dubitamus ineffe figno fanctæ cru
rat Niniuitis, quorũ malitia grandis coram domino ascenderat. Adhuc quadraginta dies, & Ionæ. 1. 2. 3
Niniue subuertet, quia tamẽ Niniuitæ vnà cũ rege suo minis domini crediderũt, cœperũtq;
agere pœnitẽtiã pro peccatis in ieiunio & cinere, vestiti saccis à maiore vsq; ad minorẽ, ab
omni luxu abstinẽtes diuinam rogarint misericordiã, dicẽtes: Quis scit si cõuertat & ignos-
cat deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus. Sane (inquit scriptura) vidit deus
opera eorũ, qa conuersi sunt de via sua mala, & misertus est sup malitiã, quam loquutus fue-
rat, vt faceret eis, & non fecit. Argumentũ inde est plusq̃ firmũ, à deo nos nequaquàm exau
ditum iri, nisi resipiscẽtes pœnitẽtiam egerimus de peccatis, quæ (vt inqt Esaias) diuiserunt Esaiæ. 59
inter nos & deũ nostrũ, absconderũtq; faciẽ eius à nobis ne exaudiat, siquidẽ peccatores im Iohan. 9.
pœnitentes deus non exaudit. Alioqui si peccata relinquẽtes de ipsis pœnitentiã fecerimus,
videbimus, eodẽ teste Esaia, non esse abbreuiatã manũ domini, vt saluare nequeat, neq; ag-
grauatã esse aurem eius, vt non exaudiat, quãdoquidẽ benignus & misericors sit dñs, patiẽs
& multæ misericordiæ, & pstabilis super malitia: q aliàs ad nos clamat: Cõuertimini ad me Iohel. 2.
in toto corde vestro in ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra. Id est. In hoc mũ
do pressurã habebitis, sed confidite. s. fide & fidei in me opibus, qa ego vici mundum.

I ¶ Superest proinde fratres, vt tãtis angustiati calamitatibus, in domino confidamus, id ẽ,
ad deũ ipsum solum & vnicum liberatorem confugiamus, ab eo & non aliunde victoriã pe
tamus, à sceleribus nostris cessantes, plorãtes & dicẽtes: Domine non secundum peccata no Psal. 78
stra facias nobis, neq; secũdũ iniqtates nostras retribuas nobis. Ne memineris iniquitatum
nostrarũ antiquarũ, cito anticipẽt nos misericordiæ tuæ, qa pauperes facti sumus nimis. Ad-
iuua nos deus salutaris noster, & propter gloriã nominis tui domine libera nos, & propiti⁹
esto peccatis nostris propter nomen sanctũ tuũ. Ne forte dicãt in gẽtibus, vbi est deus eorũ?
Quod si ad hũc toto corde modũ confisi dño fuerimus, non dubitemus ipsum pro sua ineſ-
fabili misericordia, quãlibet in hoc mũdo, & maxime hoc tẽpore pressurã nobis in bonum Roma. 8
plane versurũ, nec nos aliquo modo derelicturũ, nec inde quicquã nobis timẽdũ putabim⁹. Psal. 28
Si em̃ (inqt Apostolus) deus pro nobis, qs contra nos? Et Dauid: Nã etsi (inquit) ambulaue- Psal. 55.
ro in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Idem rursus: In deo Psal. 124
speraui, non timebo, quid faciat mihi caro. Qui em̃ (ait idem) cõfidit in domino sicut mons Psal. 90.
Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Ille em̃ ad eum modũ cõ-
fidens est, qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Et hoc
est, quod dominus ait: In hoc mũdo pressurã habebitis, confidite, quia ego vici mundũ, id ẽ,
mundus magnis tumultibus coorietur in vos, quemadmodũ nũc in me cooritur. Sed ma-
gno sitis animo, memores, φ ego vici mundum. Ex me sumetis exemplum, à me sperabitis
auxilium. Vincetis & vos, sed per me, vestrapte quidem natura imbecilles, sed meo spũ for
tes & inuicti futuri, quum tempus & res postulabunt.

HOMIL. XCIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4. Surgens Iesus de synagoga, &c.

Tempore epidimiæ seu mortis subitaneæ, &c.

A 
Ecessum est fratres charissimi, si vel manum domini aduersum nos
hoc tempore non credimus, vel illam pręsentem nõ expauescimus,
omni simus Pharaone induratiores. Si enim manum domini acci-
pimus vindictam, qua ille iustus aduersus se peccata in homines vin
dicat certis quibusdam malis, dicens de seipso: Mea est vltio & ego Exod. 10
tribuam, atq; ego in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum, Deuter. 32
nescio sane quibus vnquam quàm hisce temporibus euidentius sen Exodi. 32
serit orbis Christianus manũ dñi. i. vindictã: nempe, propter huius
peccata, quando ille nos euidenter visitet tribus præcipuis & cæte-
ris longe horribilibus malis, scilicet bello, fame, pestilentia, quibus Ezech. 7.
à mundo condito vsq; in hæc tempora non vsus est, nisi summe læsus, atq; peccatis nostris
offensus, alibi inquiens: Ecce venit tempus, appropinquauit dies. Ira mea super vniuersum
populum. Gladius foris, pestis & fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur, & qui
in ciuitate, pestilentia & fame deuorabuntur. Omnes trepidi, vnusquisq; in iniquitate sua.
Rex lugebit, & principes induentur mœrore, & manus populi terræ cõturbabuntur, secun-
dum viam eorum faciã eis. Et scient, quia ego dominus. An nõ hæc pessima mala tria aduer
sum nos ita passim sæuiunt, vt magis & immitius vnquã sæuisse vix cõperta sint, nec qdem

vno in loco, sed toto pene terrarum orbe incrudescant & adeo, vt recte quis cum prophrta ad
Psal. 138 drum exclamare deburrit ac possit. Quo ibo à spũ tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascẽdr-
ro in cœlũ tu illis es, si descendrro ad infrrnũ ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & ha
bitauero in rxteemis maris. Etenim illuc manus tua deducrt me, & tenebit mr dextera tua.
Quod in suis aduersitatibus animaduertẽs Tobias ad deum exclamabat: Magnus es dñe in
Tob. 13 æternum, & in omnia secula regnũ tuũ, & nõ est, qui aufugiat manũ tuã. Id q̃d vnusquisque
nostrum vel hoc tempoee ad illum dicere non immerito possit.

¶Nam quo quis nũc sit fugiturus, vt domini manũ possit effugere? quũ non sit neq; natio B
aliqua neq; eegnũ aliquod, neq; ciuitas, neq; pagus, vbi nõ sit aliqua ex partr sæuiens vrl bel-
lum, vrl pestis, vel famis, vel omnia simul & quidẽ ad summũ? Quod eñ bellũ maius vnquã
quàm quod nunc à crudelissimo hostr Turca, Srnnachrrib altero vrl certr truculẽtiore ad-
uersus Christianũ orbem geei incipitur? Quæ fames alicubi magis quàm quæ nuper incre-
pit horrenda, vt quæ prætee omniũ opinionrm in summa omnium eerum abundãtia sic cœpe
rit, vt nõ possit non censeri singularis à deo contra nos plaga. De epidimia vero, quã vulgo
Anglicum sudoeẽ nominant, nõ est, quod multis agam, quũ ea crudelius nõ aliud inurntum
sit, tum quia volare non srrpere vidrat, tum quia vitã corripiat, tam subito vt nõ lues mor-
tiseea solum, sed & mors ipsa appellari possit: vtpote, quæ (vt apostoli verbo vtar) non secus
atq; fur in nocte hominem sine rrspectu personæ inuadit. Et cum dicũt hoĩs iam sibi com-
mode valere videntes, pax & securitas, tunc eeprntinus eis superurnit interitus, sicut dolor
in vtero habẽtis, & non effugiunt. Id vrl totum ita esse non obscurr intelligrt, qui secum di-
1. Thess 5 ligentre quomodo res passim habrt, considerabit.

¶Iam vrro fratres, si horrrndum sit, apostolo trste, incidrre in manus dei viuẽtis, in quas C
Hebr. 10 ipsi pleriq; omnes ob prccata nostra merito vel incidimus vel breui (quod deus auertat) ca-
suri sumus, quoniam non summr rxpauescimus in tanta præsertim nostra duritia, q tot an-
tea modis tum gratiose, tum indignabunde nostrorum peccatorum admoniti, nrc adhuc ces-
sarr incipimus, nrc vitæ nostræ adeoq; morum nostrorum emendationem paramus? Si eñ
rex Dauid olim vno vel altrro suo prccato cogrrrtur sibi vnũ rx tribus malis optare in vin
1. Par. 21 dictam, aut scilicet vrl septrm annis in terra sua famem vel tribus mensibus hostium aduer-
sus se persequutionem, aut crete tribus diebus in trrra sua pestilrntiam. Si, inquã, rex Dauid
ex animo rxpauit, quod vnum rx tribus malis subire cogeretur, inquiens ad Gad prophetã
coartor nimis, quãto verius & rectius ipsi dicemus, rx animo lamentantes. Coartamur vn-
diq; nimis? vt quibus non datũ sit vnam vel altrram rx tribus optare plagam, srd q omnib'
ad summum vsq; omni ex partr angustiamur.

¶Nrc mirum, vtpote quod iusto dei sit iudicio, atq; sic forr dudum à Christi, ipsissima ve D
3. Regũ. 24 ritate prædictũ sit. Quia eñ omni nostro tempoee charitas refriguit & abundat cõtra deũ
& sanctos iniquitas, q hactenus nostris inauditis sceleribus drum & benedictam eius geni-
tricem, adeoq; oĩs ipsius elrctos tam mortuos q̃ viuentrs, imo & totam sacrosanctã eius
rcclesiam, huiusq; veneranda sacramenta drspectui habuimus, ac si omni honrstate & vir-
tutr neglecta viuerr cœpimus, vt horrrndũ plane sit dictu & auditu, non debuit deus Max.
non omnibus & crudelissimis plagis in nos animaduertrrr in ijsce nouissimis diebus. In q̃s
iuxta Paulum misere prrurnimus ex verbo domini dicentis. Et quoniam abundabit iniq-
1. Cor. 10 tas, eefrigescet multorum charitas. Consueget gens in grntrm, & regnum in rrgnum, &
rrũt pestilẽtiæ & fames & trrræmotus per loca. Hæc aũt oĩa initia sunt dolorum. An nõne
Math. 24 hæc oĩa hactenus præ foeibus fuere & indies tereibiliora esse incipiunt? Ita nimirum: De q- A
Marc. 13 bus cettr, vt in præsentia dicerem necessitas videat exposcerr, quia tamẽ breuitas trmporis
Luc. 21 de omnibus me dicree nequaquàm sinit, proindr quæ dr bello & fame imminẽte dici queãt
teanseo in præsrntia, dicturus dũtaxat de Ephemera seu Epidimia illa noua & inaudita, qua
supra quam dici possit & quidrm propius circũdamur.

¶Atq; sane nõ rst, vt de huius pestis oeigine & causa multis agamus. quũ rius natura plus E
quàm horrenda demonstert eã ipsam nõ aliunde nrc aliam ob causam fieri cœptã, quàm ob
peccata nostea quibus deũ offrndimus: quæ vti pear magnitudine noua sunt & apud maio-
res inaudita, sic & hæc nobis noua est lues & inaudita, & quæ in eerum natura nullam hacten'
habuerit cretã mrdelã, obq; id longr crudelior alijs moebis. At quid igitur dicitis agẽdum
in tãtæ pestis angustia, nunq d despeeandum? Nequaquàm. Siquidem restet adhuc medicus
longe sapiẽtissimus & librealissimus, q̃ efficacissimas aduersum tantã luem sit daturus medi
cinã, & gratis qdẽ, ingens: Qui nõ habetis aegẽtũ, proprratr, emite & comedite. Venitr, e-
Esaiæ. 55 mite absq; argẽto & absq; vlla cõmutatiõr. Sed qs & qualis est ille medicus? Vtiq; potẽtissi
Sap. 16. mus & pijssimus. Potẽtissimus, quoniã vitæ & mortis potestatem habrt, deducit ad portas
1. Regũ. 2 moetis & reducit: vt q moetuos viuificat, in cuius ditione cuncta sunt posita, & nõ est q rius
Hester. 13 possit voluntati rrsistrr. Est &, inquã, pijssimus nimirum ad curandũ voluntarius, quoniam
vult

vult homines omnes facere saluos, qui de superioribus cœloꝝ regionibus venit ad terras q̃-
rere, & saluũ facere q̃d perierat. Quis tandẽ est medicus talis ac tantus? Est, inquam, domi- 1. Timot. 2
nus noster Iesus Christus, verbũ illud vnicum & patris cœlestis æternum, q̃d ille ad nos de Luc. 19.
summo cœlo curãdi gratia misit, alibi dicẽs ad nos om̃es, tam animo q̃ corpore laborantes,
Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Qui hodie imperio nõ Psal. 106
vt homo, sed vt verus deus, quẽ agit, socrũ Symonis à maximis febribus eripuit, imo qui (te-
stantibus Euangelistis) omnes q varijs languoribus detinebantur, imposita dũtaxat manu, Matth. 8
curauit. Ille nimirum medicus omnium sapientissimus & doctissimus, apothecam nobis or-
dinauit sacram scripturam, in qua vniuersas medicinaꝝ species composuit, quibus curãtur
male habentes, ad quos ipse medicus venit, suamq́ꝫ artem & scientiam in hodierno Euange-
lio euidenter approbauit. Habet autem ille inibi ceu expertissimus medicus duplicẽ in gene-
re medicinam, quæ nobis necessaria ab ipso accipienda est, scilicet præseruatiuã & curatiuã.
Primum materiam peccantem siue infirmitatem disponentem euacuat, atqꝫ naturam con-
fortat, quæ vtiqꝫ cautior est & magis certa. Secũda vero morbum iam præsentẽ curat, quæ
inualescente morbo magis necessaria. Est igitur à Christo optimo medico primũ sumenda
medicina præseruatiua, qua adhuc corporaliter sanos vti oportet, priusquàm infirmitas ir-
ruat ad mortem. Deinde etiam iam lætali morbo laborantibus, ab eodem sumẽda sunt ele-
ctuaria, quibus periculum euadere præualebunt.

¶ Præseruatiua quidem medicina tribus constat. s. digestiuo, euacuatiuo & cõfortatiuo.

F ¶ Digestiuum in leuibus datur potionibus, & est, quod præparat materiam, vt facile pos-
sit purgationibus euacuari. Quia vero materia in nobis ad mortẽ corporis temporalem, & Roma. 5
animæ perpetuam disponens, nihil aliud est quàm peccatum, quod infirmitatem & mortẽ 1. Cor. 15
inducit, q̃a stipendia peccati mors est, vt & aliàs abunde docuimus. Et profecto non est hæc Romañ. 6.
lues horrenda, qua nũc premimur, cursui syderum electoꝝ aut maleficio naturæ, sed ascri-
benda magis iustitiæ diuinæ, correctionẽ nostris peccatis condignã suffligenti vel ad emẽ- Leui. 26
dationem nos paterno flagello impellenti: quamuis ipse vtatur natura nonnunquã tãquam
instrumẽto suæ iustitiæ, q sic res ministrat, vt suas naturas agere sinat, agitq́ꝫ tanquã domi- Matth. 28
nus per famulos suos. Iam vero quia nobis nimis tenaciter adhærent peccata, vt vix facile
euacuari queant, opus est digestiuo, q̃ mollius abijciãtur. s. peccata nostra. Id aũt nihil aliud
est quàm attenta meditatio reꝝ diuinaꝝ, bonoꝝ s. acceptoꝝ & promissoꝝ maloꝝ culpæ
per nos commissoꝝ & pœnaꝝ à domino comminataꝝ, quam habuit propheta, dicẽs: Me- Psal. 76.
ditatus sum nocte cum corde meo & exercitabar & scopebã spiritũ meũ. Huiusmodi pro- Hier. 12
culdubio habuere qui per Christũ hodie curati sunt.

G ¶ Euacuatiuum est, quo materia disconueniens, scilicet peccatũ, euacuatur. Et est ipsa pœ-
nitentia, qua vel sola peccatũ remittit & abigitur, domino aliàs dicente: Si pœnitentiã ege-
rit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super
malo, quod cogitaui vt facerem ei. Debet autem euacuatiuum obedienter vtcũqꝫ aliquãdo
amaꝝ. s. pillulis & syrupis sumi, sic & pœnitẽtia, etsi amara sit, vtpote quæ cõstat contritio-
ne, cõfessione, & satisfactione, adsumi tamen oportet illa amaritudo pœnitẽtiæ obediẽter.
Hinc est, quod hodie Christus curauerit socrum Symonis. Sed q̃d aliud est Symon, nisi obe-
dientia & mœrorem ponens, quibus ad curam animæ opus est.

H ¶ Confortatiuum est, quo ægrotus partim per naturæ ægritudinẽ, partim medicinis de-
bilitatus denuo confortatur, vt in solida stare sanitate possit contra imminentem morbum,
& est plerũqꝫ quiddam cordiale ac bene conditum: hoc autem in loco nihil aliud q̃ virtuosa
actio & exercitatio. Ita nimiꝝ, fratres, vbi medicinali pœnitẽtia ab animabus vestris omnẽ
peccãtem materiam euacuaueritis, superest, vt cum gaudio bonorum operum exercitatio-
ne, orationibus, pijs desiderijs, verbi dei auditionibus, abstinẽtijs, vigilijs, laboribus, eleemo-
synarum tam corporalium quàm spiritualium largitionibus, & cæteris virtutum exercitijs
animas vestras antea infirmas, & nunc purgatas, confirmetis, ornetis, confortetisq́ꝫ. Ad q̃d
sane confortatiuum hortatur Apostolus, dicens: Itaqꝫ fratres mei dilecti, stabiles estote & 1. Cor. 15
immobiles, abundantes in omni opere domini, semper scientes, quod labor vester non est
inanis in domino. Et iterum: Vigilate (inquit) state in fide, viriliter agite & confortamini, 1. Cor. 16
omnia enĩ vestra in charitate fiant. Et hoc est, quod hodie adfirmat Euangelista, socrũ Sy-
monis hisce medicinis curatam, continuo surrexisse & domino & eis qui cum illo fuere, mi-
nistrasse. i. se illi bonis operibus exercuisse.

I ¶ Hæc quoad primã medicinæ partẽ. s. p̃seruatiuã, quasi ex animo fideq́ꝫ bona vsi fueri-
tis, haud dubiũ quin vobis nulla neqꝫ lues, neqꝫ pestis, neqꝫ mors nocere possit, dño atqꝫ sum- Luc. 10
mo medico promittẽte, q mẽtiri nequit nec fallere, quũ ait: Hoc fac, & viues. Cæteꝝ q̃a lues
ipsa maxime est propinqua, itemq́ꝫ cõtagiosa, necessum est, ilico vtamini p̃seruatiua, reiecta
omni mora, quæ in huiusmodi casibus semper est periculosa, Itaqꝫ qui moraretur, expone-

ret se grauissimo suæ salutis periculo, quod qui faceret, ait scriptura, in periculo periret. Nō
Eccl.3. igitur, inq; scriptura, tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. Subito enim
venit ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Et alia: Quæcunq; facere potest manus
Eccl.5. tua instāter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciētia erūt apud inferos quo
tu properas. Et hoc est, quod qui cum domino fuere mox rogarunt medicinam pro socru
Eccles.9. Symonis, quæ & curata continuo ministrauit. Quod si & ipsi feceritis proculdubio curabi
mini per prædictam præseruatiuam domino, vt dixi, promittente, accedente & vario mul
Ionæ 1.2. torum exemplo, qui per illam præseruati sunt. Hac nimiꝝ præseruatiua partim cōualuere,
Iud ch.7.8 partimq; præseruati sunt à plaga dñi Niniuitæ pœnitentes, qui perituri erant intra quadra-
3.Reg vlt. ginta dies. Itēq; Bethulieñ. qui morti erāt proximi. Itemq; Dauid, qui non modo à grassan
1.Para.21. te præseruatus fuit pestilentia, sed ea medicina fuit pestilentia prorsus repulsa. Sic etiam di-
uus olim Gregorius ex Roma pestem fæuissimam propulit.

¶Sed quid (dicitis) medicinæ dabitur ijs, qui hanc præseruatiuam non acceperūt dum sa- K
ni fuere, sed nūc præuenti mortali infirmitate saluari cupiunt? Respondeo nec ipsos sine spe
veniæ relinquendos. Qui se etsi grauissimo se periculo cōmiserūt, qui hactenus præseruati-
uam distulere, habēt tamen medicinā curatiuam, qua saluari possunt, & est hac in parte ipsa
pœnitētia vel quàmlibet sera, melior tamen q̄ nulla, vtpote qua Ezechias rex olim fuit libe-
Esaię. 38 ratus, quanquàm ei diceretur. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Illi tamē,
4.Reg.20. quia curatiuā pœnitentiæ sumpsisset, quindecim anni ad vitam ipsius sunt adiecti. Sic & ho
die curata est socrus Symonis, quæ ob validissimas febres morti pene deuota fuit. Hinc nul
li vel quàmlibet ægrotanti est desperandū iuxta Prouerbium: Dum sperat ægrotus, cōfidat
scilicet diutius viuere, & venire in dei gratiam. Qui si accepta curatiua moritur, eā oportet
mortem temporalem sibi ducat vitam fore æternam. Cuius exemplum est latro in cruce,
omnino sero curatiuam recipiens, cui morituro tamen à domino dictū est. Amen dico tibi
Luc. 23 hodie mecum eris in paradiso.

¶Sic proinde, fratres charissimi, vt tandem ob angustiā temporis concludā de medicina L
optimi medici, hoc Epilogo quodam dixerim. Quicūq; vel ægrotant vel ægrotare formi-
dant pro medicinis optimis, quę vnquàm reperiri queant.

¶Primo per à peccatis conuersionē interiorē & pœnitētiæ sacramentū confugiāt cū so M
cru Symonis intercessione eoꝝ, qui cum dño sunt, electoꝝ ad dominū Iesum, medicū lōge
Eccl.38 Opt. scriptura dicētes: Fili in infirmitate tua ne despicias teipsum, sed ora dominū, & ipse cu
Sap.16. rabit te: quandoquidē ipse solus sit, q vitæ & mortis habet potestatē. Nec inprimis adcurrē
dum est ad humanos medicos atq; reales (vt sic dixerim) medelas, vtpote quæ nihil sine do-
2.Para.16. mino possunt, imo plerūq; causa sunt mortis domino inprimis non inuocato: quemadmo-
4.Reg.15. dum de rege Asa scriptum legimus, qui cū vehementissimo pedū dolore laborās in infirmi-
tate sua dominum non quæsierat, sed magis in medicorum artē confisus fuerat, misera mor
te perijt. Ideoq; quicquid aliud remedij exhibetur irato & non placato domino siue corpo
ralis medicina seu fuga nihil proficit ad salutarem valetudinē. Hinc est, quod plerūq; citius
alijs tēpore pestis emoriātur medici, profugi, inclusi. & in abditis locis ab hominibus remo-
ti magis in medicinam humanam quàm diuinā confidentes, ad quos ait deus maximus. Sa-
Esa.47 pientia tua & scientia tua decepit te. Veniet super te malum, & nescies ortum eius, & irruet
super te calamitas, quam non poteris expiare. Stent & saluent te augures cœli, qui contem-
plabantur sydera & supputabant menses. Non est, qui saluet te. Consilium meum stabit, &
omnis voluntas mea fiet. Videte quod ego sum solus, nec alius præter me. Ego occidam &
Esa. 46 ego viuere faciam. Percutiam & sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere. Nemo
Deuter.32 proinde alio in primis quàm ad dominum deum fugiat, sine cuius gratia & voluntate nullis
vel per quàmlibet corporalem medicinam à morbo sit euasurus: quàmuis sit eius tanta mi-
sericordia, vt aliquoties pessimos etiamnum præseruet & curet: nimiꝝ vt ipsi vel emenden
tur vel non emendati alibi æternaliter excrucientur.

¶Secūdo cū timore dñi & fide in deū constāti quærāt materialia, si qua sunt, medicamina N
& remedia, qbus siue per occasionū vitationē, id est, illoꝝ à quibus p contagionē inficimur,
siue per pigmēta medicinalia, vel etiā curatiua post infectionem curatiua: atq; interim non
negligentes eos, qui sibi sunt commissi, nec in necessitate corporis vel animæ relinquentes
Matth.22 proximū, quē æque atq; nos diligere debemus. Quod vero huiusmodi quis vti possit mede
Eccl 18 lis, arguit scriptura, dicens: Ante languorem adhibe medicinam, vt quā deus altissimus in sa
Eccl.38 lutem hominis de terra creauerit, atq; eam vir prudēs nō abhorrebit. Sic Tobias ille senior
curatus est à cęcitate, corde, felle, & iecore cuiusdā piscis. consilio angeli, q iuniorē docuerat
Tob.6 filiū Tobiā eiusmodi medicamine patrem curare. Sic Esaias plasmauit massam ficoꝝ super
vulnus Ezechiæ regis Iuda, & sanatus est, qui moriturus erat.

4.Reg.20 ¶Postremo, istis ad hāc factis seriem pleno corde deo se obediēter offerat ad viuendum
& mo-

& moriendum, dicentes: Pater, in manus tuas commendo spiritũ meũ, id est, quicquid sum Luc.23.
vel ero, in tua potestate colloco, fiat volũtas tua. Et ita nimirum, q̃ si constaret, q̃ dominus
te de hac vita vocare decreuisset, nulla velles quærere remedia, etiamsi per illa (quod tamen
fieri nequit) conseruari in vita posses.

O ¶ Ita, inquã, fratres charissimi facietis, atq; p hæc in dño Iesu optimo medico, cõsolamini 1.Thes.4.
nec cõtristemini, vt q viæ æternæ spem nõ habẽt, propter mortẽ imminẽtem: memores &
oẽs indiscriminatim ante nos eẽ mortuos ac morituros q̃ futuri sunt post nos, & nos ea na- Gene.3
tos lege vt semel moriamur, morte nimirũ minime timẽda, sed alacriter ex aio suscipienda, Heb.9
vtpote q̃ cũ sit naturalis & tẽporalis, & à summo dño deo nobis imposita, nihil mali, sed om
ne bonũ adferat. Quid em̃ aliud est mors, q̃ exitus de carcere fœtido, finis miseri in hac val
le exilij, depositio oneris grauissimi, omniũ ægritudinũ & aduersitatũ terminatio, omnium
periculorũ euasio, oĩm malorũ cõsumptio, oĩm vinculorũ disruptio, debiti naturalis solutio,
reditus in verã patriã, introitus in æternã gloriã. Hinc plerinq; oẽs pij hoĩes, cum dñi volun- Psal.119
tate mori desiderauerũt. Dauid quidẽ eiulabat, dicẽs: Hei mihi, q̃a incolatus meus prolonga Tob.3
tus est, &c. multũ incola fuit aĩa mea. Et Tobias: Nũc (inq̃t) dñe secundũ volũtatem tuã fac Luc.2
mecũ, & præcipe in pace recipi spiritũ meũ. Et Symeon ille iustus: Nũc (ait) dimitte dñe ser
uum tuũ secundũ verbũ tuũ in pace. Et Paulus: Cupio (inquit) dissolui, & esse cum Christo. Philip.1
Sic plerinq;, inquã, oẽs pij hoĩes optarunt: haud nescij, mortẽ sanctorũ (propheta teste) pre- Psal.115
tiosam esse in conspectu dñi: quãdoquidẽ beati sint, cuiusmodi existimabitis oẽs, qui in do-
mino moriuntur. Sanctos vere & hoc loco etiãnum definiuimus eẽ, qui ad hũc, quẽ hactenꝰ Apoc.14
exhibemus, modũ se gerunt, qui in dño. i. in vera eius fide & charitate morientes beati sunt
.s. ea beatitudine gloriæ, qua qui perfruuntur, tanto replentur gaudio, vt nulli possint eẽ mi-
seriæ obnoxij, vtpote à quorum oculis deus omnem lachrymam abstergit. Apo.7.

HOMIL. C. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Luc. 18. Quoniam oportet semper orare, &c.

Pro pace tempore belli impetranda.



A Vod pius, idemq; fidelis paterfamilias tẽpore, q̃ vel moriturus vel
peregre ita profecturus est, vt vel tarde vel nunquã forte sit reditu-
rus, facit cũ filijs suis, quos æque atq; se diligit, quũ de sua illos carne
deq; suo sanguine genuit, idẽ dñs noster Iesus Chrũs, pius, fidelisq; Eccl.7
haud secus in ecclesia, atq; paterfamilias in domo sua gubernãs, tẽ- Hebr.3.
pore, q̃ erat paulopost moriturus, & hic ad patrẽ suũ trãsiturus, nec Acto.1
in visibili forma, nisi in nouissimo die rediturus, fecit cũ suis discipu
lis, id eoq; nobiscũ oĩbus, qui & ipsi, qui in eum vere credimus, e- Iohan.13.
ius sumus discipuli, hocq; nomine in exordio olim ecclesiæ vocati, Acto.11.
sed aliquãto post tempore Antiochiæ primum à Christi nomine Gene.1.
appellari cœpti, quos ipse dñs Iesus æque atq; se diligit, qm̃ verus ipse deus & homo de suo Sap.2
.i. ad imaginẽ & similitudinẽ suã procreauit, ac deinde proprio suo sanguine p mortẽ suam 1.Pet.1.
amarissimã in arbore crucis à diabolica captiuitate redemit & in verã libertatẽ restituit.

B ¶ Pius sane atq; fidelis paterfamilias à suis filijs alio (vt diximus) discessurus, futurorumq;
prouidus inter cætera illis recẽsuit, q̃ & quãta eis in absentia sua sint obuẽtura aduersa, hæcq;
nõ proinde recẽsuit, vt deterriti vel deficiãt vel desperẽt, verũ vt sibi & in alijs maiorẽ habeãt Iohan.16
fidẽ, si quæ eis p[illegible] accidere viderint, vtq; sibi melius de aduersis, quæ præsciunt, futura
prouideãt, cõstantioresq; maneãt: solent em̃, vt plurimũ, quæ præuisa sunt minus lædere, fa
ciliusq;, si mala sunt, declinari, atq; idem, inquã, interim paterfamilias, qd eisdẽ filijs in eiuſ-
modi tribulatiõibus agẽdũ sit enarrat, docẽs i primis vt suã tũc spem in solũ deũ Opt. Max. Hester.13
atq; in eũ, qui solus omnia, idemq; cõtra omnia mala possit ita potenter adiutare, vt resiste- Iob.9
re valeat nemo, ponãt, ad eandẽq; in primis vel solũ confugiant, non etiã in hominẽ, qui &
ipse vanitati sit subiectus, confidant, qm̃ nulla sit vera in homine sub cœlo fides & constan-
tia, atq; id genus reliqua perdocet pius erga filios suos paterfamilias.

C ¶ Ita q̃q;, fratres charissimi, verus ille, idẽq; vnicus, natura noster paterfamilias, dñs Iesus
Chrs hinc ad patrẽ suũ cœlestẽ abiturus, egit: q̃nquidẽ ipse futurorũ maxime pſcius, adeoq; Psal.7
solus cordiũ scrutator, quẽ nihil latet, quũ paulopost ex hoc mũdo eẽt discessurus q̃ & quãta Hierem.17
nos suos filios & discipulos eẽnt mãsura, se forma visibili apud patrẽ absente, aduersa fideli- Apoc.11
ter, interq; cætera, q̃ ad aliud tẽpus forte cõmodius reseruabimꝰ, enarrare orsus est, inquiẽs. Eccl.15.

D ¶ Audituri estis plia & opiniones pliorũ, videte ne turbemini. Oportet em̃ hæc fieri, sed Heb.4
nondũ statim est finis. Cõsurget em̃ gens in gentẽ, & regnũ in regnũ, & erũt pestilẽtię & fa Math.24
mes & terręmotus p loca. Hęc aũt oĩa initia sunt dolorũ. Tũc tradẽt vos .s. aduersarij vři. & Marc.13

falsi fratres in tribulationẽ & occidẽt vos,& eritis odio oĩbus gẽtibus propter nomẽ meũ.
Lucæ. 21 Et tũc scãdalizabuntur multi & inuicẽ tradẽt & odio habebũt inuicẽ. Et multi pseudopro-
Iohan.10 phetę surgẽt & seducẽt multos,& qm̃ abũdabit iniqtas,refrigescet charitas multorum. Et si-
Luc.17 cut factũ ẽ in dieb' Noe,ita & erit in dieb' filiȷ hoĩs:Edebãt & bibebãt, vxores ducebãt &
Gene.7. dabant ad nuptias vsq; ĩ diẽ,q̃ intrauit Noe in arcã,& venit diluuiũ & pdidit oẽs. Similiter
2.Pet. 2 sicut factũ est in diebus Loth. Edebãt & bibebãt,emebãt & vendebãt,plantabãt & ędifica-
Gene.19 bãt:qua die aũt exiȷt Loth à Sodomis,pluit ignẽ & sulphur de cœlo & oẽs perdidit.
Iohan.16. ¶Hæc loquutus sum vobis vt nõ scãdalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit E
hora,vt oĩs q interficit vos,arbitret obsequiũ se pstare deo. Sed hæc loquutus sum vobis,vt
cũ venerit hora eorum reminiscamini,qa ego dixi vobis. Videte ne turbemini. Veh aũt præ-
gnãtibus & nutriẽtibus in illis diebus. Cadẽt eñ in ore gladiȷ & captiui ducẽtur, scilicet ma
riti & filiȷ eorum in oẽs gentes. Videte ne turbemini,& ne qs vos seducat.s.à fide & religione
mea. Erit eñ tũc tribulatio magna,qualis nõ fuit ab initio mũdi vsq; modo neq; fiet. Et nisi
breuiati fuissent dies illi nõ fieret salua oĩs caro,sed propter electos breuiabunt dies illi. Qui
Matth.10 aũt perseuerauerit vsq; in finẽ,hic saluus erit. Cũ ergo videritis abominationẽ desolationis
Danie.9 quæ dicta est à Daniele propheta,stantem in loco sancto,qui legit,intelligat.
¶Hæc fratres in dño dilectissimi,hactenus Chrũs dñs noster,idemq; verus paterfamilias F
nobis filiȷs suis in admonitionẽ & pparationem nostri pdixit, q̃ sic impleri in suo tpe opor-
tuit,vt eorum veritatẽ serio ipsemet protestatus sit, dicẽs: Amen dico vobis,qa nõ præteribit
Matth.24 generatio hæc,donec oĩa fiant. Cœlũ & terra trãsibunt, verba aũt mea nõ præteribunt.
¶Cæterum ne tam horrẽda tantarum tribulationũ,aduersitatũ,angustiarũq; relatione vel de- G
ficere vel desperare possemus,ilico quid tum sit pro liberatione tantorum malorum faciundũ
Euangelium pauloante ad verbũ auditũ perdocet. Qualis vero eius sit in veritate intellect'
pro loco & tempore,quatenus deus annuerit paucis ostendemus.
¶Primo sane præfatũ sacrosanctũ Euangeliũ euidẽter arguit,totũ tribulationis & angu- H
1.Corin.10 stiæ quod Chrũs pdixit hactenus,& iam olim cœptũ in tẽpus, quo nos viuimus, referendũ
adeoq; cõplendũ & finiendũ esse in nobis,vtpote q̃ dubio procul sumus, in q̃s, apostolo te-
ste,fines seculorum deuenere,qbus quæ Chrũs pdixit ad correptionẽ scripta sunt. Hinc dein-
de subscribit res ipsa,nimirum qui videmus re ipsa adesse partim & imminere,partim oĩa,quæ
dñs meminit. An eñ nõ experti sumus & indies magis ac magis experimur horrendas pe-
stilentias,famẽ & terræmotus terribiles? Nonne & oñi nũc tẽpore audimus non modo p-
lia & opiniones præliorum? imo q præ foribus adeoq; in terris nostris præsentanea sunt bella
& prælia,qbus forte crudeliora à mundo condito non fuerint audita.
¶Quid dicamus de regno cõtra regnũ,deq; gẽte cõtra gentẽ? quũ videmus nedũ extera I
regna,nec modo alienas à se gentes dissidere,sed bellis (prohdolor) intestinis ita feruere re-
gna inter se Christiana,vt nõ possit aliquãdo nõ verum reddi,quod veritas ipsa præuaticinata
Matth.12. est,dicẽs: Oĩe regnũ in se diuisum desolabit. At quando maior,detestabiliorq; diuisio, quã
Lucę 11. quæ nostris calamitosis est tpibus. In quibus etiamnũ, iuxta Christi verbũ ex vna eademq;
stirpe prognati nõ modo in re aliqua vulgari,sed plane in summa,scilicet in fide & religio-
ne mordicitus à se vsq; in mortẽ dissidẽt,seq; mutuo in pernitiem tradunt,adeo vt qs longe
magis sibi nũc à falsis fratribus,quam ab inimicis in aperto cauere habeat. K
¶De pseudoprophetis,pseudoq; apostolis,nõ est,q̃d dubitemus,quorum iam orbis plenus est
quibus fit,vt pene infiniti propter eorum peruersam vitã & doctrinã in fide & religione scan-
dalizent, & à via veritatis ad peruia æternæ dãnatiõis seducant,vtpote,qui,vt de eis in ad-
2.Pet.3. monitionẽ nostrã vaticinatus est dudũ post Petrũ Iudas Taddæus, illusores in deceptione
Iudæ.1 veniunt,iuxta proprias cõcupiscẽtias ambulantes in impietatibus quæstus causa,libertatem
Actorum. 20 promittentes cũ ipsi serui sint corruptionis,pellicientes animas instabiles. De qbus fidelissi-
me episcopos admonuit apostolus,inquiens: Attendite vobis & vniuerso gregi,in quo vos
spũs sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei,quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio,
quoniam intrabũt post discessionem meam lupi rapaces in vos,nõ parcẽtes gregi. Et ex vo
bisipsis exurgẽt viri loquẽtes peruersa vt abducant discipulos post se. Quid aũt,fratres,hac
Actorum.20 Pauli pdictione verius. Nõne pseudoprophetæ nostra tẽpestate sic intrarũt ecclesias in Ger
mania,vt suis carnalibus dogmatibus (quid enim ventosæ plebi aliud quàm placentia,velut
olim dixit diuinus vates,docẽdo priuatim publicitusq; obtrudunt?) iustã ferme partem ea-
Esa.30. rundem ecclesiarum ad synagogam satanæ seduxerunt?
¶De odio aũt q̃ illi vos psequunt,qd dicemus,quũ cõtra Iesu Christi pceptũ diu noctuq; L
nobis maledicũt,palãq; adfirmãt eũ se deo facere obsequiũ,q aliquẽ vestrũ ĩterficiat? Quo-
rũ deniq; instigatiõe factũ est,vt plane oĩbus eã immineat tribulatio,qua de dñs,cuius à mũ
di exordio similis neq; sit visa neq; audita: queadmodũ dolendo nũc suo atq; nunq̃ satis de-
plorãdo periculo vicini nostri sine intermissione experiuntur, experturi & nos nisi sua nos
gratia

gratia protegat & foueat deus Opt. Max. quę vtiq; nobis propter electos adfuturæ spera-
mus. Haud ē proinde frēs, q̄d dubitemus, q̄ à dño p̄dicta sunt, mala in nos oīno referri ex ijs, Gene. 6
quæ sole clarius passim nūc cernimus, q̄bus ipsa veritas subscribit, post pauloante discipulis Gene. 19
dicta ingens: Vigilate ergo. Quod aūt vobis dico, oībus dico quanq̄ vt olim t̄pibus Noe & Lucæ. 17
Loth, hoīes plane indurati, quæ imminent pericula nolumus nisi p̄sentia cognoscere. Marc. 13

¶Accedit præterea singularis illa in Euangelio parabola de vidua, quæ se de aduersario
vindicari petit per iudicem in ciuitatem iniquum. Siquidem.

¶Iudex ille deū Max. nō ex similitudine, sed (vt paulopost euidēti⁹ declarabim⁹) ex dissi- Matth. 9
M ¶Vidua vero, q̄ tot ijsdēq; assiduis p̄cibus se vindicari rogitat, est ec (militudine notat. Marc. 2
clesia. i. nostri & omniū Christifidelium cōgregatio, q̄ vt passim ex scripturis accipimus, est Luc. 5
sponsa Iesu Christi, cuius q̄a morte redēpta & eius nūc est amplexibus p̄ ipsius ad cœlos vi- Iohan. 3
sibili forma adscensum priuata, iamq; ab illo peregrinat in hoc exilio, recte nimirū vidua eē Cant. 5.
vocariq; cœpit, quæ zelo iustitiæ petit se à deo Opt. vindicari ab aduersario suo, vnde tot Apoc. 21.
& tanta tribulationū, angustiarū, suppliciorū, tormentorumq; genera hactenus est perpessa,
indiesq; patitur, passura, nisi vindicetur, deinde multo maiora At quis.

¶Aduersarius est iste? Nimirū nō alius q̄ Antichrūs, quē nūc vulgo Turcam appellamus,
quē Chrūs in Euāgelio abominationē desolatiōis appellat, de q̄ dudū vaticinatus est in hæc
t̄pa futura Daniel, dicēs: Et erit in tēplo abominatio desolationis, & vsq; ad cōsumationē & Danie. 9
finē p̄seuerabit desolatio. Quod aūt hic dixerim de Turca, non de vno dūtaxat hoīe, qui. s.
mō viuit, sed de vnoq̄q; tyrāno cū suis q̄ hūc in regno suo vel p̄cessit vel subseq̄t. Q̄d vero.

¶Turca vere sit aduersarius viduæ. s. ecclesiæ, vel inde patet, quod simul deo atq; eius ec-
clesiæ, id est, nobis Christianis supra quam dici potest, aduersatur.

N ¶Deo, inquā, aduersat, qm̄ illius p̄ceptis, q̄ decalogo cōtinent, ad oīa plane repugnat, q̄ im Exod. 20
pij Mahometi fidē sequēs & dogma, q̄d ille in Alchorano suo cōprehēdit, cōtra sanctas scri Deutero. 5
pturas obseruat, nec vnū deū in trinitate, nec trinitatē in vnitate venerat, quiq; Iesum negat
esse deū, nec illi suū defert honorē, illius crucē cū summa indignitate cōspurcans, & ad extre
mū p̄sequēs, abrogās legē diuinā, pro libidine sua sibi leges figit ac refigit, tyrannidē in suos
pro iustitia exercēs, nulli q̄d suū est tribuēs, sed solus dominās, masculis & femellis non pro
instituto diuino, sed cōtra illud ad nefandā suam libidinē abutēs, vt q̄, lege diuina refragāte
vxores habeat, vt Cynici, cōmunes. In summa q̄ vno quasi impetu totā Iesu Christi fidē &
religionē, verbo & facto execrat, nullius, neq; erga deū neq; erga hoīem fidei seruator.

¶Nobis, inquā, & iste plusq̄ q̄s possit dicere vel audire aduersat, vtpote q̄ diu noctuq; p̄
oīne nephas sola libidinosa ductus dominādi cupiditate nihil aliud q̄ honorē, vitā & corp⁹
& deniq; oīa nostra t̄palia p̄inde atq; insatiabilis vorago sitit & p̄sequit, q̄rū causa hactenus
bella & p̄lia aduersus nos non minus frequētia q̄ longe crudelissima gerit. In q̄bus oīs sexus,
generis, ætatis, statusq; pene plures mortaliū exq̄sitissimis oīm tormētorū generib⁹ miserri
me sine oīni misericordia trucidauit, quā oēs ante ip̄m Chr̄iani noīs vel q̄libet impij tyrāni
trucidarūt. Insup̄ qui nec captis & abductis q̄quo modo parcit. Hoībus etem̄ Christianis &
sacerdotibus, nō pro calonibus & lixis dūtaxat, sed pro iumētis etiā vtit. His vehit, his arat,
his fodit, his abiectissima exercet & oīa erubescēda ministeria. Quod si q̄s se hoīem & Chri
stianū reminiscēs minus æq̄ aīo indignitatē tulerit, cōtinuo torquet p̄ extremos corp̄is cru-
ciatus, decoriat ille, veru subfigit iste, ali⁹ secat, rota alter insuitur p̄ acerbissimas membrorū
oīm fractiones. Ah miserā, ah infelicē Christianæ religionis cōditionē. Proh igit mendaciū
eorū longe impudētissimū, q̄ falso oggannitur Turcā parū vel nihil dissentire à nobis, qui nec
tātopere, vt fama sit, Chr̄ianos, maxime q̄ sua se sponte in istius iugū dedūt, p̄sequat. Quos
vtiq; conuincit mendacij diuturna rerū experientia, qua plerīq; oēs, ad q̄s ille peruenit, non
sine deplorādo suo malo didicerunt, Turca nihil posse cōtra Christianos excogitari crude-
lius, nihil durius, nihil spureitius, nihil deniq; abominabilius.

O ¶Atq; adeo iste crudelis est, vt nō possit, nō credi esse Antichristus, tyrannorū ille omniū
maximus, qui (vt oīnis testatur scriptura) tantā sit aduersus Christianos suscitaturus tribu-
lationem, quanta ab orbe condito vsq; huc non fuerit, nec futura aliquando.

¶Nec est, q̄d quispiā reuocaturus sit in dubiū, an ille Antichristus sit, quum nobis tot pro
hac sentētia subscribāt argumēta, & ea q̄dem longe euidētissima, quæ prorsus eundem esse
Antichristū arguunt, illi esse oīno, quæ fore Antichristo scripturæ quondam prædixere.

¶Primo q̄dē Antichrūs ex aq̄lone oriūdus tradit iuxta prophetā, dicentē in p̄sona dei. Hiere. 1.
Ab aquilone pandet malū sup̄ oēs habitatores terræ. Est aūt aquilo vētus, quē Græci testib⁹
Plinio & A. Gellio, boream dicūt, flans inter Septentrionē ab æstiua & solstitiali plaga oriē Pliñ. libr. 2
tis ex montibus Scythiæ, q̄s appellant hyperboreos, vnde suā ducūt originē Turcæ. Anno ca. 47. A.
enim domini Iesu Christi. D. CC. LIIII. regnante apud Francos Pipino Imperatore sub Gel. libr. 2.
Zacharia Pont. Max. quum in archiepiscopatu Moguntino miraculis inclaresceret, Lullus cap. 22

vir sanctissimus, sancti Bonifacij ibidē successor, quū iā olim denuo Chřiani in Asia primū
adeoq; in tota oriētali ecclesia torpescere ad oēm pietatē, deuotionē, religionēq; inciperēt,
atq; dormiētibus passim ēpis hęretici insurgerēt & dñi tunicā scindere molirent atq; verita
tem euāgelij ad suā libidinē varie peruerterēt, victitātibus q́q; interim principibus & proceri-
bus in luxu & crapula, q́q; inter se propter priuata cōmoda discordarēt, paꝝ dei Opt. Max.
gloriam pēsi habētes, euestigio e Scythia Caucaseos mōtes egressi sunt Turcæ, q́q; iusto dei
iudicio pctīs nostris exigētibus, haud multo post, procedētes nō mō Pontū, & Capadociā,
sed & Galliciā, Bythiniā, Lycaoniā, Persidiā, vtrāq; Phrygiā, Pamphyliā, Ciliciā, Cariā, &
hoc genus Asiæ regna & regiones sibi subiugarāt & à fide Iesu Chři coegerūt, q́q; Christia
nis interim à peccādo nō cessantibus ab eo tpe vsq; huc sub iugo per immanissima bella non
modo ex toto Asiā & Aphricā, duas orbis partes sed & iustam Europæ partē, in qua nos su
mus, potenter redegerūt, nunc non præ foribus, sed in ipsis ædibus nostris (ah dolor) plus q̃
Hiere. 5 sæuiter grassantes. Adeo quidē vt nequimus inficiari, quin iā incipiat nobi scū impleri pro-
phetia dñi, per Prophetā dicētis: Ecce ego adducā sup vos gētem de longinquo domus Is-
rael gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguā, nec intelliges qd
loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens vniuersi fortes, &c.
Danie. 9 ¶ Secūdo: Turcā arguit esse Antichřm, qa aufert, vt Antichristus, cū suis adhærētibus ho P
stiam & sacrificiū, veluti nūc huius factitāt pręcones apostatæ. Qui legit, intelligat.
2. Thess. 2. ¶ Tertio, quū (vt scribit Aplus) homo sit vt filiꝰ iniqtatis, qui aduersatur & extollit supra
Acto. 12 oīe, q́d dř deus aut q́d colitur, ita vt in tēplo dei. i. vt Paulus exponit, in ecclesia Iesu Chři,
sedeat, ostēdens se tanq̃ sit deus: quippe q sibi nō secus ac Herodes quondā diuinos vsurpat
Apoc. 19 titulos & honores, vt ex eius inscriptiōe palā videre est, de hoc q nūc sæuit, in hæc verba. So
1. Timot. 6 lymanus rex regū, dñs dominātiū Maximus Imperator Bizātij & Trapezuntij &c. quādo-
quidē solus dñs deus noster, adeoq; Iesus Chrūs, testibus sacris literis, rex sit regū & dñs do-
1. Iohan. 4 minātiū qui solus habet immortalitatē, & lucē habitat inaccessibilē, &c. Cuiusmodi sane ti-
tulum nullus vnquam Romanus Imperator nec aliquis Papa sibi vendicauit.
Apoca. 12 ¶ Quarto, qm̄ q́d est Antichři, soluit Iesum. i. negat illū esse dei filiū, velut pauloante do-
cuimus. ¶ Quinto, qa est serpēs & draco ille antiquus, q (vt est in Apoca.) e carcere mis-
sus, seducit gētes, q́q; cauda sua. s. doli & potētiæ tertiā partē de cęlo, id ē, de ecclesia, q̃ cœlo
cōparat stellaꝝ trahit, quādoquidē in cœlo, id est, ecclesia sunt stellæ viri doctrina & potesta
te insignes, q̃ꝝ vtiq; iste tertiam. i. magnā partē, partim crudelitate, partim persuasionibus
ad se suāq; voluptuosam sectā ptrahit, vti nuper p pseudoapostolos suos euidēter incepit.
Danie. 9. ¶ Sexto, qm̄ iste iuxta Danielē de Antichro vaticinātem, sedet in tēplo. i. in ecclesia abo-
minatio desolatiōis. Abominatio ideo, qa abominat. i. execrat oīe, q́d hactenus à Christia
nis in dei gloriā & populi deuotionē fieri solitū est. Idemq; (inquā) est in tēplo abominatio
desolatiōis, qa ceu pditissimus tyrānus in abeundo & redeundo ciuitates & pagos vnà cum
sanctuarijs ferro & igni prorsus dissipat & desolat, nempe formidās, ne Chřiani renascituri
Hiere. 5 ex bonis terrę tpalibꝰ denuo cōtra ipm possent insurgere, seq; à iugo redimere, à quibus ita
oēm tollit spem & futurā potētiā, iuxta minas dei Max. p prophetā dicētis: Ecce ego addu
Ezech. 6 cam sup vos gētē, q̃ comedet segetes tuas, & panē tuū deuorabit, filios tuos & filias tuas co-
medet, & gregē tuū & armēta tua, & comedet vineā tuā & ficū tuū, & cōteret vrbes muni-
tas tuas, in qbus tu habes fidutiā. Et rursus p aliū Prophetā: Et extēdā manū meā sup eos, &
faciā terrā coꝝ desolatā. ¶ Cū proinde fratres in dño charissimi, cōtra nos sine cōtrouer- Q
sia, venit Turca iste, verꝰ Antichrūs malusq;, de q̃ in euāgelio aduersarius, q̃ nihil crudelius,
de q̃ tā paterno nos monet Chřs, dicēs: Cū aūt videritis abominationē desolatiōis stātem in
loco sancto, i. in ecclesia, q legit intelligat. s. adesse eā & tātā tribulationē, cuiꝰ in magnitudi
ne filis nō fuit ab exordio mūdi, nec vnquā futura, cuius dūtaxat hactenꝰ initia doloꝝ audi-
uimꝰ, qn vt væ erit p̃gnātibus, vtpote qn. & beatæ dicent, vel ideo steriles, q̃ genuerūt, quia
Matth. 24. cordolio nō vt alię mulieres adficient ob maritos & filios ptim captos, ptim misere crude-
Nume. 23 literq; trucidatos, supest, vt iā demū nobis à tāto tribulationū malo attēdamꝰ & caueamus.
Malach. 3 At qūo inqunt nōnulli ab eiusmodi periculo nobis cauebimꝰ, q̃si velimus aut possimus aufu
Esa. 46. gere, quū iuxta veritatē hęc fieri sic optet, sitq; ipe deꝰ immutabilis, de se dicēs: Ego eñ dñs
Gene. 50 & nō mutor. Et alibi: Cōsiliū meū stabit, & oīs volūtas mea fiet. Sic ergo (inquiūt) hæc fieri
Iob. 9 optet, ac dei sit volūtas, qs eiꝰ resistet volūtati? Certe nemo respōdēt. Quibꝰ velim ita respō
(sum. ¶ Vtiq; deū in sua natura, q̃ adsectibus caret, prorsus eē immutabilē, mutabilis tñ R
est in effectibus q̃s ipe citra sunpsius mutationē scd̃m varietatē meritoꝝ & demeritoꝝ ho-
minū fieri pmittit, q̃nquidē deꝰ suā statuit volūtatē scd̃m causam q̃ cōditionē, & adfirmati-
Matth. 24 uam & negatiuā admittit, ad quaꝝ vtrūq; deus si qd voluerit, mutabilis & immutabilis est.
Marc. 13 Verbi gr̃a q̃ro, quæ est causa, ob quā deus vult ita contra nos fieri tantā tribulationē? Rñdet
Luce 21 veritas ipa, qa abūdat iniqtas, & refrigescit charitas. Donec ergo iniq mãserimus certū est,
dcum

deũ nequaq̃ mutaturũ suã de tribulatiõe voluntatẽ, quã oĩno fieri oportet. Sic ediuerso, si re
cesserimus, scilicet pœnitẽdo à nostris iniqtatibus, certe vult & ipse recedere à correptioni- Luce. 21
bus. Quo sane vtrobiq;, varia tamẽ rõne, manet ĩmutabilis in seipso, mutabilis tamẽ quoad
effectũ, q causam sub cõditione sequit. Siqdẽ natura cõparatũ sit, vt cessante causa cesset effe
ctus, qua & manẽte manet & ille. Manẽte igit causa peccati, manebit & dñi volũtas puniẽ-
di propter pctã prorsus immutabilis. Id q̃d ipse dñs deus verbo & facto approbat, aliàs di- Hiere. 18.
cens: Si pœnitentiã egerit gens illa à malo suo propter quod loquutus sum aduersus eã, agã
& ego pœnitẽtiam sup malo quod cogitaui, vt facerem ei. Quod sane verbũ multiplici fa- Ionæ. 3
cto corroborauit, sed inter perquamplurima in Niniuitis, q̃ꝝ etsi deus vellet ciuitatẽ qua-
draginta diebus subuertere, qa tamen ipse opera eoꝝ vidit, qa conuersi sunt de via sua mala Esa. 38
misertus est sup malitiã, quã loquutus fuerat vt faceret eis, & nõ fecit. Itẽq; in rege Ezechia
quem etsi dñs ob peccatũ omnino mori volebat, oratione tamen illius deuota ad misericor
diam motus, eundem, nõ modo superstitem seruauit, sed & sup dies illius quindecim annos
adiecit. Hinc tametsi propter peccata nostra Turca ipse, idẽq; verus Antichristus, deo per-
mittẽte, prædictã tribulationẽ nobis sit allaturus ex dñi voluntate, qa tamen eadẽ voluntas
sit sub cõditione, si manserimus in peccatis, sane cõsequẽs est illam nos tribulationem posse
subterfugere, vbi à peccãdo cessantes fecerimus ea, quæ in hodierno Euangelio Chrũs nos
facere præcipit iuxta parabolam de vidua, quæ sumus ipsi nos.

S ¶Primo proinde ab aduersario Turca tribulati pro auxilio impetrãdo confugiamus ad 2. Para. 20
deũ, qui vnde omne est auxiliũ, cum Iosaphat, dicentes: Dñe deus patrum nostroꝝ, tu es deꝰ
in cœlo, & dominaris cũctis regnis gentium. In manu tua est fortitudo & potẽtia, nec quis-
quam tibi potest resistere. In nobis quidẽ non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitu
dini resistere, quæ irruit super nos, sed quum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solũ ha-
bemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

T ¶Secũdo orabimus ad dñm, reconciliata tamen prius inter nos concordia, sine qua fieri
nequit, vt deus nobis remittat peccata nostra, qbus retẽtis, nõ est, quod vllo modo salutari- Marc. 11
ter aduersario possimus resistere, Christo aliàs dicẽte: Cũ stabitis ad orandũ, dimittite si qd
habetis aduersus aliquẽ, vt & pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra, &c. Roma. 12
Nõ est igitur, quod ipsa vidua, quæ est ecclesia, corpus Iesu Christi, quicquàm proficiet con 1. Cor. 12
tra aduersariũ, si à seipsa dissidet, nec corpus se defendet, si mẽbra sua à seipsis discordẽt. Ne- Matth. 12
cessum est, vt mẽbra capiti se conformẽt & mẽbra in charitate nõ ficta sibi constent, cõcor- Luc. 1
dentq;: quandoquidẽ (vt dictũ est) regnũ in se diuisum desoletur, nec domus ab incendio fo
ris liberabitur, quæ intus ardet, vbi prius est adhibenda liberatio.

V ¶Tertio frequẽter orabimus, qm̃ multæ & assiduæ offensæ multis indigẽt deprecationi-
bus, sic eñi fiet, vt si deus nõ propter merita, quæ nulla sunt, saltem propter instantiam in fre
quenti supplicatione nos exaudiat, quẽadmodũ & viduã deniq; iudex iniquitatis exaudiuit.
Cui dominus parabolæ aliã suo in loco addit parabolã dicẽs: Quis vestrum habet amicũ & Luc. 11
ibit ad illũ media nocte, & dicet illi: Amice, cõmoda mihi tres panes, qm̃ amicus meus venit
de via ad me, & nõ habeo, q̃d ponã ante illũ, & ille deintus respondẽs dicat, noli mihi mole-
stus esse, iã hostiũ clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cubili, nõ possum surgere & dare ti
bi. Et ille si pseuerauerit pulsans, dico vobis, & si nõ dabit, eo q̃d amicus eius sit, propter im-
probitatẽ tamẽ eius surget, & dabit illi, quotq̃t habet necessarios. Et dico ego vobis, quæri- Matth. 7
te & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Hinc in hodierno Euangelio dominus: Oportet
semp, inquit, orare & non deficere. Quẽ Paulus vt bonus discipulus seqtur, ingens: Sine in-
termissione orate in om̃ibus gratias agite. Qua de re suo loco multa diximus. 1. Thess. 5

X ¶Quarto orabimus deũ, vt nõ vindicet ab aduersario & de ipsius iniurijs, cõuitijs, tormẽ Matth. 5
tis & pœnis, atq; hoc genus tribulationibus, orabimus, inquam, nõ vindictã ex odioso affe- Luc. 6
ctu manantẽ, quã ne optemus prohibemur à dño, dicẽte: Nolite reddere malũ pro malo, sed Roma. 12
bonũ pro malo, orate pro inimicis vestris & pro psequẽtibus vos, quẽadmodũ noluit olim Luc. 9.
discipulos ignẽ e cœlo petere, &c. veꝝ orabimus vindictam zelo iustitiæ & quadã eiusdem Apoc. 6
cõpassione, cũ dei electis alibi deuoto pectore dicẽtes: Vsq; quo dñe non iudicas & vindicas Psal. 78
sanguinẽ nostrũ de ijs, q habitant in terra: idẽq; cũ propheta orãtes: Effunde iram tuã in gẽ
tes, quæ te nõ nouerũt, & in regna, quæ nomẽ tuum nõ inuocauerunt. Quo sane pacto iuste
in dei gloriã & pctõꝝ aduersarioꝝ correptionẽ & infirmoꝝ consolationẽ orabimus vin-
dictam à deo: quo nimiꝝ modo sæpe leguntꝰ sancti non modo petijsse vindictã, sed & ipsi
vindicasse se ab aduersarijs: nimiꝝ, vt sic illi dei gloriam & potentiam agnoscerent, peccare
desinerẽt, deũ nostri habere curã faterent, ac inde imbecilles corroborẽtur consolati, qui sic
deũ suis adesse conspicerent, qui fortassis alioqui ab illo ab eiusq; fide & religione defecturi
fuerant. Sic propheta in persona ecclesiæ orat pro vindicta ad dñm. Quoniã ecce, inqt, ini- Psal. 82.
mici tui sonuerũt, & q oderũt te, extulerũt caput. Sup populũ tuũ malignauerũt consilium,
& co-

& cogitauerũt aduersus sanctos tuos, dixerũt: Venite & disperdamus eos de gente,& non
memoretur nomen Israel vltra,&c. Deus meus pone illos vt rotam,& sicut stipulã ante fa-
ciem venti. Sicut ignis,qui comburit syluam,& sicut flamma cõburens montes. Ita perse-
queris illos in tẽpestate tua,& in ira tua turbabis eos. Imple facies eorũ ignominia, & quæ-
rent nomen tuũ domine. Erubescãt & conturbẽtur in seculũ seculi & confundantur & pe-
reant. Et cognoscant,qa nomẽ tibi dñs,tu solus altissimus in omni terra.

¶Sic sane fratres,nemo inficias ibit,deũ maximũ suo iusto aliquoties iudicio tyrannũ cõ Y
tra tam bonos simul & malos excitare,vt ita per illum resipiscant, vel non resipiscentes hic
Roma.9 & alibi puniantur,boni patientia exerceantur,ad præmiũ æternæ beatitudinis, suáq; dein-
de,quãdo orationibus patientiũ vindicat,gloria augeatur, resplendescat,& appareat, quẽ-
Exod.10 admodũ cũ Pharaone fecit,quẽ ad eũ modũ excitauit,inquiens ad illum: Qui in hoc ipsum
excitaui te,vt ostendam in te virtutem meam,& vt annuntietur nomen meum in vniuersa
Danie.4 terra. Atq; idẽ postea ad Mosen de eodẽ ait: Ingredere ad Pharaonẽ: Ego enĩ induraui cor
eius,& seruorum illius,vt faciam signa hæc in eo,& narres in auribus filij tui & nepotũ tuo
rum,quoties contriuerim Aegyptios,& signa fecerim in eis, & sciatis, quia ego dominus.
Quod & factũ est. Sic & cum Nabuchodonosore egit,qui cũ diu multũq; in populũ domi-
ni sæuijsset,esset'q; tandem à domino populi sui miserante repressus, magnificare in hęc ver
¶Et hactenus de inclyto & admirabili ortu Iesu Christi. Qui & si plerisque causam ignorantibus videri posset abiectissimus, plus tamen habuit sublimitatis, plus potentiæ, plus maiestatis, quàm omnes vnquam habuerunt Cæsares & reges in omnibus suis pompis & triumphis, quemadmodum (deo fauente) in die Epiphaniæ ostendemus. T

¶Quia vero fuerimus pauld fusiorrs, paucis quę dicta sunt, repetemus sub breuiusculis doctrinis. Quarum est prima, Iesum Chrm vere dei filiũ & Messiã mundi, ex virgine Maria esse vere certeque natũ vt patet ex euangelio, qd nihil nõ ponit, qd illius natiuitatis fidem facit, vtpote q natus sit sub Augusto Imperatorr in Bethleem in diuersorio, in nocte testibus angelis, q mentiri nrqueunt, testibus simplicibus pastoribus, q fucare nõ possunt, q & rem suis signis viderunt, Præterea qd oĩa inibi cõtigere, quæ de Chro nascituro pdixere pphetæ. Ita nimirum recte drinde ad incredulos Iudæos dixit dñs: Scrutamini scripturas, qa vos in ipsis putatis habere vitam æternã. Illæ eñ sunt quæ testimoniũ perhibẽt de me. V

Iohan. 5

Ephe. 2. Hebre. 4

¶Secundo, Chrm nobis sua natiuitate salutem peperisse à peccatis nostris, qbus olim morti eramus addicti, & pacem inter deũ & nos, adeo quod nunc habemus eum inibi mediatorem, nostræ infirmitatis expertũ, cui pater nihil negat, quũ in eo sibi bene placuerit. X

¶Tertio eã pacẽ dũtaxat pdesse hoĩbus bonæ volũtatis cuiusmodi sunt, q ita suspiciũt natũ Chrm, qd volũt facere & faciũt, qd ille docet, nolũt qd ille phibet. Et sic ipsis nulla ẽ pax Y

¶Quarto, nos debere deo pro tanta pietate, misericordia, gratia, & tanto beneficio nobis per filium suum natum exhibito laudes & gratias cum angelis decantare. Z

¶Quinto, tum nos deo pro huiusmodi gratia nos agere gratias, quũ re ipsa sequemur, quod paruulus Iesus in sua nos statim natiuitate exemplo perdocuit. Et sunt triplicia, quę eius sequi debemus exemplo. Primo, vt simus pauperes cum eo, q diuitias habere noluit. Secundo, vt simus humiles cum eo, qui hodie se non superbe ostentauit, nec vt magnus videri voluit. Tertio, vt dura & aspera huius mundi patienter feramus cum ro, qui hodie propter nos passus est frigus, & duritiem loci & lecti. &

¶Sexto, vt hæc tria præ cæteris addiscãt, vt sciant pastores ecclesiastici, statimque eant docturi greges suos exemplo & verbo, quod si fecerint, fiet, vt & grex ipsr cum pastoribus, & angelis canant, gloria in altissimis deo. ꝑ

¶HOMILIA SEXTA DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ secundo: Postquàm consummati sunt dies octo &c.

In ferijs dominicæ Circumcisionis.



Leuit. 12

Dies hodierna (fratres charissimi) quę circumcisionis appellari solet, qm in ea dñs Iesus octiduanus fuerit scdm legẽ Mosi circũcisus, nobis plane esse deberet sancta & venerabilis, nec minori sed pari, qua dies dñicæ natiuitatis, lætitia & grarum actione per nos trãsigenda, qñquidem quod nobis in illa per angelum summo gaudio denũtiatum est, idem hodie verbo & facto comprobatũ est. In die etenim dñici natalitij audiuimus angelum non ad pastores solũ, sed ad nos omnes, dicentem: Nolite timere. Ecce eñ euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo, q a natus est nobis hodie saluator, q est Chrus dominus in ciuitate Dauid &c. Hodie vero dicit Euangelista eundem Christum octauo à natiuitate die esse circũcisum, dicique ceptum Iesus. Quo nomen vocatũ sit ab angelo priusq in vtero cõciperetur. In qbus sane verbis duo facta esse intelligimus, hodie non parũ magna, qbus & saluamur & erudimur. A

Luc. 2

Gene. 17

¶Primo qdem dño seruatori nostro, tum adhuc puerulo octiduano nomen est inditũ Iesus ex more Hebræorum, q à sancto patriarcha Abrahã incepit. Ipse eñ quũ primus oĩm circũcisus fuerit simul cũ circũcisione aliud cœpit habere nomen, vtpote q prius Abrã, i. pater excelsus vocaretur, in circumcisione vocari cœptus sit ob fidei meritũ Abraham, i. pater multarum gentium, dño hisce ad eum verbis loquente: Ambula coram me, & esto perfectus. Ponamque fœdus meũ inter me & te, & multiplicabo tr vehementer nimis, erisque pater multarum gentium. Nec vltra vocabit nomen tuũ Abram, sed appellaberis Abrahã, qa patrem multarum gentium constitui te. Et hoc est pactũ meũ, quod obseruabitis inter me & vos & semen tuum post te. Circumcidet ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vrstri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis &c. Eadem die circumcisus est Abram & vocatus Abrahã. Ad eum quippr modum dño nostro hodie impositum est nomen. Nomrn (inquam) tam sanctum tamque gloriosum, vt in eo oĩe genu flectat, cœlestium, terrestriũ & infernorum. Et qd nomrn? Iesus inquam: Cuius sane nominis gloria & sanctitas intrr alia quæ transeo indicia. B

Philip. 2


¶Primo

C ¶Primo subinsinuat inde, qa ipm non decuerit primũ ab hoibus appellari,neq; ab eis
offerri in mundũ,sed ab excellentiore quadam maioriq; natura, vtpote ab angelo,nimirũ
Gabriele,q(vt etiam testat hodie Euangelista,)illud nomen priusq̃ dñs in vtero cõciperet Luc.1
appellauit,inquiens: Ecce cõcipies in vtero,& paries filiũ,& vocabis nomẽ eius Iesus. Est
sane nomen Iesus primum ab angelo vocatum, non autem sed à patre ab æterno impo Esa.62
situm. Iuxta Esaiam dicentem: Et vocabitur tibi nomẽ nouũ,quod os dñi nominauit.
D ¶Scdo,qa solũ sit nomẽ illud q̃d est vel ideo sup oẽ nomẽ,in quo possit homo saluari Acto.4
Non eñ(inqt Petrus)aliud nomen est sub cœlo datũ hoibus,in quo oporteat nos saluos
fieri. In quo & solũ nobis petere debemus,q̃d in salutẽ nostrã speramus necessariũ. Siqdẽ Ie- Iohan.16
sus sit saluator.i.ille q salutẽ adfert, vnde & dñs Chrs hodie hoc noie cœpit appellari, q̃d
illi ab æterno fuerat inditũ,qa solus ipe sit q saluat,in cuius solo noie salutẽ obtinere possu-
mus de seipo per Esaiam dicens: Ego sum,ego sum dñs,& nõ est absq; me saluator. In q̃ Esa.43
& nõ alio(ait Petrus)est salus. Sed à qbus saluat? Nõ tam(inqt Matthæus)à visibilibus ho Acto.4
stibus,q̃ potius inuisibilibus,hoc est,à peccatis,nõ armis pugnando, sed relaxando pctã, Matthæ.1
propter quæ æternæ morti eramus obnoxij,à qbus ille nos oẽs, q suus sumus populus.i. Ephe.2
qui in eius noie,credimus,saluauit. Ideoq; per angelum eius natiuitatis gaudium fore præ
dicabatur omni populo,quia natus esset communis omnium saluator, qui omnes in ipm
credentes,saluaret à peccatis. Vnde & non homo tantum,sed & verus deus,cuius est pec Esa.48
cata relaxare,esse cõuincit Iesus. Id q̃d propheta arguẽs,illius pdicebat nomẽ fore Ema- Luc.5
nuel,q̃d est nobiscũ deus,dicẽs Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ, & vocabit nomen eius Esa.7
Emanuel. Recte nimirũ, hoc est,nomen Iesus dño Iesu ab angelo vocatũ,quod ab æter-
nos os dñi locutum est, vtpote q sit deus filius vnicus totius orbis saluator & non alius.
E ¶Atq; sane fuit hoc nomẽ Iesus dño nostro & antiquũ & nouũ. Antiquũ dico,qa Iesus Esa.49
sit vocatus scdm carnẽ.i.saluator q erat saluator ab æterno scdm diuinitatẽ. Nouũ quoq;
erat, vel ideo illi,qm hoc cœperit noie vocari ab ea proprietate,q̃d oim sit saluator. Vnde Neem.4
& ab oibus ipe discernit,q vl olim isto sunt noie appellati. Illi eñ & si hoc nois habuerint Gene.41
nõ tñ ob vlẽm salutẽ vt dñs noster,sed qa nõ sua sed huius dñi Iesu salutẽ forte in aliq̃ par Iudith.9
ticulari attulerint,q & propterea vere typũ & figurã eius habuisse videri queãt,q futurus
esset oim saluator. Quod Moses ille magnificus lõge p dei spm præuidẽs,q sibi ppararet Nume.27
successor & pnoscens,q̃d is q post se regnũ susciperet,maioris sacramẽti minister existe- Deuter.31
ret Iesum cognoiauit eum q prius Auses parentũ fuerat appellatiõe vocatus,sciens quod
huius vocabuli sacro cuiusdã maioris gloriæ rex,q̃ mortalis natura recipit,poneret. Cu-
iusmodi futurus erat dñs noster,de cuius natiuitate in hæc verba loquebat pastoribus an
gelus: Nolite timere. Ecce eñi euãgelizo vobis gaudiũ magnum,q̃d erit omi pplo,qm na
tus est nobis hodie saluator,q est Chrus dñs in ciuitate Dauid. Vnde satis patefieri puto,
q̃ distent illi,q antiqtus fuere Iesus appellati, à dño nro, qm priores illi Iesus nulli pene
nisi gẽti proprie cogniti sunt,huius aũt veri Iesu nõ solũ nomen, sed & potestas & regnũ
per oẽs nationes & per vniuersum terræ orbẽ diffusum est,nõ solum cognitiõe vocabu
li,sed & diuinitatis cultu & religionis reuerentia consecratum. In omni naq; terra,tanq̃
verbũ & sapia patris tanq̃ deus & dñs Iesus Chrs colit & adorat,sicut buccinator ille euã Philip.2
gelicus de eo testat,dicens: Quia in noie Iesu oẽ genu flectit,cœlestium,terrestrium &
infernorũ,& ois lingua cõfitet,qa dñs Iesus in gloria est dei patris. Et hoc est quod Euan
gelista testatur illum hodie vocatum esse Iesum, vtiq; vt vel noie ipo puer ille testaretur
se nobis id gaudiũ laturum quod nuper angelus denuntiarat,quoniam saluator sit,suũ po-
pulũ à peccatis saluaturus. Et hactenus de primo ex duobus quæ hodierna sunt die facta.
F ¶Secundo, qm hac sit die dñs Iesus à natiuitate octaua secundum legem & consuetu-
dinem circumcisus,quiq; primum hodie suũ profuderit sanguinem, subindicans duo.
¶Primo,nostrã se salutẽ nõ nisi sanguinis sui effusiõe operaturũ,& ideo se nõ solũ in æta
te virili,sed etiã infantili fundere sanguinẽ,& maturæ pati incipere Petro dicẽte: Sciẽtes 1.Petri.1
q̃d nõ corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti estis de vana vra cõuersatiõe paternæ tra-
ditiõis,sed ptioso sanguine agni immaculati Chri & incõtaminati. Cuius sane grã à no-
bis eisdẽ hodie sunt grãe habedę multo humillime,qm in hac circũcisiõe cœperit operari
salutem nostrã,immaculatũ illum pro nobis sanguinẽ fundens. Neq; eñ iam est quærere
Chrianis,cur voluerit dñs Chrus circũcidi. Propter hoc etenim circũcisus est, propter q̃d
natus,propter q̃d passus. Nihil horũ propter se, sed oĩa propter electos. Nec in pctõ ge-
nitus,nec à pctõ circũcisus, nec mortuus est pro pctõ suo, sed propter delicta nostra.
G ¶O admirandã humilitatẽ,o excellẽtissimã charitatẽ & grãm, q̃d q pcm nõ fecit,nec Esa.53
in eius ore dolus fuit,hodie nõ est dedignatus se pctõrẽ reputari,vtpote q̃si pro originali Matth.1
pctõ circũcisus, à quo prorsus erat immunis, nimirũ à spũ scõ sine virili semine in vtero Lucæ.1
castissimo sctissimæ virginis sup naturã cõceptus,in suo nup natalitio ipe, vt ait ppheta:
Mino-

Psal 8 Minoratus est ab angelis dei filius quod humanā naturam induerit, & sit habitu inuētus
Heb.2 vt homo. Hodie vero (q̄d vero stupendum est) minoratus est multominus angelis, q̄a nō
2.Cor.5 solum formam hoīs, sed formā habere peccatoris, & cœpit primū intelligi, q̄d Ap̄lus di-
xit de eo: Eum q nō nouerat pc̄tm̄, pro nobis pc̄tm̄ fecit, vt nos efficeremur iustitia dei
Apoc.21 in ipso. Quod vtiq̨ hodie factum est, quando veluti peccator propter nos pc̄tōres circū-
cisus est, sanguinem suum pro nobis effundens, redemptionis nostræ modum significās.
Roma.8 ¶Sc̄do, vt ip̄e q̄ ē alpha & ω, principiū & finis oñderet carnalē illā circūcisionē in seipso H
Col.2 hr̄e finē, & sp̄ūale hr̄e exordiū, qua deinde vel sola opus eēt oībus q̄ suæ vellēt eē partici-
pes salutis. Est aūt hæc circūcisio nihil aliud q̄ amputatio vitiorū & pc̄tōrū, q̄ fit cultello
Matth.15 pœniæ. Sicut em̄ in circūcisiōe corp̄ali fit amputatio sup̄fluę carnis, sic in circūcisiōe sp̄ūa
li fit amputatio pc̄tōrū, q̄ sola sunt hoī sup̄flua, quū cætera quæq̨ in hoīe sint valde bona.
Gene.17 Qua sane circūcisiōe q circūcisus nō fuerit, peribit, nec ei proderit salus Iesu Chr̄i, scriptu
ra dicēte: Cuius p̄puti caro circūcisa nō fuerit, peribit de pp̄lo suo. Et hoc ē frēs chariffi-
mi, q̄d vobis hodie ex more do & trado, itemq̨ dono vice Strenæ, puerū Iesum circūci-
sum, vt semp̄ recordatione illius conemini vos circūcidere sp̄ūali circūcisione, quā ille in
seipso probauit, & sic demonstrauit, vt nemini velit nisi sic circumciso saluator esse.

¶HOMILIA SEPTIMA DE EO QVOD LEGITVR Luc.2. Erat Ioseph & Maria mater Iesu, mirātes sup̄ his quæ dicebant.

Dominica die infra octauas dominicæ natiuitatis.



Vam nō sit vanū, q̄d sic vbiq̨ & semp̄ nobis ceu res oīno & in primis ad sa A
Iohan.20 lutē æternā necessaria fides incutit Chr̄iana (q̄ est vt Iesum Chr̄m eē creda
mus verū deū & hoīem, eiusq̨ documēta nō aliter atq̨ à deo tradita serue
mus) vel inde est intelligere, qm̄ Euāgelistæ sp̄ū acti sc̄tō nihil æque nobis
sub oculos ponūt, ac ea quibus p̄bat̄ hæc ip̄a fides. Cuius cā ab Euāgelistis
Iohan.3 oīa pene, quæ Chr̄us in terris op̄atus est descripta intelligimus signa & miracula, nimirū
vt per ipsa ad fidem p̄ducamur Iohanne theologo aliàs dicente: Multa alia signa fecit Ie
sus in cōspectu discipulorū suorū, quæ nō sunt scripta in libro hoc. Hęc aūt scripta sunt, vt
credatis, q̄a Iesus ē filius dei, & vt credētes vitā habeatis in noīe eius. Qui em̄ credit in fi-
liū, habet vitā æternā, q aūt incredulus est filio, nō videbit vitā, sed ira dei manet sup̄ eū.
Ad quē sane modū, Lucas euāgelista aliquot recenset testimonia, q̄bus nō obscure accipi
mus vere Chr̄m Iesum esse vnigenitum dei filium, & Messiam in lege promissum, quorū
¶Primū est Symeonis ad Mariā prophetia de effectu Chr̄i aduentus dicētis: Ecce po B
situs est hic in ruinā, & in resurrectionē multorū in Israel, & in signū cui cōtradicet. Q.d.
Iohan.15 Hic filius tuus per aduentum suum positus est, & à deo statutus & ordinatus in ruinam. s.
superborū se stare putantium, quorū grauis erit dānatio, qm̄ salutem per Chr̄m acquisitā
Matthæ.11 spreuerunt, de quibus ip̄e ait: Si non venissem, & eis locutus fuissem, pc̄tm̄ non haberent.
Et in resurrectionem multorū. s. humilium se non stare reputantium, q in eum credentes
resurrexerūt à peccatis per eū. De q̄bus ad patrē ip̄se, cōfiteor tibi (inq̄t) dn̄e pr̄, q̄a abscō
disti hęc à sapiētibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Et dicit signāter in Israel, qm̄
multi Iudęi à veritate cadētes fuerīt excęcati & multi pri' simplices & ignorātes illūīnati.
¶Et sequitur, positus quoque est in signum, scilicet, fœderis & reconciliationis inter C
deum & hominem. Cui contradicetur.
Psal.26 ¶Primo, per Iudæos & Paganos & hæreticos sua infidelitate domino repugnantes. D
Heb.6 De quibus ip̄se: Insurrexerunt (inquit) in me testes iniqui, & mentita est sibi iniquitas.
Titum 1 ¶Sc̄do, p̄ prauos Chr̄ianos, malis op̄ibus ei cōtradicētes, & ip̄m denuo crucifigētes, q E
2.Petr.2 (vt scribit Paulus) cōfitent̄ se nosse deū, factis aūt negāt. Illis nimirū Chr̄s venit vsq̨adeo
Esa.8 in ruinā, vt plus q̄ alij dānent̄. Ex quo sane claret Iesum esse Messiā, q̄a & p̄pheta aliàs ia-
lē fore p̄dixerit in p̄sona dei pr̄is, dicēs: Dn̄m exercituū ip̄m sanctificate, ip̄e pauor vester
& ip̄e terror vester, & erit vobis in sanctificationē, in lapidē aūt offensiōis, & petrā scāda
1.Petri.2 li duabus domibus Israel. Et in laqueū & in ruinā habitātibus Hier̄lm. Et offendēt ex eis
plurimi, & cadēt, & cōterent, & irretient̄, & capient̄. Est igit̄ Chr̄us in ruinam positus ma
lis, in resurrectionē vero bonis. Petro in hæc verba exponēte: Vobis igit̄ honor credenti
Sap.2. bus, nō credētibus lapis offensiōis & petra scādali, q offendūt verbo nec credūt, in q̄ posi-
Romanā.8 ti sunt. Quibus Chr̄us est offensio nō causal̄r, sed occasional̄r, vtpote q̄d illi se in ip̄o sua
malitia offendūt & damnāt. De q̄bus scriptura: Hæc (inq̄t) cogitauerūt & errauerūt. Exce
cauit em̄ illos malitia eorū. Sūt em̄ q̄bus oīa cooperant̄ in bonū, sunt q̄bus propter malā F
p̄uersæ volūtatis dispositionē oīa etiā bona cooperant̄ in malū. Sic difformiter Chr̄s nō
secus est bonis resurrectio, & malis ruina, q̄ flos suauis est & odorifer apibus & araneis.

¶Secun

F ¶Scdm est eiusdē prophetia dr dñica passiõr, quæ cum scriptura cõcedat. Siqdem scriptura adfirmauerit fore, vt Chrus filius dei pro nobis mortē crucis eēt subiturus. Esaias Esa. 53
em pdixit: Oblatus est, q a ipse voluit, & nõ aperuit os suũ. Sicut ouis ad occisionē ducet, & q̃si agn⁹ corã tōdēte obmutescet, & nõ aperiet os suũ. Et ipsi⁹ denicq; aduersarij p scripturã dixerũt: Cõtumelia & tormēto interrogem⁹ eũ, vt sciam⁹ reuerētiã eius, & pbemus patiētiã ipsius. Morte turpissima cõdēnemus eũ. Si em est verus filius dei, suscipiet illũ, & liberabit illũ de manib⁹ cõtrarioꝝ. Illi⁹ aũt passionē Symeon hodie pphetizat sub passiõe diuæ virginis, inqens: Et tuã ipsi⁹ aĩam ptrãsibit gladi⁹. Quib⁹ verbis nõ vult Symeon virginē Mariã aliqñ pati ferro qd nulla dicit historia, quũ illã aĩa & corpe hinc ad cœlos sumptã credim⁹, pferti quũ nõ aĩa, sed corp⁹ ferro soleat interfici, sed vult tantã eius filij futurã passionē, vt dolor, quē ex ea passiõe sit habiturã, q̃si gladius qdã sit ei⁹ aĩam cruciatur⁹, qñqdē tãetsi illa Chrm, vtpote dei filiũ spõte ppria mori sciret, mortēq; ipam nõ dubitaret eē deuictuꝝ, ex sua tñ carne, per rauũ nõ sine summi doloris adfectu potuit videre cruciari & crucifigi. Sapi. 2
G ¶Quia em dubitat doloris gladiũ ptrãsisse aĩam benedictæ mris Mariæ, qñ illũ primo captũ & ligatũ audiuit, & à Iudæis Caiphæ psentatũ: qñ eũ in die parasceues vidit exire, crucē portãtē inter duos latrones, cõspuũ, flagellatũ, & coronatũ ad locũ crucis & turpissimæ mortis: qñ eũ vidit exui, nudũ & cruci clauis adfigi: qñ vidit illũ in cruce eleuari, & ab oĩbus passim ptereũtib⁹ cõuiciari: Vah, q destruis tēplũ dei, & in triduo reædificas illud: &c. qñ audiuit eũ petere bibere, & ipa illi haustũ aq̃ dare nõ potuerit, sed datũ fuerit illi vinũ cũ felle mixtũ: qñ vidit illũ p maximo dolore clamãtē: Deus meus, deus meus, vt qd me dereliqsti: qñ pre magna pœna in cruce magna voce spm emittere viderit: qñ post mortē ei⁹ cor ipsius lãcea psoratũ vidit: qñ corpus Iesu depositũ est de cruce, qd in brachia sua suscepit, oĩa eius vulnera osculans: Quis (inquã) dubitat, quũ talia & ro[illegible] filia mr benedicta vidit, gladiũ doloris aĩam ipsius ptrãsisse, iuxta Symeonis hodie pphetiã: Nimiꝝ fuit diua virgo tũ plus q̃ martyr, q in aĩa, parte ipassibili, adeousq; sit passa, & pfecto qs illa pariēs dolores effugit, hos tpe passiõis dñicæ ineffabilr sustinuit. Et sequit hodie Matth. 27 Marc. 15
H ¶Vt reuelarent ex multis cordib⁹ cogitatiões, vtpote q antea fuere occultæ dño patiēte sunt reuelatæ & patefactæ. Tum em patuit malitia sacerdotũ, odiũ Iudæoꝝ, duritia ppli, incõstantia Pilati, auaritia Iudæ, pusillanimitas Petri, & alioꝝ apsloꝝ, & cõstãtia virginis Mariæ, vtpote immobilr manētis, quũ & apsi dubitauerint vsq; dũ viderũt ipm à mortuis resurrexisse.
I ¶Tertiũ ē, cõfessio Annæ viduæ eiusdēq; pphetissæ, q Iesum eē adfirmauit, q redēptur⁹ eēt Israel. Eã vero testē eē fidedignã, vt hinc Euãgelista subindicat, qd vidua multo tpr cœlebs vixerit, qd de nobili gñe fuerit, qdq; frequēs in tēplo orauerit & ieiunauerit, pijs, ac bonis opibus maxime debita. Qua in parte medacij impij cõuincunt, q bona opa ceu sunt frequentare tēpla, inibi orare & canere, ieiunare, hocq; genus alia ceu ioania negligũt, quũ tñ per ea meruerit Anna videre Chrm & illi benedicere. Sed qd helluones istis: quum Apslus dixerit bona opa præparasse deũ, vt in illis ambulemus. Addiderim nos vocationē & electionem nostram (Petro teste) non nisi per opa bona posse facere certã. Ephe. 2 2. Petr. 1
K ¶Quartũ est, adseueratio euãgelistæ, quũ dicat puꝝ. s. Iesum creuisse & cõfortatũ, plenũ vtpote sapia, in q & dei grã fuit. Id qd profecto certæ diuinitatis fuit argumētũ. Alioq̃ qlis aut q̃ta posset eē sapia in puero q̃draginta natos dies: nimiꝝ puer ille erat, in quo ab instãti suæ cõceptiõis thesaurierãt oẽs sapiæ & sciæ, & cui spũs grãæ nõ erat datus ad mensurã. Id qd infans in seipo euidẽter testari poterat, nisi more humano secũ oĩa pptrr nos agi voluisset. Ex ijs mõ non vulgariter patefit Chrm esse veꝝ deum & hoiem. Coloss. 2 Iohan. 3

¶HOMILIA OCTAVA DE EO QVOD LEGITVR Matthæi secundo: Cum natus esset Iesus in Bethlrem &c.

A In ferijs Epiphaniæ dominicæ.



Ohannes Euangelista summus ille idemq; verus theologus, quã mox in sui euãgelij frõtispicio nõ pauca multa & sane plus q̃ admirãda recēsuisse argumēta, qbus Iesum Chrm in tpe ex Maria virgine natũ eē veꝝ deũ adeoq; dei filiũ incõuincibilr pbauit, tãdē adeoq; oẽs apsłos, coæqueuos suos in testimoniũ Iesu Chri diuinitatis adciuit, ingens: Et vidimus gloriã eius, gloriã q̃si vnigenti ã pře. Quasi diceret, more loquēdi protrito. Quid multis: Quã ipsi q familiariter cũ eo. s. Iesu Chro viximus, plane vidimus & intelleximus maiestatem gloriosam diuinitatis ipsius, cognouimusq; in eo gloriã, qualis decet eũ, q vnigenitus est à pře æterno non adoptiõe, sed natura, gloriam dico, diuinã illius, plane nõ alio nisi vnigenito filio dei Iohan. 1
dignam,

dignam, vtpote quantam nec angelis, nec prophetis, nec patriarchis vnquam exhibitam
esse vllus meminit, sed qua deus pater vnicum filium suum honestare voluit. B
¶Sed quorsum hæc frēs? Scio nō paucos, nec indoctos nōnullos ea in parte interroga-
re, qualis fuerit illa gloria, p quā apłi cognouerūt Chr̄m esse vnigenitū dei filiū, quę nō alijs
vnq̄ sit exhibita? Eqdem illoꝝ opinatiōes transiens, & si nō dubitem Apłos per eā gloriā
cognouisse Iesum esse naturalem filiū dei, quā viderunt in illo in ædendis miraculis, in p-
menda cœlesti doctrina, in visione montis Thabor, & id genus signis & miraculis, haud
tamen esse putauerim, q negent Euangelistam & eam intellexisse gloriam, qua deus pater
illum mox à tempore conceptionis & natiuitatis illum ipsum filium suum sic glorificauit
vt plane credi potuerit filius nō hoīs solum, sed & vna dei oīpotentia. Nonne eñ (quęso)
Matth. 1 dn̄s Iesus vt verus deus tum glorificatus est, quum sp̄ū sancto cooperante de solo matris
Luc. 1 sanguine cōceptus ē, & cuius mēbra & lineamēta sil' vno noīe facta sunt, & cui prima die,
primo momento cōceptiōis anima rationalis simul cum verbi persona venit ad corpus? C
¶Sūt ne (quęro) hæc parua gloriæ diuinę indicia? Hæc nimiꝝ gloria specialis est & pro
pria dño Iesu Chr̄o, nullis ex hoīe natis hactenus cōcessa, nulli (inquā) vel Cæsari, vel regi
vel quamlibet magno exhibita, qn̄quidem ex viri semine cōcipiāt matres, ip̄ḿq; semē vir
tutem genitiuā accipiat in alijs fœtibus à masculo, ast in cōceptiōe Chr̄i, sanguis inteme-
Luc. 1 ratæ virginis vim seminis accepit à deo. Per varias transmutatiōes in alijs fœtibus inte-
Esai. 1 gri corpis membra & liniamēta cōsurgunt. Adijcit masculis fœtibus aīa rōnalis post qua
dragintaq̄nq; dies à cōceptu numeratos. Deinde nōne glorificatus est dn̄s Iesus vt verus
deus, qn̄ infans in præsepio positus etiam à iumentis rōnis expertibus, asino. s. & boue ceu
creator & possessor oīm fuit cognitus & adoratus? Nōnc tum quoq; dn̄s Iesus est glorifi-
catus vt deus, qn̄ cum angelo ipsius natiuitatē annuntiante subito facta est multitudo cœ
Psal. 23 lestium exercituum laudantium deum & dicentium: Gloria in altissimi deo? Siqdem illi
plane testati sint, hunc illum infantem esse regem gloriæ dominuḿq; virtutem.

¶HOMILIA NONA DE EO QVOD LEGITVR: Matthæi secūdo: Cum natus esset Iesus in Bethleem &c.

In eisdem Epiphaniæ dominicis ferijs.



IN gloriosa natalitij Chr̄iani die diximus, & si plerisq; videat Iesu A
Chr̄i natiuitas oīm multo despectissima, ip̄am tn̄ (si veris indicijs
æstimet) plus habuisse sublimitatis, plus potētiæ, plus maiestatis,
plus gl̄iæ q̄ oēs cęsares, oēs reges, oēśq; satrapæ in oīb⁹ suis pōpia
ac triūphis habuere. Cęteꝝ audio nō deesse, q̄s (vt sunt q vl' blādi
ctissima rep̄hēdūt) hoc q̄d dixim⁹ pessime habuit, se q; fateri, q̄d hu
millima fuerit dn̄i natiuitas, sed negare, q̄d tm̄ gl̄ię in se illa habue
rit. Si seruator (inquiūt) est Iesus, ideḿq; Chr̄s. i. dn̄s, cur puer in-
fans ex matre natus pānis inuoluit, in præsepio ponit? Et vbi ap-
parent, quæ illius regiā & diuinā maiestatem & gloriā arguūt? B
Iohan. 1 ¶Rn̄deo nihil inibi humile videri, sub quo nō lateat mirāda quædā gloria deo & rege di
gna, quā & se vidisse Iohānes euāgelista testat, dicens de hoc puero infantulo. Et vidim⁹
gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à p̄re. i. in eo vidimus gloriā, q̄ nō nisi veꝝ dei vnigeni
Esaiæ. 7 rum nec aliū vel quālibet eximiū Imperatorē, vel regē, vel dn̄m vl' p̄riarchā, vel pphetā,
Matth. 1 vel angelū deceat. Sed q̄ & qualis illius sublimitas, potentia, maiestas & gloria? Nimiꝝ q̄d
Esa. 9 puer sit idḗq; deus, vtpote cui nomē Emanuel, q̄d ē nobiscū deus. Paruulus vtiq; puer est
sed cuius factus est principatus sup humeꝝ eius, quíq; vocat admirabilis, cōsiliarius, deus
Esa. 7 fortis, p̄r futuri seculi, princeps pacis. Puer (inquā) est & natus de m̄re, sed q̄ virgo, porta
Ezech. 44 nunq̄ neq; referata, neq; reserāda atq; cuius sine dolore partus fuit. Infans ē puer, sed ver
bū infans, vtpote cuius ne infantia qdē taceat, q̄d in duro suo diuersorio, stabulo & p̄sepio
Matth. 7 clamet, inqens: Intrate p angustā portā, qa lata porta & spaciosa via est, q̄ ducit ad pdi-
tionē. Angusta vero porta & via est, quæ dicit ad vitā. Infans eñ ille clamat, vt mollia &
Acto. 14 carnalia vitemus, dura vero & aspera suscipiamus, qm̄ p multas tribulatiōes oportet nos
Matth. 6 ingredi in regnum cœloꝝ. Infans ille pānis inuoluit, sed q miro mō sic vestit totum orbē
Luc. 12 qualis nō fuit Solomon in oīni gloria sua. Infans ille ponit in p̄sepio, sed q deus est in tē-
Psal. 10 plo suo sancto, & cuius cœlū sedes, & terra scabellū est, de se dicens: Cœlū & terrā impleo
Psal 92 Nunqd (quæso) tibi humilis & nō gloriosa videt Chr̄i natiuitas, imo gloriosa æque atq;
Hiere. 23 humilis. Gloriosa ppter seip̄am, humilis ppter nos, vt humilitatē nos doceret. Exemplū
Iohan. 13 (inqens) dedi vobis, vt quēadmodū ego feci, & vos faciatis. Discite à me, qa mitis sum &
Matth. 11 hūilis corde. Vñ Apłus: Hoc eñ (inqt) sentite in vobis, q̄d in Chr̄o Iesu, Qui cū in forma
Philip. 2 dei esset

dei esset, non rapinã arbitratus est, esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formã Philip.2
serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

C ¶Si proinde credis vilia, crede mirifica. Si de ijs q̃ humilitatis sunt, disputas, q̃ alta sunt
cœlestia venerare. Si Iesu infantia diuinã gloriã cognoscere studes, fac, causam ipsius hu-
militatis discutias. Quod si feceris, oino fateare oportet, tantũ maiestatis & gloriæ in na-
talitio Christiano fuisse, q̃tũ nõ in oĩbus pompis & triũphis oim Cæsarũ & regũ. Ostẽde Hiere.23
mihi, obsecro, pter Christũ, qui puer sit, idẽq; deus ab æterno, natus de virgine, qui infans
loquutus sit, quiq; sua maiestate cœlũ & terrã impleat? Nõ vtiq; est alius, nisi Chrs dñs, q Psal.8
natus est nobis saluator in Bethlehẽ. Cuius plane diuinã & regiã maiestatẽ hodie cœli, id
est, sydera cœlestia, iuxta prophtã, enarrarũt, adeo reges ipsi de vltimis terræ finibus, stel
la puia venientes, tã cognouerunt, q̃ testati sunt testimonio euãgelistæ veridici, dicentis:
Cũ natus esset Iesus, &c. In quo nimirũ euãgelio Christi Iesu pueri infantis diuina & re-
gia maiestas, potẽtia & gloria nõ sine nostra informatione multis plane modis relucet.

D ¶Primo, qm̃ ad illũ nuper natũ tanti viri, vtpote reges, ijdẽq; sapientes & quidẽ à tam
longinquo venerint: nimirũ ab oriẽte. Quod vero sapiẽtes fuerint, testis est euãgelista, q
eos appellat Magos. Quos vero Græci philosophos, nos sapientes vocamus, Persæ ap-
pellãt Magos, & sunt, q sapiẽtia pollent & bonarũ scientiarũ studio sunt addicti, maxime
astrologicæ disciplinæ, cuiusmodi Persæ plerũq; semp & Chaldæi fuere, ex qbus fuerũt,
qui ad Christũ nuper natũ venerũt. Reges aũt eosdẽ fuisse, testis est propheta, qui de illis
iamdudũ prophetizans vocat eos reges, inquiens: Reges Tharsis & Insulæ munera offe- Psal.71
rent, Reges Arabũ & Saba dona adducẽt. Et Esaias quoq; pdixit: Et ambulabũt gẽtes in
lumine tuo, & reges in splẽdore tui ortus. Fuere nimirũ illi tam noie q̃ re reges, vtpote, q Esa.60
simul regno & sapiẽtia potiti fuerint, qñ tum tẽpora philosophi & sapiẽtes regnauerint:
quũ non poterat potentior esse, nisi melior: quare & felices tunc creditæ sunt respub. quæ
vel à sapientibus, vel à sapiẽtiæ studiosis regebant. Atq; vtinã illa nobiscum aliquãdo sint
tẽpora, nempe aurea. Quod aũt à longinquo venerint, cõstat, quia ab oriente, i. de finibus Ibidem.
Persarũ, Aethiopũ, Medorũ & Chaldæorũ & Arabum, procul à Iudæa distãtium, prophe
ta subinsinuante, quũ ait ad Hierusalem: Filij tui de longe venient.

E ¶Nõne magna gloria, q tanti viri à tã longinquis terrarũ finibus peruenerũt? Ad cuius
quæso vnq̃ regis natalitia sic & tãti viri perrexere? Profecto hæc est illa regia gloria, quã
tantopere gratulat propheta Hierosolymis, dicẽs: Surge, illuminare Hierusalem, quia ve Ibidem.
nit lumen tuũ, & gloria dñi super te orta est, & in te videbitur. Docemur aũt, vt illorũ ex
emplo veniamus à longe, id est, à dimissis peccatis ad Christũ quærendũ, quærẽtes apud
illũ pro peccatis gratiã, Paulo dicente: Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius, Hebr.4
vt misericordiam cõsequamur, & grãm inueniamus in auxilio opportuno.

F ¶Secũdo, apparuit infantia gloria, q stella q̃dã specialis & vere regia, natiuitatẽ ei⁹ cœ
litus, & ipsius locũ declararit, q̃ duce, reges Hierosolymã venerũt, illisq; ipsis dicẽtib⁹: Vbi ẽ, Nume.24
q natus est rex Iudæorũ? Vidimus em̃ stellã eius in oriẽte: q̃ nimirũ noua & admirãda stel
læ spẽs, indicauit stellã illã quã pphetia designarat exoriturã ex Iacob: quã illi resciuerũt
nunciã esse magni cuiusdã dei & regis, qm̃ astronomi erãt & ex Balaam coniectore, q de
hmõi stella pphetarat, progenitis q inuẽto illius ex libris antiquioribus oraculo. s. orietur
stella ex Iacob, &c. intellexerũt mysteriũ Chri, ideoq; natũ adire voluerũt: quẽ cognoue
rũt esse regẽ nõ vulgarẽ quẽpiã atq; ex nũero cæterorũ, sed insignẽ & incõparabilẽ & pla-
ne cœlestẽ & diuinũ, cuius potentiã, sapiẽtiã & bonitatẽ, humanitatẽ maiorẽ, totus orbis
eẽt expturus: nẽpe, cuius ortũ & dignitatẽ stella à seculo prius nõ visa declararet, nec alijs
cõsimilis stellis, vt q̃ & ĩ die fulserit, & ad motũ Magorũ se mouerit, & ad quietẽ eorũ quie
uerit: q̃ & à septẽtrionali parte, q̃ est Persidis ad meridiẽ, in q̃ est Hierl'm, mouebat. Id q̃d
nulla facit stella aliaque admodũ de eius cõditione anno superiore multis disputauimus.

G ¶Nõne & hæc magna est infantia gloria? Vtiq;, de qua & propheta dicit: Cœli enarrãt Psal.18
gloriam dei: nõ talis vnquã stella natũ significauit regẽ, vel quamlibet magnũ: quam & di
uinã fuisse & angelicam quandã virtutẽ in figura syderis apparentem credimus.

H ¶Vnde & instruimur nos nõ aliter ad Christũ venturos, nisi eius stella. i. virtute ipsius
duce, eo ipso dicẽte: Sine me nihil potestis facere. Quare ad eũ venire cupiẽtes & quid ei Johan 15
gratũ facere optãtes semp initio pcemur cũ ppheta: Deus in adiutoriũ meũ intende. Dñe Psalm.37
ad adiuuandũ me festina. Dñe labia mea aperias, & os meũ annuntiabit laudẽ tuã, &c. Psal.50

I ¶Tertio, q viri tanti diuino spũ adflati ad ipm adorandũ venerint, ipsis dicẽtibus: Et
venimus adorare eũ. Quod & pfecerũt, dicẽte euãgelista: Et ecce stella, quam viderãt in
oriẽte, antecedebat eos, vsquedũ veniẽs staret supra, vbi erat puer. Videntes aũt stellã, gaui
si sunt gaudio magno valde. Et intrãtes domũ, inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius &
procidẽtes, adorauerũt eũ. Id q̃d dudũ antea prophetarat Dauid, inquiẽs: Corã illo pro-

Psal.71. cident Aethiopes. Et adorabunt eum omnes reges.

¶Nonne hoc plus q̃ regiæ est maiestatis & gloriæ? proculdubio, siquidem diuinæ dū- K
taxat gloriæ & maiestatis, quum solum regem regum & dominū dominantium deceat,
quum solus deus sit adorandus, qualis erat infans ille.

¶Sed quis hac in parte nō admiret Magoꝝ tā fortitudinē q̃ fidē & Iudæoꝝ impietatē? L
Deuter.6 quā em̄ ꝑtexeret defensionē, quū Magi, hoīes cultui idoloꝝ dediti, crediderūt, ipsi vero,
Matth.4 vtcūq; pphetaꝝ scriptis edocti, māseeūt increduli, īīdē'q; Christū vsq; ad mortē ꝑsequuti
sunt, ad quē ꝑ tantū spaciū Magi venerūt? At sic impletū est, q̄d ꝑdictū est ꝑ prophetā di
Esa.55 centē: Ecce gētes, q̃ te nō cognouerūt, ad te currēt. Quod & in illoꝝ propriā cōdēnatio-
Matth.8 nē dn̄s deinde repetiuit, dicēs: Dico aūt vobis, q̄ multi ab oriēte & occidēte veniēt & re-
cumbent cū Abrahā & Isaac & Iacob in regno cœloꝝ, filij aūt regni eijcient in tenebras
exteriores. Id q̄d fore hodie arguunt Magi, qui Iudæis propria culpa reiectis, personam
gentilium deinde ad fidē venientiū gerentes, dicunt: Vbi est qui natus est rex Iudæoꝝ?
Vidimus em̄ stellam eius, & venimus, scilicet in propria persona, adorare eum.

¶Sed vnde, quæso, o Magi tanta vobis audacia? nunquid ignoratis, q̄ quicunq;, rege M
viuente, alterum regem pronunciat aut adorat, punitur in sanguine?

¶Atq; vnde, o Magi tāta vobis fides, q̄ infantē vt regē veneramini, & vt deū adoratis N
pueꝝ lactentē, in tuguriolo vili, in vilibus pānis iacentē. Si rex est, vbi aula regia, vbi thro
nus, vbi curiæ regalis frequētia? Nunq̄d aula est stabulū, thronus ꝑsepiū, curiæ frequētia
Ioseph & Maria? Nōne vos offendit vilis habitatio stabuli, nōne paupertas cunæ ꝑsepij,
1.Cor.3 nōne vos paupertis matris ꝑsentia, nō lactētis scādalizat infantia? Nunq̄d frēs charissimi
(ad vos responsurus me cōuerto) sapiētes vobis videnf factē eē insipiētes? Vtiq; & recte nī
mirū, qm̄ q vult (ait aplus) eē sapiēs, fiat stultus, vt vere sapiēs sit secūdū deū, nō secūdū mū
dū, qm̄ sapiētis huius mūdi stultitia est apud deū. O igif vere apud deū sapiētes Magi, qui
sic Christū dei virtutē & sapientiā cognouerūt, q̃ est vnica & sola sciētia, imo & vera vi-
ta. O proinde beati terq; beati Magi, q̄ regē futuꝝ cōsiderātes ꝑsentē nō timuere, parati
mori pro Christo, quē nondū viderāt, qui ante cōspectū crudelissimi regis priusq̃ Chri-
stū viderūt, Christi sine formidine facti sunt, cōfessores, dicētes: Vbi natus est rex Iudæo
rū, vidimus em̄ stellā eius, & venimus adorare eum? &c. Quo in loco fratres charissimi.

¶Primo admonemur serio ne nobis in ecclesia otiosis, alij in locū nostrū recipiant, no O
bis expulsis, quēadmodū Iudæis olim factū est, quibus ipse Iohānes quondā non tantum
Matth.3 sed & nobis dixit: Facite fructū, pœnitentia dignū. Et ne velitis dicere intra vos, patrem
habemus Abraham. Dico em̄ vobis, quoniā potens est deus de lapidibus istis suscitare fi
Roma.11 lios Abraham. Et Apostolus quoq; ait: Noli altū sapere, sed time. Si em̄ deus naturalibus
ramis nō pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē & seueritatē dei. In eos
quidē seueritatē qui ceciderūt, in te aūt bonitatē dei, si permanseris in bonitate. Alioquin
& tu excideris, &c. Id quod ipse dn̄s alibi confirmat dicens: Malos male perdet, & vineā
Matth.21 suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.

Deut.6 ¶Secūdo, vt Christū ceu natura dn̄m & deū veneremur & adoremus cū Magis testi-
Matth.3 monio omnium scripturaꝝ, nec alium, quū solus sit vnus adorandus deus in trinitate.
Marc.1. ¶Tertio, ne aliquo terrore vel humano adfectu ducti ab eius veneratiōe, cōfessione & P
adoratione deficiamus, parati etiā eius nomine mori cū Magis, memores eius, q̄d ipse dn̄s
Matth.10 ait: Qui cōfitebitur me corā hominibus, confitebor & ego eū corā patre meo, q in cœlis
est. Qui aūt negauerit me corā hominibus, negabo & eū corā patre meo qui in cœlis est.
Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius
timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

¶Quarto, ne scādalizemur ex vilib⁹, q̃ de Chr̄o scripta legim⁹, verū memores simus, q̄ Q
(vt Paulus scribit) deo placeat ꝑ stultitiā ꝑdicatiōis, saluos facere credētes. Siquidē q̃ stul
ta sunt mūdi elegit de⁹, vt cōfundat sapiētes, & infirma, vt cōfundat fortia & ignobilia &
cōtēptibilia, & ea q̃ nō sunt vt ea, q̃ sunt destrueret, vt nō glorief oīs caro in cōspectu ei⁹.

¶Vtq; doceret, nihil quod placeat huic mundo pertinere ad suū regnū, qui & ideo vi- R
demus ipsum nō multos sapiētes, nec multos potentes, nec multos nobiles vocasse: qui &
ideo nuper natus nō primo in vrbibus opulentis, nō in aulis principū, non Cæsaribus, nō
regibus, non ꝑsidibus, non pharisæis, non scribis, nō pontificibus, hoc'q; genus mūdi po-
tentatibus & sapientibus, sed in Bethlehem, in diuersorio, in stabulo, in ꝑsepio, humilibus
pastoribus, & hodie simplicibus Magis & peccatoribus innotescere voluit. Quam sim-
plicitatem ipsi arguunt, simpliciter quærentes, Vbi est, qui natus est rex Iudæorum. Vidi
mus em̄ stellam eius, & venimus adorare eum, &c.

¶Quarto illius illucescit gloria, regia & diuina, q̄ ipso adhuc infante dūtaxat per Ma
gos nominato rex Herodes fuerit turbatus vnà cum eo omnis Hierosolyma.

¶Nonne

¶Nõne id fuit maiestatis & admirãdæ potẽtiæ, q̃d cũ nullo alio rege vnq̃ cõtigisse legimus. Quid enĩ adeo timet Herodes infantulũ, q nõ modo inermis ipse est, sed & q nihil secũ habet armorũ neq; amatorũ, q nec in mũdo hoc erat regnaturus, cuius regnũ de mũdo nõ erat, quẽ nec regnũ Herodis capere potuisset, q cœlũ & terrã iplet, atq; vbiq; regnat. Iohan. 18 Hiere. 23

T ¶Sed hoc monemur loco, vt timeamus hũc regẽ Cristũ, sed patris dexterã iam sedentẽ, ne nobis in tribunali suo aliquãdo sit timendus. Quõ enim illũ putemus pro tribunali sedentem malis fore formidabilem, qui tanto fuit tremori regi impio infans adhuc & matris vbera lambẽs? Siquidẽ reges terræ & principes & tribuni & diuites & fortes, ait Apocaly. abscondent se corã illo venturo ad iudiciũ in speluncis & in petris montiũ. Et dicturi sunt: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit stare? Apoc. 6

V ¶Quinto, eius elucescit gloria plane regia & diuina, qm̃ Magi, ĳdẽq; reges intrãtes domũ, & procidẽtes & adorãtes, apertis thesauris, munera obtulerint. s. aurũ, thus, & myrrhã, qbus infantẽ plane talẽ cõfessi sunt, qualis fuit, est, ac erit, vtpote summus deus, summus rex & sacerdos homo, qualẽ certe reges habuere, q procidẽtes, illũ vt regem venerãtur, & vt deũ adorant, & qualẽ corde crediderunt, talem muneribus testati sunt, singuli tria munera offerentes. s. aurũ, thus & myrrhã. Illi quidẽ aurũ obtulerũt, quia illustrati fuerunt puerũ esse regem regum, cuius regni nõ erit finis, cui subditi pendũt aurũ: thus, qm̃ eundẽ intellexerũt esse deũ, cui ex antiquo more thura adolemus, qbus & in oblationibus sacerdos vtitur, quũ esset & puer ille sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Itemq; & myrrhã, qm̃ & illũ pro salute hominũ sciuerũt moriturũ: siquidẽ mortuorũ corpora myrrha cõdiuntur, vt seruent incorrupta, qm̃ myrrha arefacit & exiccat humiditatem, & nõ finit innasci vermes. Obtulerũt itaq; reges puero aurũ, vt magno regi: thus, vti vero deo & summo sacerdoti: myrrham, vt homini pro salute omnium morituro. Mich. 4 Luc. 1. Psal. 109 Hebr. 7

X ¶Nõne, q̃so, hæc maiestas, potẽtia, gloria & sublimitas, q̃ Chr̃o in ei9 natiuitate fuit exhibita? Quis, oro, dñorũ vnq̃ tãtã habuit in oĩbus suis põpis & triũphis potẽtiã, maiestatẽ & gloriã? Nullus vtiq;, quãdoquidẽ nec fuerit, quẽ decuisset p̃ter Christũ, deũ & hoĩem.

Y ¶Superest demũ, vt & illius maiestatẽ venerãtes & euntes ad Bethlehẽ. i. cor nostrũ domũ panis, vnà cũ Magis illi offeramus. Primo, aurũ, credẽtes eũ esse omniũ regẽ, qui vbiq; regnet. Secũdo, thus, credẽtes eundẽ esse verũ deũ & omniũ creatorẽ. Tertio, myrrhã, nõ dubitantes eundẽ hominẽ propter nos esse natũ & mortuũ. Atq; hãc fidẽ re ipsa testemur, offerẽtes illi. Primo, aurũ dilectiõis pia opera producẽtis, qm̃ ipse pro nostra salute subĳt pœnã passionis. Secũdo, thus deuotæ laudis p gratiarũ actionẽ. Tertio myrrhã cõpassionis p mortis eius recordationẽ. Præterea offeremus in Bethlehem. i. in corde nostro, q̃d domus est panis. Primo aurũ. i. rectã fidẽ, sapiẽtiã & doctrinã. Secũdo, thus. i. deuotã orationẽ, quæ vt incensum veniat in cõspectu altissimi. Tertio, myrrhã. i. amarã pœnitentiã pro pc̃tis, q̃ cõsistit in carnis mortificatione & bona operatione. Quẽ sane illationis modũ hodie Magi nobis in mysterio reliquerũt, personã nostri omnium gerentes.

HOMILIA X. DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ. 2. Cum factus, &c.

Dominica infra octauas Epyphaniæ.

A RVrsus & in hodierno euãgelio relucescit gloria Iesu Chr̃i, pueri adhuc annos duodecim nati: gloria, inquã, q̃si vnigeniti à patre, q̃d statim in puerilibus adhuc annis sic suã declarauerit diuinã prudentiã & scientiã, vt ad illã vel scribæ doctissimi obstupuerint, nescĳ, q̃ is esset puer, in quo oẽs thesauri oĩs scientiæ & sapiẽtiæ laterẽt, qui solus est ac vnicus magister, q alios docuit, q̃d & ipse à nullo didicit, quiq; q̃d docuit, ipse prius in semetipso sic perfecit, vt om̃is eius actio prorsus sit facta instructio nostra. In quo, quid pueros, quid iuuenes, quidq; senes, & in summa, quid plerosq; omnes deceat addiscere, est, Qui hodie perdocet. Iohã. 1. Coloss. 2 Acto. 1 Iohan. 13

B ¶Primo, puerũ in primis eẽ instituendũ in ĳs, q̃ dei sunt, vt est fides in deũ vera & q̃ inde procedit opatio. Sic Adam filios, q̃s duos habuit, cœli numẽ primo docuit venerari, quorũ vnus frugũ primitias, alter agnos deo in holocaustũ dedit. Sic Iob doctrina & exẽplo liberos ad tolerantiã & quandã animi tranquillitatẽ instruxit. Sic Tobias filium suũ ab infantia deũ timere docuit. Sic Christus hodie fuit in ĳs, quæ patris sui fuere. Gene. 4 Iob. 1. Tob. 1.

C ¶Secundo, puerũ diebus festis non debere proficisci in tabernas ad spectacula vel alio id genus, sed ad dei templa, atq; ibi audire, quæ dei sunt, de quo aliàs plura docui.

D ¶Tertio, pueri eẽ, vt primo audiat & nõ intellecta roget, q̃d Chr̃s hodie fecit. Vñ scriptura: In medio magnatorũ loqui nõ pręsumas, & vbi sunt senes nõ multũ loq̃ris. In multis esto, q̃si inscius, & audi tacẽs simul & q̃rens & pro reuerẽtia, accedet tibi bona gratia. Eccle. 32

¶Quarto, puerorum non debere per parẽtes vel amore ipsorum auocari à rebus diuinis, quoniam deus sit diligendus super omnes, nec illum parentibus postponendum. Qui em̃ (inquit ipse dñs) amat patrem aut matrem plus q̃ me, non est me dignus. E

Matth 10 ¶Quinto, puerum debere esse parẽtibus obedientẽ in omnibus, quæ nõ sunt contra deũ, alioqui plus est obediendũ deo q̃ hominibus. Quanquã puer ipse cũ omni modestia refellere debeat, quod male iussus est à parentibus, vt Christus hodie fecit, &c. F

Acto. 5

HOMILIA XI. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. II. Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ.

Dominica prima post octauas Epyphaniæ.



Hristus dñs hodie, anno nimirum ætatis suæ tricesimoprimo, gloriã suã corã palàmq́ manifestauit, q̃ hactenus ab eius pueritia & adolescentia nõ secus atq; radius solis p nebulas emicuit, ceu vt aurora solem pcedens apparuit. A

Iohã. 1 Eã, dico, Chrs hodie gloriã manifestauit, quã se Iohãnes vnà cum cæteris apostolis vidisse adfirmat, vtpote q̃ nõ angelũ, nõ patriarchã, nõ quẽlibet aliũ, sed solũ plane vnigenitũ à patre decuit, qñquidẽ ille nutu suo, nẽ verbo naturã creaturæ mutauit, aquã in vinũ cõuertẽs, in q̃ se dei filiũ, adeoq́ deũ ipm, naturæ authorẽ cõprobauit. Siquidẽ nõ minoris fit potẽtiæ, sola volũtate aquã in vinũ subito trãssubstãtiasse, mutata aquę substãtia pariter & natura, quã oĩa de nihilo solo verbo creasse: qm̃ vtrimq; omnipotentiã exigit in opifice, cui æque oĩs natura obedit, q vocat ea, q̃ nõ sunt sicut ea, q̃ sunt. Quod solius dei eẽ, nemo est, q dubitare possit. Et hoc est, q̃d ait euãgelista: Hoc fecit initiũ signorum Iesus in Chana Galilææ, & manifestauit gloriã suã. s. diuinã. Et crediderunt in eũ discipuli eius. s. q̃s paulo ante post egressum ex deserto selegerat. Vnde cõstat, Christũ vel ideo potissimũ hodie fecisse signũ diuinæ virtutis, vt ipm diligamus, vt verũ hoĩem & fratrẽ nostrũ honoremus vt dei filiũ, adorem9 vt deũ, secure ei credam9, nosq́ ei cõmittamus, vtpote q nos saluare põt, quũ sit deus verus & dei filius, quiq́ nos saluare vult, quũ sit vnus tanq̃ ex nobis, verus homo & filius hoĩs, nõ modo vt nos saluaret natus, in similitudinẽ hoĩm factus, & habitu inuẽtus vt hõ: sed q & hodie ad nuptias, vt alius hõ inuitatus atq; ibi vt hõ cõuersatus est, iuxta sacrosancti euãgelij verba, qbus docemur.

Roms. 4

Matth. 4

Marc. 1

Luc. 5

¶Nuptias si habẽt cõditiões, q̃s habuere, de qbus hodie euãgeliũ facit mẽtionẽ, nõ mõ eẽ licitas, sed & plane fructuosas & felices: qñquidẽ q licitæ sint cõtra hæreticos, q eas dãnarũt, argumẽtũ est, q illas hodie dñs sua psonali virginis matris ac discipulorum psentia honorarit, ac suorum signorum initio cõsecrarit. Ad nuptias vero licitas & salutares requiritur. B

¶Primo, vt fiant in Chana Galilææ. i. zelo dñi exercituum, quod Chana significat, vt sic adimpleatur præceptũ eius, qui dicit: Crescite & multiplicamini. Debent enim in nuptijs coniungi vir & vxor desiderio voluntatis dei, legisq́ diuinæ implendæ. C

Gene. 1

Tob 8

¶Secũdo, vt in nuptijs sit Maria mater dñi. i. fides castitatis. i. opus in eis matrimonij sit castũ, limites cõsuetos & legitimos nõ excedẽs, vbi se cõiuges, nõ libidinoso, sed decẽti amore diligere debẽt. Vnde Apl'us: Honorabile (inqt) cõnubiũ in oĩbus & thorus immaculatus. ¶Tertio, debet isthic esse Chrs. i. sacramentũ, q̃d est fides indiuiduæ societatis, qualis est indiuidua diuinitatis & humanitatis in Chro coniunctio. Nuptiæ em̃ vel ideo sunt sacramentũ longe sanctissimũ, qa signũ sunt sacratissimæ rei. s. summi bñficij humano generi à Chro exhibiti. s. cõiunctionis Christi & ecclesiæ, qua naturã hominis in vnitatẽ suppositi adsumpsit, seq́ tanq̃ spõsus sponsæ ineffabili charitate firmaq́ fide cõsociauit. Quã sane cõiunctionẽ tam spũalem q̃ naturalẽ significat cõiunctio spũsis coniugũ p amorẽ & cõsensum siue cõcordiã animorum, & per cõmixtionẽ sexuũ coniugũ, qua efficiuntur vna caro. Ideoq; vterq; cõiugũ diligere debet alterum, nõ secus atq; seipsum, & carnẽ suã propriã, quã nemo odio habet, & fide quidẽ inuiolabili, nõ alteri se cõmiscẽdo. Hinc Apl'us: Viri diligite vxores vestras, sicut Chrs dilexit ecclesiã, & seipm tradidit pro ea, vt ipsam sanctificaret. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ suã, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnũ est. Dico aũt vobis in Chro & ecclesia tanq̃. s. in significato. Hinc Chrs hodie in nuptijs fuit & semp esse debet, vt hãc rem sacrã significaret & efficeret. Hinc ediscãt cõiuges, quãto timore & honestate agendũ sit opus matrimonij cũ per illã cõmixtionẽ carnalẽ, istæ purissimæ & immaculatæ nuptiæ significãtur, qbus Chrs humanã naturã carnaliter adsumẽs eam sibi despõsauit in virginis vtero, de quo processit tanq̃ sponsus de thalamo. Sed in Tobia, deo dante, latius. D

Hebræ. 13

Gene. 2

Matth. 10

Marc. 10

Ephe. 5

Gene. 2

Matth. 19

¶Quarto, debẽt inibi esse discipuli Christi. i. propositũ prolis ex nuptijs procreãdæ, & in fide Iesu Christi, quã discipuli docuerũt, instituendæ: qñquidẽ nuptiæ esse debent ad legitimã generis humani propagationẽ. Legitima aũt est, quũ non voluptas virũ & mulierem coniungit, sed deus. Deus vero cõiungit, qñ trahuntur desiderio volũtatis dei, legisq́ E

Psal. 18

diuinæ

diuinæ implendæ, positæ ad suscipiendā prolem, quæ subinde deum cognoscat, cuius ordinatione suscepta fuerit, legem⁹ & voluntatem eius similiter obseruet & custodiat. Tob.8 Ephe.5
F ¶Quinto, debet in nuptijs deficere vinū.i.oīs mala libido & luxuria, q̄ est in vino. Hęc enim (inquit Apostolus) est voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij sicut & gentes, quæ ignorant deum. De quo in Tobia. 1.Thess.4 Roma.13 Ephe.5
G ¶Sexto, vt inibi sint sex hydriæ.i.quinq; sensus cū vno simplici aïæ sensu, q̄ implendæ sunt aqua.f.cōpunctiōis & pœnitētiæ, qua purgent sensus à delictis & pctis binaꝝ vel ter naꝝ metretaꝝ.f.delectationis, cōsensus & operis ad rē tam sanctā sancte suscipiendam.
¶Proinde ad tātæ rei susceptionē ꝑ vero gaudio celebrant solēnia cōuiuia, in qbus (qa
H plerūq; fiunt abusus cū bibēdo, tum crapulando, tum rebus alijs) non debent nuptiæ fieri.
¶Septimo, nō die sabbati, ne q̄d diuinis & alijs pijs operibus sanctificari debet, ꝑ abusus prophanet & violet. Sic etsi opus ipm matrimonij ꝑ se fit piū & bonū, ab eo tñ Apl̄us festo tpe, vt melius rebus diuinis inseruiat, vult abstinendū, dicēs: Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex cōsensu ad tēpus, vt vacetis orationi. Et hoc est, q̄d hodiernæ nuptiæ non in die sabbati, sed tertia die à sabbato factæ sunt in Chana Galilææ. Id esse veꝝ vel hinc liquet, ꝙ Iudæi eiusmodi cōuiuia celebrari non debuerint propter apparatū, & ea, q̄ in nuptijs fieri solēt, q̄ soluissent sabbatū. Proinde tertia die à sabbato, celebratæ videnī illæ nuptiæ, nō tertia die à cōgressu Nathanaelis, nā in nuptijs discipulos habebat. Et quosnā: nisi q̄s postea fecit apl̄os, q̄nondū vocasse videt, qñ à Philippo accersitus est. Inde Chr̄s in sabbato nō ad nuptias, sed Hierosolymā venit, atq; inibi puer adhuc in tēplo audiuit & interrogauit, q̄d deinde vir in sabbato docuit. Esꝑpter, vt reb⁹ diuinis, vt pote verbo dei & sacris melius inseruiamus diebus festis, expedit, vt cōuiuia nuptiaꝝ nō in eis, sed ꝑfestis diebus agamus, vt sic ex duobus bonis, q̄d melius est, eligamus, & vt nō modo malū, sed & omnē mali speciē caueamus. Ad quē sane modū vbi hasce nuptias carnales celebrauerimus, nō dubiū, quin post hāc vitā æternas illas nuptias simus celebraturi, ad q̄s qui peruenīunt, beati sunt, qm̄ ibi nō vinū hoc terrenū.f.doloris plenū, sed optimū & iocūdissimū & plenissimū gaudioꝝ in fine apponet, quo oēs replebunt, nunq̄ deinde defecturo. 1.Cor.7. Exo.4.20. Deuter.5 Math.12 Luc.5 Luc.4.13 1.Thes.5 Apoc.19. Psal.35

HOMILIA XII. DE EO QVOD LEGITVR, Mat.8. Marc.1. Luc.5. Cū descendisset Iesus de monte, &c.

Dominica secunda post octauas Epyphaniæ.

A Vo nobis in hodierno euāgelio miracula proponunt vnà cū non paꝝ multis doctrinis inde eliciendis. Est aūt primū miraculū, curatio per Christū leprosi. Secundū, pueri Centurionis à paralysi sanatio. In quoꝝ vtroq; magna petentiū fides deprehendit, & in vtrorūq; petentiū petitione nō vulgaris instructio. Siquidē magna fuerit fides leprosi, q̄ sola volūtate dñm se ab ægritudine posse curare palā profitet: Dn̄e, inquiens, si vis, potes me mūdare. Nec minor, imo vel par vel certe maior fides fuit Centurionis, q̄ omnipotētiæ diuinæ voluntatis nt dum ꝑsentia, sed quæq; distantia subiecta fore acclamat, humiliter dicēs: Dn̄e, non sum dignus, vt intres sub tectū meū, &c. Ex quibus sane oibus & cū ijs, quæ inibi acta sunt, nō- Iohan.4
C ¶Tertio, notant induratæ incredulitatis, q̃nquidẽ etſi multa plane ſigna viderãt, q̃ nullus hoĩm facere poterat, In Chrm tñ, vt in filiũ dei credere noluerũt. Id q̃d dñs alibi cõqueritur dicẽs: Si nõ facio opa patris mei, nolite credere mihi. Si aũt facio, etſi mihi nõ vultis credere operib⁹ credite. Et rurſus: Si opa nõ feciſſem in eis, q̃ nemo alius fecit, peccatũ nõ haberẽt. Nũc aũt & viderũt & oderunt, & me & patrẽ meũ. Quia proinde increduli fuere, ideo merito cõdẽnati ſunt. Siq̃dẽ veritas dixerit: Qui aũt nõ credit, iã iudicatus eſt. Ipſos vero iuſte cõdẽnari, cõdẽnatoſq; eẽ, dñs hodie exẽplo & facto tã Niniuitaꝝ q̃ reginæ auſtri arguit. Iohã. 10 Iohan. 15 Iohan. 3.

D ¶Et hoc q̃dẽ quadrifariã. Primo, ex cõparatione populi ad populũ, in qua Niniuitæ, ibi Gentiles & Barbari, hic populus dei. Secũdo, ex cõparatiõe p̃dicãtis ad p̃dicantẽ, q̃a ibi Ionas propheta, purus homo, hic Chrs, dñs prophetaꝝ, deus & hõ. Ibi Ionas peregrinus, hic Chrs cõciuis eoꝝ. Tertio, ex cõparatiõe p̃dicationis ad p̃dicationẽ, q̃a ibi Ionas tantũ tribus dieb⁹, hic Chrs trib⁹ annis p̃dicauit. Ibi Ionas nullũ miraculũ, hic Chrs multa fecit. Quarto ex cõparatiõe effectus ad effectũ, q̃a ibi egerũt pœniam, iſti vero nõ, ſed etiã addiderũt blaſphemiã. Illi prophetã ſuſceperũt, iſti dñm ipm repulerũt. Illi neq; i lege inſtructi, neq; prophetis admoniti, ad dñm cõuerſi ſunt, cognoſcentes ſuũ pctm, iſti & p̃ceptis eruditi legis & prophetaꝝ à dño receſſerũt. Illi, q ſemp fuerũt pplus diaboli, infra tres dies facti ſunt pplus dei, iſti q ſemp videbant pplus dei, infra tres dies facti ſunt, Chro crucifixo, pplus Satanæ.

E ¶Recte igit hodie Chrũs inqu Viri Niniuitæ ſurgẽt in iudicio cũ generatione iſta, & cõdemnabũt eã. i. oſtẽdent ex ſuo facto Iudæos recte condẽnatos & condemnandos.

¶Ne igit, fratres, nos q̃q; (q̃d abſit) ex facto Niniuitaꝝ & reginæ auſtri longe rectius q̃ Iudæi cõdẽnari poſſimus, vtpote q̃b⁹ nõ vmbra, ſed veritas ex Euãgelio illuxit, neceſſum eſt. Heb. 10

¶Primo, ne alicui adulemur, id eſt, aliud loquamur q̃ mente cõcepimus. A quo dehortat Apoſtolus, dicens: Propter quod deponẽtes mendaciũ, loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cum proximo ſuo, q̃m ſumus inuicẽ mẽbra. Et Iacobus: Si (inquit) loquimini, & ſic facite. Quod euidentius exprimit Iohannes, inquiẽs: Filioli mei, nõ diligamus verbo neq; lingua, ſed ope & veritate. In hoc cognoſcimus, q̃m ex veritate ſumus. Pſal. 14 Ephe. 4 Iacobi. 2 1. Iohan. 3

F ¶Secũdo, ne ſimus, neq; deo neq; hoĩbus ingrati, quãdoquidẽ vitiũ ſit longe pernitioſiſſimũ ingratitudo, vt quæ & primũ hoĩem & angelum dãnauerit. De deo aũt & de proximo noſtro tum grati erimus, q̃n de ipſis bene cogitamus, ac ipſos de beneficijs honoramus, vicem (ſi poſſibile eſt) reddẽtes. Sed de ingratitudine, memini me aliàs multa dixiſſe. Gene. 3. Eſa. 14

¶Tertio, ne ſimus dño nro, eiuſq; Euãgelio increduli, quaſi q̃ ille præteritũ dixit, nõ p̃teriſſet, vel q̃d dixit futuꝝ, nõ eueniat in tpe. In q̃ certe multo eſſemus Iudæis cõdẽnabiliores. Hinc Petrus in terrorẽ Chrianoꝝ inquit: Quis finis eoꝝ, q nõ credũt dei Euãgelio? 1. Pet. 4 2. Pet. 3.

HOMILIA XXI. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. 5. Erat dies feſtus Iudæorum, &c.

Feria ſexta poſt Inuocauit.



Matth. 9. Ecenset huius diei Euãgeliũ, quo Chrũs, verus ab æterno medicus, A
Marc. 2. qui male habẽtes curare venit, hoĩem plane valetudinariũ in die fe-
Luc. 5. sto Iudæorũ.i. sabbato indignãtib⁹ Iudæis curauerit, vtpote q ipso-
rũ puerso iudicio sabbatũ fregisset. Iã vero fortassis videret nõnul
lis à me esse dicẽdũ de cõditiõibus sabbati, & quatenus ad ipm ob-
seruari debuerit nec ne, ac quid inibi merito fieri & negligi possit?
Quia aũt de hoc & de id genus aliis, q hisce tpibus in controuersiã
venere, sic locupletãter dixerim, vt plane crambẽ sim recoctur⁹, si
quicq̃ inde repetiuero. Ideoq̃ de ea re in psentia cõsulto tacuerim,
q̃d ad psens vtilius sit dictur⁹, nõ meũ, sed q̃d vrm est, quæsiturus.

¶Hinc est, quod literam Euangelii.i. historiam, quæ plusq̃ clara est, transeam & spiritum B
ipsum sim suscepturus. Atq̃ sane spiritus indicat, hominẽ istũ, qui trigintaocto annis labo-
rauit non esse alium, q̃ peccatorem, peccatis inueteratum, qui sic peccãdi consuetudine infir
mus est, vt quasi litargicus & amens se peccare non sentit ratione carens, quo nihil deplora-
rius, extrema indigens cura, vtpote morti proximus

Actorũ. 2 ¶Piscina vero, de qua Euangeliũ, profecto est ipsa pœnitẽtia, habens oĩm spũalium mor C
borũ curatiuã, Petro dicẽte: Pœnitentiã agite, & accipietis donũ spũs sancti. In qua sine du-
bio omnia perdita & necessaria ad vitã æternã reducunt, per quã & oĩa bona per peccatũ
mortua, ad meritũ vitæ æternæ reuiuiscũt. Ad quã sane piscinã, qa aquæ amaritudine hor-
ret, nõ potest quispiã venire facilius, q̃ per quinq̃ porticus, q nihil aliud sunt, q̃ quinq̃ salu-
tares cõsiderationes, quæ ad pœnitentiam perducũt & alliciunt. Quarum.

Prouer. 18. ¶Prima est, cõsideratio reatus proprii, ita vt peccator in se transeat, sua peccata fateatur, D
se infectũ agnoscat & peccasse, offendisseq̃ deũ & proximũ grauiter, non se excusans, quasi
non peccauerit, sed bene fecerit, dicens hoc Esaiæ: Nõ sum pollutus, post Balam non ambu-
Hiere. 2 laui, imo cogitet (iuxta dictũ prophetæ) vias suas pessimas, & displicebũt sibi iniqtates suæ &
Ezech. 36 sup his erubescet, ac cũ Dauide dicet: Qm̃ iniquitatẽ ego cognosco, & peccatũ meũ contra
Psal. 50 me est semp. Quod cũ ex corde dixerit, hauddubie cũ eodẽ dicturus est: Dixi, cõfitebor ad-
uersum me iniustitiã meã dño, & tu remisisti impietatẽ peccati mei: quãdoquidẽ necessum
Psal. 31. est vt veniam petẽs, delictũ confiteatur, quũ non sanetur vulneratus, nisi vulnus detegat.
Matth. 12 ¶Secũda sæueritatis iudicii, quo deus etiã de quolibet verbo otioso postulaturus est rõnẽ E
Osee. 4. qui & cogitatus est iudicaturus. Siqdem cuncta, inqt Ecclesiastes, quæ fiunt, adducet deus in
Eccles. vlt. iudicium pro oĩi errato, qui vnicuiq̃ q̃d meruit, sine misericordia reddet. Horribilis ideo
Matth. 16 erit vox dñi, olim clamaturi: Surgite mortui ad iudicium, quæ profecto in auribus peccato-
Iohã. 5 ris deberet insonare, siue comederet, siue biberet, siue dormiret, siue vigilaret.

Iohan. 9 ¶Tertia est, opportunitatis loci & tpis, qñquidẽ hic est tps & locus grãæ ac misericordiæ, F
2. Cor. 6 nõ aliàs, dño dicẽte: Me oportet operari opa eius, q misit me, donec dies est. Venit nox, qñ
Galat. 6 nemo pt opari. Et qm̃ (iuxta aplm̃) nũc est tps acceptabile & salutis, ideo hortat alibi, dicẽs:
Prouerb. 6 Ergo dũ tps habemus, opemur bonũ ad oẽs. Quæ eñ hõ hic seminauerit, hæc & aliàs metet
Atq̃ sic hõ dũ viuit, sequi debet formicã, q̃ (vt habet scriptura) quũ nõ habeat ducẽ, neq̃ pce
Eccles. 9. ptorẽ, neq̃ principẽ, parat i æstate cibũ sibi, & cõgregat in messe, q̃d comedat in hyeme.
1. Iohan. 1. ¶Quarta, incertitudinis proprii status: qñquidẽ nullus cõmuni lege certitudinem habere G
possit, vtrũ sit dei odio vel amore dignus, imo scit se eẽ pctõrẽ, Iohãne dicẽte: Si dixerimus,
qm̃ pctã nõ habem⁹, ipsi nos seducim⁹, & veritas in nobis nõ est. Debet igit vnusq̃sq̃ pœni-
Psal 18 tere, vt vel occulta sibi pctã deleant, dicẽs: Delicta qs intelligit, ab occultis meis munda me. H
Luc. 12 ¶Quinta est, certitudinis mortis & incertitudinis tpis mortis, qñquidem nihil certius sit
morte, nec incerti⁹ hora mortis, dño proinde hortãte: Vigilate itaq̃, qm̃ nescitis diem neq̃
horã, q̃ eñ hora nõ putabitis, fili⁹ hoĩs veniet. Hæ sunt fr̃es, qnq̃ portic⁹, p quas infirmus.i.
pctõr ingredi pt in piscinã probaticã, in qb⁹ vel solis nec aliter curari pt: siqdẽ pctõr post ba
Luc. 13. ptismũ habeat solã pœniam, p quã restitui pt in integrũ, dño dicẽte: Nisi pœniam egeritis,
oẽs peribitis. Ideoq̃ Petrus admonet, inquiẽs: Pœnitemini & cõuertimini, vt deleant pctã
Acto. 3. vestra. Siqdẽ, inqt dñs p prophetã, si impius pœnitẽtiã egerit ab oĩbus pctis suis, vita viuet,
Ezech. 18 & nõ moriet. Hinc nõ dubitet pœnitẽs se sanari à dño, à quo cũ sanatus.i. grãm nactus fue-
rit. Primo curet, ne vltra peccet, quũ alioqui peius sit habitur⁹: qm̃ frequẽtia peccãdi aggra
Psal. 36. net pœnã. Secũdo, cũ hodierno sanato ambulet de virtute in virtutẽ, iuxta Dauidẽ dicentẽ:
Declina à malo & fac bonũ: siquidem non sufficiat malũ dimittere, sed & bonũ operari.

HOMIL. XXII. DE EO QVOD LEGITVR,
Matth. 15. Egressus Iesus, secessit, &c.

Dominica Reminiscere.

A 

Ix putauerim esse quenquam tam durum & lapideum, quem non permoueat Euangelij hodierni historia, vtpote in qua audit tantopere Chananæam mulierculam filiæ suæ salutem petere, atque eandem toties à dño, aliòqui misericordissimo, repelli, impetrasse tamen finaliter quod orauit. Atque sane historia plena est cõpassione, simulque dictu & auditu pia, sed plus magis & mirabilior est ipsius sensus mysticus, qui (vt semper) litera præualet, ideoque nunquam nõ summa fide & diligentia quærendus & inuestigandus, vt qui plane docet quod Christus sibi voluit, simul vtilis & delectabilis, qui semper viuificat, quum interim litera plerunque (præcipue cum male intelligatur) mortificet. Sane dixi aliàs & nunc repeto, sic miracula dñi & nostri saluatoris esse accipienda, vt veritate credantur facta, & tamen per significationem nobis aliquid innuant, quandoquidem opera eius & per potentiam aliud ostendunt, & per mysterium aliud loquuntur. Id quod facile B ex hodierno præsentium fit Euãgelio. In quo nimirum. ¶ Primo, Iesu Christi diuina potentia ostenditur, qua vnico verbo, imo quasi nutu filiam Chananææ obsessam curauerit. 1.Cor.3.

¶ Secũdo, quænam sit mulier illa Chananæa, eiusque filia obsessa, & quo possit sanari, patet. ¶ Quæ enim est in spũ remur mulierem illam Chananæam, nisi vnũquenque peccatorem, sua peccata agnoscere & de ijs dolere, pœnitereque incipientem? Et quæ alia est huius mulieris filia, nisi aïa peccatoris, quæ vtique in hoc à dæmone vexatur, quod relicto optimo creatore, pessimum sequitur dãnatorem, in seipsam, suamque salutem perniciosissime machinans.

C ¶ Tyrus autem & Sydon Chananæorum & gentilium fuere vrbes & in spũ ipsa sunt peccata, à quorum finibus muliercula illa Chananæa egressa traditur, suo plane nobis exemplo ostendens, quid facere debeamus, vt vere pœnitentes gratiam apud dñm inueniamus, atque simul anima & corpore sanemur & in tribulationibus & aduersitatibus iuuemur.

D ¶ Primo igitur huius mulieris exemplo docemur, si vere pœnitere hoc tpe & gratiam nancisci voluerimus, nõ solum debemus egredi Tyrum & Sydonem, i. peccata relinquere, sed & simul fines eorum, i. causas & occasiones, quæ ad peccandũ prouocant. Siquidem fines peccatorum exire, est causas peccatorum excindere, & eorum suggestionibus aditum nõ præbere. Impossibile quidem est, vt à morbo vere cõualeas, nisi morbi causam expellas. Ita nunquam peccator vere pœnitebit, nisi peccandi occasionem vitet, quum tunc (ait scriptura) extingui soleat ignis, quando deficere solent ligna. Ita vix à peccando quis erit liber, nisi fugiat, quod ipsum ad peccandũ pellicit, quemadmodum necessum sit eum inquinari, qui tangit picem. Ita fratres, si quis de luxuria vult pœnitere, is abstineat à vino, in quo est luxuria. Qui pœniturus est de mechatu, ille auertat oculos, ne videat vanitatem. Si quis pœnitere voluerit à mendacio, is vitet multiloquium, in quo raro deest mendacium. Qui ab induratione cordis pœnitere vult, is caueat à crapula & ebrietate, dño hortante, quum ait: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Qui à malitia pœnitere vult, ille vitet malum cõsortium, iuxta scripturam dicentem: Discede ab ipso & deficient mala abs te. In summa, qui vere vult pœnitere, i. de commissis dolere, & à peccandi proposito vere, nõ ficte discedere, necessum est, vt peccatorum occasiones declinet. Prouer.26 Eccl.13 Ephe 5. Psal 118. Prouer.10 Lucæ.21 Eccl.7

E ¶ Cuius deus figuram nobis præscribit, nolens olim filios Israel in terram promissionis ituros, inire fœdus cum habitatoribus terræ illius, ne. s. eos peccare facerent, si seruirent dijs eorum. Sic dñs monet cauere falsos prophetas, & attendere à pharisæorum fermento. Sic apostolus hortatur, vt ab omni fratre inordinate ambulãte nos subtrahamus. Sic Matthæus reliquit teloneum, vt esset fine vsura & deceptione. Sic Petrus exiuit curiam principis, vt foret ab adulatione & traditione & reliquis curialium vitijs oĩno immunis. Sic hodie mulier Chananæa pœnitura, reliquit, non modo Tyrum & Sydonem, i. peccata, sed & fines eorum, i. occasiones ad peccandũ, vt ostenderet nobis veræ pœnitentiæ initium esse à peccatis cessare & à peccatorum occasionibus recedere. Quod & singuli hoc tpe in primis facere debemus, fugientes, per quæ nobis antea nocitum est, imitantes bruta aïalia, quæ fugiunt ea, ex quibus læsionem senserunt, nec facile ad ea cõpelli possunt. Atque sane, quis nõ vitet occasiones peccatorum, quibus occiditur aïa & corpus, quum nemo facile secum patiatur furem, traditorem, aut fraudulentum, aut corporum aut rerum suarum infi(diatorem). Ex.23.34. Matth.7 2.Thess.3 Math.9 Matth.26.

F ¶ Secũdo, vera fide, fiducia & humilitate ad dñm Iesum Christum pro venia & gratia clamemus, suppliciter orantes, vt ipse filius Dauid, i. deus & homo nostræ aïæ infirmæ misereatur, ac illam sanet, & in suam gratiam recipiat. Sic hortatur nos Apostolus, dicens: Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Et recte nimirum, quum ipse nos oẽs ad se venire iusserit, dicens: Venite ad me oẽs, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Cuius fortassis haud ignara mulier illa Chananæa relictis finibus, primo nõ ad Petrum, nõ ad Iohãnem, sed in primis ad Christum, nõ ad riuulum, sed ad fontem venit, inquiens: Miserere mei fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Hebr.4 Math.11.

G ¶ En quãta fides, qua credit sanari posse filiam suam, deum credens illum & esse simul hoïem, dicens Miserere mei fili Dauid. Dñe adiuua me. Dñe, qui deus es ipse. Fili Dauid, qui homo simul ex tribu Dauid prognatus. Quia igitur deus es, certe potens es me iuuare, qui homo & filius Dauid proculdubio mãsuetudine Dauidica me nõ dedignaberis iuuare. O fili Dauid miserere mei, quia misera

misera sum,ab oībus alioq̄ derelicta,& in te solo mea ē spes,mea consolatio,mea fiducia,q̄
solus ea potens me iuuare,Ideoq̄ miserere mei. Nihil sane postulo ex merito,q̄d nō habeo,
sed solā tuā efflagito misericordiā,cuius vbiq̄ laudaris. Nō habeo cōscientiā bonoꝝ opeꝝ,
nec recte vitæ fidutiā,ad solā tuā confugio misericordiā. Miserere proinde mei. En modi-
cus sermo,sed immēsum benignitatis pelagus cōtinens. Vbi eñ misericordia postulat, ibi
vniuersa cōprehensa sunt bona,quēadmodū in hac muliere Chananæa facile ostendit, quæ
plus q̄ voluit impetrauit sola orōne & remissionis cōfidētia sine auri & argēti oblatione,di-
cens: Dñe,fili Dauid,miserere mei & adiuua me,qm̄ filia mea male vexatur à dæmonio.

¶O mira prudētia mulieris,quæ tā pium & rectū obseruat in petēdo ordinē. Primo q̄dē H
cōfitet se miserā,dicēs: Fili Dauid miserere mei Deinde infirmā,dicens: Adiuua me dñe. In
Luc.18 tertia mendicā,ideo inq̄t: Nā & catelli. Hic vtiq̄ est ordo. Primo fit hō miser p pctm̄,secū-
do impotens ad resurgendū,& tertio mēdicus ad releuandū. Primo nimiꝝ petit gratiā ex
ordine remissionis,& hæc pertinet ad gratiā iustificantē. In secūdo gratiā operatiōis,& hęc
ad gratiā operantē. In tertio gratiam cōsolationis,& hæc ad gratiā consumantem.

Luc.11. ¶Tertio,patienter oremus, & nō exauditi statim,nō cessemus. Oportet eñ semp orare, I
ait Chrūs,& nō cessare,exēplo eius viduæ,quā etiā iudex iniq̄tatis,propter molestiā deniq̄
Math.7 exaudiuit. Et exēplo q̄q̄ eius,q̄ ab amico tres panes nocte cōmodato petijt,& sedulitate pe
titionis longe plures q̄ voluit,accepit. Sic & Chrūs: Petite,& dabitur vobis: quærite,& in-
uenietis: pulsate,& aperiet vobis. Est igitur fratres,patiēter & sedulo petendū,non q̄a dñs
nesciat nos indigere,qui scit,q̄ nobis opus est,antequā petimus,nō quia nō possit dare quod
petimus,q̄ oīa potest,nō quia nolit dare,qm̄ pater noster sit,q̄ filios suos nō derelinquit,q̄
& nos petere vult,veꝝ vt in nobis excitet fidē & deuotionē,simulq̄ probet cōstantiā, illāq̄
ad vtilitatē manifestet,veluti hodie fecit in muliere Chananæa.

¶An nō humiliter illa petijt & cōstanter,quæ repulsa nō erubescit,sed importune clamat K
dicēs: Adiuua me dñe,quāuis primitus ne verbū & respōsum obtinuerit, secūdo canibꝰ etiā
vilissimis collata fuerit & pane indigna,qm̄ nō filia,sed idololatra,Chrō dicēte: Non est bo
num sumere panē filioꝝ & mittere canibus. Cæteꝝ ipsa q̄ magis fuit obiurgata & despecta
eo magis humiliata rogauit,dicēs: Etiā dñe,nā & catelli edūt de micis,q̄ cadūt de mēsa suo-
rum dñoꝝ. Q.d. veꝝ dicis,mi dñe. Etsi vsq̄ modo ouis nō fui,nūc tñ & deinde ouis dei esse
volo,in cuius signū procidēs,adoro te,sicut ouis pastorē,& ideo dñe adiuua me,sicut pastor
adiuuat ouē suā debilē & infirmā. Atq̄ recte canē me vocas. Canis tuus eē volo,modo me
canē tuū enutrias,q̄ nō possum relinquere mensam dñi mei. Dñi q̄dē canes nō expelluntur,
etsi expellūtur p vnū portā,ipsi p aliā reuertunt. Si ergo sum canis,nō debes me expellere à
te. Nec dñe peto panē,sed micā,nisi filiæ meæ salutē, quā tu facile,vt dñs micā catellis, dare
potes. Nō in dignitate mea,sed tantū in misericordia tua cōfidens,gratiā tuam peto. Cuius
sane constātiam,humilitatē & fidē dña agnoscens,ad misericordiā permotus, plus largitur
deniq̄,q̄ illa postulauit,inq̄ens: O mulier,magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

¶Magna vtiq̄ huius fuit mulieris fides,q̄ sic humilis,sic cōstās orauerit,& q̄d petijt sibi à L
dño dari crediderit,q̄ nō viderat ab eo mortuū suscitatū, nec leprosum mūdatū,nec pphe-
tas audierat,nec leges meditata fuerat,nec mare diuidi,nec aliq̄d hoꝝ cōtēplata,imo & des-
pecta vilissime nō recessit,sed pseuerauit. Quæ ideoq̄ à dño verbū plenū misericordiæ au-
dire meruit. Fiat tibi sicut vis. Q.d. O mulier,magna ē fides tua, magna pugnę cōstātia, ma
gna orationis instātia,diutius te clamantē nō sustineo. Misericordiā petis,misericordiā tri-
buo. Omnipotētiam confiteris,magnalia facio,misericordiā vis, petitionē supero. Fiat tibi
nedū vt petis verbo,sed sicut vis in animo. Quod vtiq̄ dñs fecit. Siquidē mulier petierat fi-
liam curari à dño,& non mō curat eā dñs,sed ipsam cōstituit filiæ suæ medicā. Nō dixit,sa
netur tibi filia tua: sed,fiat tibi sicut vis,tu eā cura, esto medica, tibi cōmitto medicamentū,
vt imponas ei. Voluntas tua curet eam. Voluit eñ ipsa mater,vt sanaret filiam suā, dæmo-
nemq̄ fugaret. Et sanata est filia eius ex illa hora. Quapropter o hō pctōr,si filiam tuā.i.ani
mam ad mortē plane infirmā vis saluari,fac ocyus relinquas Sydonē & Tyꝝ.i.pctā, & eo-
rum fines.i.causas & occasiōes ad peccādū,deindeq̄ ad Iesum dñm misericordiæ cōfugias,
illi summa humilitate tuā infirmitatem detege & cōfitere. Petas nō ex merito,q̄d nō habes,
sed ex mera misericordia salutē,dicēs: O Iesu fili Dauid miserere mei & adiuua me,quia aīa
mea male vexat à dæmonio. Nec cesses petere,nec dubites quasi nō possit dare,q̄d petis vel
nolit,quū sit pr̄ tuus oīpotēs. Nec dicas,grādia sunt scelera,q̄d petā? Et q̄s est,inquā,sine pec
Esaię.43 cato? At ais,pessimus ego oīm? Sufficit,inquā,vt cesses peccare & incipias benefacere. Dic
modo (inq̄t propheta) iniq̄tates tuas,vt iustificeris,&c. Cogita hodie mulierē. Qualis fuit
Gene.3 ipsa? Nimiꝝ Chananæa.i.gētilis & diabolica,idololatra,ideoq̄ cani comparata. Vetus illa
mulier,arma diaboli,q̄ hoīem ex paradiso expulit,mater peccati,initiū iniq̄tatis,materia p̄-
uaricatiōis,infidelitatis,peccatis nata & nutrita,q̄ legem ignorauit,nec prophetas legit,nec
mira-

miracula vidit,cõfidenter tñ fines peccatorũ egressa & dñm petẽs,plus q̃ petijt, obtinuit.

M ¶Ideoq; si publicanus es,fieri potes cũ Matthæo Euangelista.Si blasphemus es,potes cũ Paulo fieri aplus.Si latro es,poteris cũ latrone in cruce colon⁹ fieri paradisi.Si magus es,poteris cũ tribus regib⁹ dñm adorare.Si publicana es & meretrix,potes cũ Maria Magdalena pharisæos p̃cedere in regno cœlorũ.Si prorsus infidelis & Chananæ⁹ & idololatra es,potes hodie cũ muliere Chananæa plus salutis obtinere,q̃ petere ausus sis,qñquidẽ nulla tã magna est malitia,q̃ pœnia nõ soluat.Hinc tanq̃ principia malignitatũ elegit Chrs,vt nemo in finẽ semetip̃m despiciat,quũ eius misericordia sit p̃stabilis supra nfas iniqtates,q̃d hodie in Chananæa oñdit,cui ianua misericordiæ ineffabilis apta est,quã & illa intrauit,cuius vestigia ex doctrinis nřis vbi secuti fuerim⁹,nõ dubitemus eandẽ q̃q; nos misericordiã cõsecuturos. Matth.9 Acto.9 Luce.23 Matth.2 Luc.7 Iohel.1

HOMIL. XXIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.20.Ascendens Iesus Hierosolyma,&c.

Feria quarta post Reminiscere.

A



E iusto sim longior,sciẽdũ duxerim ex hodierno Euãgelio breuissime tria posse colligi.Primo nos debere libenter sufferre cruces & passiones huius mũdi,quas necessum est pati,qñquidẽ Chrs ad passionẽ suã(teste Euãgelio)volũtarie processit ac sine mœrore,vt & in exẽplo ip̃m imitaremur.Quis eñi dedignaret id q̃d dñs ip̃e sustinuit?quẽadmodũ idẽ proprijs verbis testat,inquiens: Nõ est discipulus sup magistrũ,nec seruus sup dñm suũ.Q.d.Nõ est q̃d aliqs vřm dedignet tolerare hui⁹ mũdi scãdala,cõtumelias,iniurias,& hui⁹ gñis psecutores,quũ viderit me eiusmodi tolerasse. Qñquidem dux ipse ostẽdo,qd vtiliter milites sunt facturi,& melius tolerãt,q̃ ip̃e tuli,& maxime q; sine eis nemo sit ingressur⁹ in gloriã æternitatis.Ideoq; fratres tribulati quũ fuerimus,ob oculos nřos ponamus Chrm dñm,principẽ,ducẽ,& patrẽ nřm, q ipse nos p̃cessit in tribulatiõibus,& vicit,vt & nos sequamur victores.Eo dicẽte:In mũdo pressurã habebitis,sed cõfidite,vici mũdũ.Q.d.Futurũ est,vt ipsi q vultis pie viuere,multa mala patiamini, sed nõ desperabitis,vex cogitabitis, qa & ip̃e talia ppessus sum & vici, in q̃ & ip̃se si me sequamini vincetis,pacẽ deinde æternã habituri.Et hoc est,q̃d Aplus hortat,inquiens:Deponẽtes om̃e põdus & circũstans pctm̃, per patientiã curramus ad propositũ nobis certamen adspiciẽtes in authorẽ fidei,& cõsummatorẽ Iesum,qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem,cõfusione contẽpta,atq; in dextera dei sedet.Recogitate eũ,qui talẽ sustinuit à p̃ctoribus aduersus semetipsum cõtradictionẽ,vt ne fatigemini,animis vestris deficientes. Acto.14 Matth.10 Luce.24 Hebr.12 Iohan.16 2.Timot.3 Hebr.12

B ¶Secũdo colligimus,nullũ debere petere,neq; statũ,neq; honorẽ,nisi labore præuio. Siquidem nemo coronat,nisi q legitime certauerit.Hinc reprehensibiles sunt,q ad p̃laturas & dignitates adspirãt,quũ nihil adhuc vel sustinuerũt,vel laborarũt prælatione dignũ,vtpote quibus pro motis necessum est,perire Rempub.cui p̃ficiunt.Vnde Chrũs hodie increpat proprios cõsanguineos,q̃d petierũt regnare,q nondũ seruierãt,q gloriã cæli appetebãt,quũ nõ passi fuerãt.Siqdem p multas tribulatiões oportet nos intrare in regnum dei,nec potest res ardua sine arduo labore satis honeste haberi.Qua de re suo loco & t̃pe plurima dixi.Debent itaq; parẽtes tenere filios suos in negotijs & laboribus,quũ ipsos velint subleuatũ iri,q̃niam dormiendo & otiando rarissimi ditescunt aut exaltantur. 2.Timot.2 Acto.14

C ¶Tertio,ne cupiamus ambitiose alijs dominari in dignitatibus q̃ si nobis obtingũt, memores eẽ debemus,aliorum nos eẽ ministros.Ideo q; nequaq̃ supbire,sed potius humiliari, Christo hodie dicẽte:Quicũ voluerit inter vos maior fieri,sit vester minister,&c. Non aũt vult,vt nulla sit superioritas,sed vt superioritas,de suo dominio nõ p̃sumat, cæteros negligendo,sed se erga cũctos tanq̃ ministrũ humilẽ exhibeat.Id q̃d inter se & subditos verũ cõparet amorẽ,quo nihil pulchrius est in regimine.Quãdoquidẽ respublica amore subditorũ optime cõseruari soleat.Et hoc est,q̃d ait scriptura:Quanto magnus es,humilia te in oĩbus & coram deo inuenies gratiã.Et Aplus:Nihil(inquit)per cõtentionem,neq; p inanem gloriam faciẽtes,sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes,non quæ sua sunt singuli cõsiderãtes,sed ea quæ aliorũ.Et hoc est,q̃d dñs hodie:Scitis quia principes gentiũ dominãtur eorũ,& q maiores sunt potestatẽ exercent in eos. Non ita erit inter vos,&c. Roma.12 Eccl.3 Philip.2

HOMIL. XXIIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.21.Homo q̃dam erat paterfamilias,&c.

Feria sexta post Reminiscere.

Arabola,qua in hodierno Euãgelio vtitur Chrũs, arguit multifariã Iudæoꝝ A
erga deũ malitiã & ingratitudinẽ quãdoq̃dẽ ꝗ neglecta omni dei bonitate &
benignitate nõ modo eos q̃s ille ad informãdos ipos in volũtate diuina mise-
rat, sed & illius filiũ propriũ in oĩm salutẽ promissum crudeliter interfecerũt
ac iniuste,nec totties admoniti benefacere nec pœnitere curarũt,vnde & e re-
gno cęloꝝ.i.ex ecclesia,merito sunt exterminati, & in eoꝝ locũ gẽtiles suffe
cti,Aplo dicẽte ad Iudæos:Vobis oportebat primũ loq̃ verbũ dei,sed qm̃ repellitis illud &
Acto.13 indignos vos iudicatis æternæ vitæ,ecce cõuertimur ad gentes. Sic eñ nobis p̃cepit dñs.Id
q̃d vt ex hodierno euãgelio clarius fiat,sumamus ipsius parabolã exponendã,q̃ sic habet.

¶Homo paterfamilias est deus Opt.cœlũ & terrã more patrisfamilias sapiẽter regẽs,vi- B
nea est synagoga adeoq̃ ecclesia ipsa Seps est clausura legis & mãdatoꝝ.Torcular doctri-
na prophetaꝝ.Turris est tẽplũ in Hierusalem.Agricolæ,sunt sacerdotes,pharisæi & scribę
quibus cõmissa fuit cura synagogæ cõseruãdæ in cultu diuino & iustitia. Paterfamilias pere
Eccl.15 gre profectus est,quãdo agricolis & oĩbus hoĩbus reliquit liberꝝ arbitriũ,iuxta scripturã di-
centẽ:Deus ab initio cõstituit hoĩem,& reliquit eũ in manu consilij sui. Tẽpus accipiẽdi fru
ctus est tp̃s acceptæ legis,postq̃ agricolæ & alij debeãt bene agere & fructificare fructus bo
noꝝ opeꝝ.Primi serui missi fuere prophetæ,q̃ per prædicationẽ suã debebãt eos reducere
ad fructũ bonoꝝ opeꝝ,q̃s scribæ & pharisæi varie occiderũt,iuxta Chr̃m alibi dicẽtem:O
Math.23 Hierusalẽ Hierusalẽ,quæ occidis prophetas,& lapidas eos,q̃ ad te missi sunt, q̃ties volui cõ-
Lucæ.13. gregare filios tuos,quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas,& noluisti. Ecce relin
Marc 6 quetur vobis dom⁹ vestra deserta.Secũdi serui missi sunt,alij prophetæ multiplicati, & qui
Hebræo.1. proximi ante Christũ venere,q̃s similiter occiderũt propter iustitiã,veluti Iohãnẽ Baptistã
Filius patrisfamilias,est ipse dñs noster Iesus Chrũs,hæres vniuersoꝝ, quẽ extra portã Hie
rusalem occiderũt crucifigẽdo.Quia vero Iudæi,& maxime pharisæi & scribæ sic peccarũt
& adhuc mãsere increduli,deus illos p̃didit,atq̃ vineã,ecclesiã.s.alijs agricolis.i.gẽtibus lo-
cauit,vt illi ferrẽt in tp̃e fructũ.Atq̃ sane licet Iudæi & p̃sertim pharisæi tã varie Christum
Psal.117. perinde maledictũ & inutilẽ reprobarint,q̃ varie olim in ædificando templo Solomonis, la
Acto.4 pis quidã reprobatus fuit,deinde tñ nõ casu,sed diuinitus coaptatus rectissime in caput an-
Esaię.28 guli,quemadmodum Christus factus est lapis angularis,iuxta Esaiã,q̃ duos parietes.s.Iu-
Ephe.2 dæos,in vnum,& Gentiles copularit, vt Paulus scribit.

¶Iam vero ex hac parabola colligit̃:Primo,Iudęos propterea iuste esse p̃ditos,qm̃ iuxta C
legem quam à deo habuerũt,nõ fructificauerũt.i.quod bona opera non perfecerũt. Secun-
do,q̃ nuntios ad ipsos missos audire noluerũt,sed eos interfecerunt.

¶Vnde primo ipsi monemur,vt non nobipsis blandiamur, q̃d sumus Chr̃iani,habentes D
euãgeliũ grãæ,quasi propterea nõ dãnandi,veꝝ operemur iuxta tenorem euãgelij,q̃ alioqui
pariter ex regno cęloꝝ excludemur.Id q̃d ip̃e Baptista p̃cursor satis serio expressit, dicens:
Math.3 Facite fructũ pęniæ dignũ.Et ne velitis dicere inter vos,patrẽ habem⁹ Abrahã.Dico enim
vobis,qm̃ potẽs ẽ deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahæ.Iã eñ securis ad radicẽ arbo
rũ posita ẽ.Oĩs ergo arbor,q̃ nõ facit fructũ bonũ,excidet̃,& in ignẽ mittetur. Id q̃d deinde
Chrũs admodũ seria similitudine,arguit,dicẽs:Arborẽ fici habebat q̃dã plantatã in via sua,
& venit q̃rẽs fructũ in ea,& nõ inuenit.Dixit aũt ad cultorẽ vineæ.Ecce anni tres sunt,ex q̃
venio,quærẽs fructũ in ficulnea hac,& nõ inuenio.Succide ergo illã.Vt q̃d etiã terrã occu-
Lucę.13 pat?At ille respondẽs,dixit: Dñe,dimitte illam & hoc anno vsq̃ dũ fodiam circa illam, &
mittã stercora,& siq̃dem fecerit fructũ,sin aũt,in futurum succides eam.

¶Scd̃o,monemur,ne spernamus & negligam⁹,propellamusve eos,q̃ nos ad fructifican- E
Math.10 dũ adq̃ bene agendũ,ad pœnitẽdũ hortant̃ opportune & importune,q̃nquidẽ sic propelle-
Lucę.10 remus Chr̃m,q̃ in eis hortat̃,Chr̃o dicente:Quicũq̃ nõ receperit vos,neq̃ audierit sermo-
nes vestros euntes foras de domo vel ciuitate,excutite puluerẽ de pedibus vr̃is:Amen dico
vobis,tolerabilius erit terræ Sodomoꝝ & Gomorrhæoꝝ in die iudicij, q̃ illi ciuitati. Qui
eñ vos audit,me audit:& qui vos spernit,me spernit.Hinc Paulus de suis doctrinis vere ad
1.Thess.4 Thessalonicẽses ait:Itaq̃ q̃ hęc spernit,nõ hoĩem spernit,sed deũ,q̃ etiã dedit spm̃ suũ sc̃m
in nobis. ¶Nõ est igit̃ q̃d q̃spiã p̃dicantiũ malitiã p̃tẽdat,imo magis attẽdat, q̃d & cuius F
mãdato monet & p̃dicat,vtiq̃ ex dei p̃cepto,cui est obediẽdũ,etiã si verbũ Caiphas ip̃e mo
Math.23. ueret,aut verbũ p̃ferret.Et hoc est,q̃d Chr̃s alibi dicit:Sup cathedrã Mosi sederunt scribæ
& pharisęi.Oĩa q̃cũq̃ dixerint vobis,seruate & facite,scd̃m op̃a vero eoꝝ nolite facere.Di
cũt eñ,& nõ faciũt.Sed vtinã pleriq̃ oẽs agerem⁹ iuxta ea,q̃ docem⁹ p̃ut deberem⁹,si veri
velim⁹ eẽ imitatores Chr̃i,q̃ cępit facere & docere.Quẽ recte secutus ẽ Paulus,turba illa e-
1.Cor.9 uãgelica,dicẽs:Sed castigo corpus meũ,& in seruitutẽ redigo, ne forte cũ alijs p̃dicauerim,
Petr.1 ipse reprob⁹ efficiar.Iã demũ frẽs cũ Petro aplo hortor:Satagite vt p̃ bona op̃a certam ve
strã vocationẽ & electionẽ faciatis,ne simul auferatur à nobis vinea, & alijs collocetur.

HOMILIA XXV. DE EO QVOD LEGITVR, Luc.11. Matt.12. Marc.3. Erat Iesus eijciens dæmoniũ,&c.

Dominica Oculi.



A Voniam annis proxime præteritis hodierni Euãgelij historiam la
tissime & quidẽ pro ecclesia cõtra ipsius aduersarios tractauerimus
& hactenus nondũ audiuerimus,q̃d in contrarium potuisset obijci,
ideóq; nũc eandẽ paucis readsumemus, dicturi dũtaxat ea,q̃ in pri-
mis sunt necessaria scitu,simulq́; seruatu vtilia, atq; sane sciẽdum in
hodierno euãgelio quatuor potissimũ cõtineri. Detestabilem.s. Iu
dæorũ blasphemiam,excusationẽ Christi mansuetã,damnabilẽ p-
fidorum reciduam. Acceptam mulierculæ laudationẽ. Ex quibus
sane quatuor colligemus,deo iuuante,doctrinas quæ nostrã cõuer-
sationẽ plane reddere possunt fructuosam.

B ¶Primo,quidẽ narrat Euãgelista detestabilẽ inuidissimorũ Iudæorũ blasphemiã, q̃ñqui-
dem quũ dñs misericordiæ suæ venas aperuerit ac benignissime ex eodẽ hoĩe triplex sanita
tis beneficiũ cõtulerit,qm̃ dæmonẽ expulerit,mutũ loqui fecerit,cæcũ illuminauerit. Vnde Matth.12
& popularis turba in admirationẽ vnq; laudis excitata est dicẽs: Nõne hic est filius Dauid?
Perfidissimi tñ pharisæi & scribæ deo honorẽ subtraxerũt,& alij principi dæmoniorũ attri
buerũt,alij hæc signa paruipendẽtes de cœlo maiora miracula expectabant. Vñ colligitur.

C ¶Prima doctrina,q̃d frustra illi adhibent exteriora ad emẽdãdũ medicamina,q seipm̃ p
bonę volũtatis ꝓpositũ emẽdare nõ conat̃. Hinc pc̃tõribus p prophetã dicit dñs: Si cõuerte Hiere.18
ris cõuertar,& stabis añ faciẽ meã. Et alio in loco: Cõuertimini ad me, & cõuertar ad vos. Zacha.1.
Et Paulus: Surge q dormis,& exurge à mortuis & illuminabit te Chrũs. Hinc si homini p- Ephe.5
uerso mille adhibeas medicinas,mille munimẽta cõferas,meliorẽ facere,& emẽdare nõ po
teris,nisi ipe pri',q̃d in se ẽ,proponat & ꝓferat. Q̃ñquidẽ malis & puersis pc̃tõrib',etiã op- Roma.8
tima ex ipsorũ malitia cõuertunt in mala,sicut viris sancti propositi etiã pessima in bonũ coo Eccl.39.
perant̃. Quid eñ obsecro profuere q̃ndã durę ceruicis populo stupẽda i Aegypto, ac in de- Nume.20
serto collata bñficia,quũ indies facti sint cõtra dñm puicatiores? Quid Iudæ q̃d i nũero duo- Exo.32
decim vocat',dñi cõtinua psentia,amicitia,ac familiaritate suffult'? quũ nihilomin' eo pue- Nume.25
nit malignitatis,vt beneficẽtissimũ & misericordissimũ patrẽ,dñm & magistrũ suũ in man' Nume.21
pfidissimorũ Iudęorũ tradiderit. Quid hodie beneficẽtissimũ miraculũ ꝓfecit in pfidis pha- 1.Cor.10
risæis & scribis? Adeo nihil,vt etiã inde à nouo blasphemare inceperint. Quis in causa? Ni-
mirũ nõ dñs,sed istorũ puersitas,q̃ illis etiã optima cõuertit in malũ,vti aranei dulcedinẽ flo
ris in lætale venenũ. Eapropter fratres,si volumus à pc̃tis liberari,ac p pœnĩam conuerti ad
Chr̃m extrinsecã emendationẽ nõ expectemus,sed incipiamus nosmetipsos corrigere.

D ¶Scd̃a,attingit Euãgelista in euãgelio mãsuetissimã nr̃i saluatoris excusationẽ, qm̃ vt vi
dit cogitatiões eorũ malignas,nõ maledictũ pro maledicto reddidit,sed honorẽ dũtaxat pa
tris defendẽs,nõ suũ,dignatus est blasphemos quatuor syllogisticis rõnibus reducere,q̃s po-
terat pro blasphemia ppetuo condẽnare. Rationes patẽt in textu. Vnde colligitur.

E ¶Prima doctrina nos debere ea,q̃ proxim' in nos cõmittit,patiẽter amore dei ferre,nec
retaliare,sed ei noĩe Iesu etiã nõ petẽti donare,Chr̃o aliàs dicẽte: Ego dico vobis nõ resisti- Matth.5
te malo,diligite inimicos vestros,benefacite ijs q oderũt vos & orate pro psequẽtibus vos. Lucæ.6
Et Paulus: Nõ vos(ait)defendentes charissimi,sed date locũ iræ. Scriptũ est eñ: Mihi vindi Roma.12
ctã,& ego retribuã dicit dñs. Et alibi: Donantes(inq̃t)inuicẽ,sicut & deus in Chr̃o donauit Deuter.32
vobis. Ita nimirũ Apl̃i pessima quæq; ptulere patiẽter. Et Chrũs q̃q; cũ malediceret̃, nõ re- Ephe.4
F maledixit. Quinimo cũ Samaritan' culparet̃,ne verbũ respõdit,sed nec os suũ aperuit cum Iohan.8.
flagellaret̃,coronaret̃,crucifigeret̃,imo pro crucifixorib' orauit. ¶Scd̃a,quẽadmodũ de-
bemus ea q̃ in psonã nostrã fiũt,negligere,ita e diuerso zelare debemus de ijs,q̃ cõtra deum
fiũt,& q̃sq; pro statu suo,vel facto,vel verbo dei honorẽ defendere. Sed olim pr̃es patiẽtes
in contumelijs sibi illatis pro deo. Sic Moses(q pro ppl̃o deleri petijt de libro vitæ)se inter- Nu.16.19
posuit,ne ira dñi eos cõsumeret,ipe tñ ꝓ idololatria cõmissã.23000.millia occidit. Sic Phi- Exod.32
nees zelãs pro dño occidit Zambri ducẽ,& Cosbi filiã Sur,principis nobilissimi Madiani
tarũ,& in hoc placauit dñm,vt auerteret irã à ppl̃o. Marathias q̃q; zelo legis accẽsus idolo- Nume.25
latrã in altari trucidauit simul & regis nuntiũ. Et factus est ipse,& filij eius duces populi. 1.Mach.2

G ¶Sed heu q̃ videmus hodie oĩa in cõtrariũ versa,quũ vel carnis vindicet̃ iniuria,solũ vni-
uersitatis dñm impune licet offendere crapulãdo,ludẽdo,blasphemando, adulterando, idq́;
gen' modis alijs,nec ẽ q quę dei sunt corde pcipiat,maxiẽ q̃rũ interest populũ regere,q etiã
leuissima hoĩm vindicare aliq̃ties solẽt,at q̃ in deũ fiũt iniurias,oĩno negligũt,q̃s alibi ipe de' Hiere.48
maledicit,quũ à sanguine prohibeãt gladiũ,haud dubie suã olim sæuissimã pœnã luituri.

¶Caueãt

¶Caueãt ptãtes tã ecclesiasticæ q̃ seculares, ne ita ad pctã cõtra deũ cõniueant, sed delicta H
Eccles. 8 pro mẽsura coerceãt zelo dei, memores, q̃d si cito nõ profert snĩa cõtra malos, absq; vllo ti-
2. Mach. 8 more filij hoĩm ꝑpetrãt mala. Memores q̃q; sint, statim vltionẽ exhibere pctõribus magni
bñficij indiciũ eẽ. Qd̃ nisi fecerit ptãtes, certe cõuicent & ipi eẽ culpabiles. Et sic (teste Pau
Roma. 1 lo) nõ solũ digni sunt morte, q faciũt, sꝫ etiã q mala cõsentiũt faciẽtib⁹. Ideo'q; zelate fortiter
pro deo imitãtes Chr̃m, q hodie nõ passus ẽ in patrẽ suũ iniurias, sed peccãtes acriter redar- A
guit.

¶Tertio, Chr̃s hodie tangit damnabilem Iudæoꝝ & perfidoꝝ recidiuã, qui I
per legem datam à dæmonis vexatione & cultu eius liberati, legis deinde mãdata trãsgressi
& mente excæcati, periculosius postea q̃ prius à diabolo obsessi sunt.

¶Vnde prima est doctrina, ne cõuersi recidiuemus, sed p pœnitẽtiã strenue bonoꝝ opeꝝ K
exercitio intẽdamus magis, quãto prius negligẽtiores fuim⁹, ne alioqui priora propter in-
gratitudinẽ simus laturi. Periculosior sane morbus est, q redijt renatus p malã forte dietam.
Iohan. 5 Hinc dñs alibi ad ægrotũ sanatũ dicebat: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius
tibi aliqd contingat. Sic hodie ait: Nouissima illius hominis fieri peiora prioribus.

¶Quarto, ponit Euãgelista professionẽ diuinæ laudis factã à muliere cõtra Iudæoꝝ im- L
properia cæteris negligẽtibus dicẽte: Beatus venter qui te portauit. Vnde colligitur.

¶Vltima doctrina, q̃ habet, nos post pœnitẽtiã inceptã in dei laudibus pseuerare debere, M
Prouerb. 3 veteres societates & oẽs pctõꝝ occasiones vitãtes, at cũ simplicibus & deuotis, huic mundo
Prouerb. 11 despectis cõuersantes: qñquidẽ cũ simplicibus fit sermocinatio diuinæ sapiẽtiæ. Et volũtas
Sap. 1 dñi in ijs q simpliciter ambulãt, quũ & deus sit quærẽdus in simplicitate cordis. Sic beata illa
hodie mulier ex turba fuit, q̃ Christũ tãtopere laudauit atq; in eo genitricẽ eius Mariam.

HOMIL. XXVI. DE EO QVOD LEGITVR, Matth. 15. Accesserũt ad Iesum, &c.

Feria quarta post Oculi.



QVantã sibi hisce annis cõgeriẽ rebellionis hęretici cõtra supioritatẽ susceperit A
ex hodierno euãg. q̃ voluere, neminẽ obligari sub pctõ ad seruãdũ traditiões
hũanas ꝓcedẽti tpe multis ondimus, atq; eos vltra alias scripturas p hodiernũ
euãgeliũ cõfutauim⁹, vñ nõ ẽ, q̃d pluribꝰ q̃ optet, nũc insistã, breuitati studẽtes
q̃q; vtiliora sunt & ꝓ tpe magis necessaria colligẽtes ex eodẽ euãg. atq; sane.
Matth. 7 ¶Primo colligit: Neminẽ recte aliũ corrigere alicuius vitij, quũ sit ipe for- B
Lucæ. 6 tassis obnoxius maiori vitio. Vñ Chr̃s ad eiusmodi hoĩem: Qui vides festucam in oculo fra
tris tui, & trabẽ in oculis tuis nõ vides. Aut quõ dicis fratri tuo, frater sine eijciam festucã de
oculo tuo & trabes ẽ in oculo tuo. Hypocrita: Eijce priõ trabẽ de oculo tuo, & tũc debes eij
cere festucã de oculo fratris tui. Sic hodie culpabiles fuere pharisęi, q culpari voluerũt disci-
pulos, q̃ ipsi eẽnt eis lõge peiores. ¶Scd̃o colligit: Nos oĩno & libẽter & obediẽter debere C
Actoꝝ. 5 parere mãdatis supioꝝ vel q̃libet hoĩm viliũ, mõ ea nõ sint apto cõtra deũ & eius ꝓceptũ, qa
tũc apl̃i cũ Petro rñdẽt magis ẽ obediẽdũ deo q̃ hoĩbus, alioq semꝑ parẽdũ est ꝓceptis nr̃o-
Romanõ. 13. rum superioꝝ q loco sunt dei, q & eiꝰ vice, in ijs q̃ media sunt, pro loco & tpe leges recte cõ
dunt, deseruiẽtes ad honorẽ dei & salutẽ hoĩm. Hinc Apl̃us ait: Om̃is aĩa ptãtibus sublimio
1. Cor. 4 ribus subdita sit. Nõ est em̃ ptãs nisi à deo. Quæ aũt sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; q resistit
ptãti, dei ordinatiõi resistit. Qui aũt resistũt, ipsi sibi dãnationẽ acqrũt. Ideo'q; necessitati sub
diti estote, nõ solũ propter eã, sed etiã propter conscientiã. Hinc dñs voluit pharisæos qdẽ
seruare traditiones senioꝝ, modo per eas nõ pessundedissent dei mandatum.

¶Tertio, cibos q̃sdã & potus nos nõ ideo debere vitare, qm̃ ex sui natura mali sint & no- D
Ephe. 5 bis dãnabiles, sed qa incẽtiui & occasionales sunt ad pctã, vtpote luxurię, ebrietati, irę, hoc'q;
genꝰ alioꝝ q̃ vtiq; sic coinqnãt hoĩem, vt eũ gehennę subijciãt. Sic apl̃us ꝓhibet immodera
Hiere. 35. tius bibi vinũ ꝓpter cauẽdã luxuriã, dicẽs: Nolite inebriari vino, in q̃ est luxuria. Vñ nõ de-
Lucę. 1 fuere in veteri & nouo test. q ꝑpetuo à vino abstinuere. Atq; ideo eccl̃ia hoc ieiunij tpe q̃d
cibaria ꝓhibuit, nõ vt ex se mala, sed qa ꝓuocãt ad mala, sed prohdolor, video nũc eiusdem
L. contra ꝓcepta ꝓrsus inuerti & plerosq; edere & bibere, q̃ multo magis dãt ad vitia incẽtionẽ q̃ vel
L. fraus. ff. lac vel butyꝝ vel ouũ, quũ vtiq; virtute ieiunij voluit eccl̃ia ab oĩ eo abstinẽdũ, q̃d ad peccã-
de leg. dũ ꝓuocet. Et sic faciũt vim & fraudẽ legi. ¶Quarto, hæc exteriora, vtcũq; bona appa- E
Matth. 6. rẽtia, nihil plane prodesse nisi & bonus sit animꝰ atq; nõ nocere, nisi malꝰ sit animus, q̃ tñ vel
ideo statuunt, vt p ea admoneamur, quõ nos intus eẽ oporteat, in quẽ sane vsum ferme oẽs
in ecclesia cęrimonię sunt institutæ. Sic suppelliciũ illud cãdidũ, admonet nos cãdidę castita
tis, quã intus deo debemus. Pullatus vero hic habitus, admonet tristitiã, & ꝓ pctis pęnĩam,
quã intꝰ deo debemꝰ. Sic forte olim lotis mãducare manibꝰ, admonebat lotis cõsciẽtijs mã-
na cẽ sumẽdũ, & caste deo inseruiendũ. Illotis aũt manibus edere, ꝑ se hoĩem nõ coinqnat.

Homi-

HOMIL. XXVII. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan.6. Mat.14. Marc.6. Luc.9. Abijt Iesus trans mare Galilææ.

Dominica Lætare.



A Vod pijssima quæq; materfamilias agit cũ filijs suis duriter laborãtibus,& iam deniq; ad mediũ laboris puenietibus,idem hodie agit
sancta mater ecclesia cum oĩbus suis filijs,q hactenus hoc sacro eodemq; quadagesimali tpe duriter in pœnia.s.ieiunãdo,orãdo, flẽdo,eleemosynasq; dãdo sic laborarũt,vt iã ad mediũ tãti laboris.s.
pœniæ in hac dñica(quæ mediũ tenet quadragesimæ) peruenerũt.
Sane vnaquęq; & eadẽ pijssima materfamilias,quũ videt filios suos
ad bene recteq; viuendũ duriter laborare,eosq; nũc ad mediũ vsq;
laboris puenisse,ne deficiãt,ne desperẽt de labore adhuc ad finẽ pficiundo, eos incipit cõsolari cũ de laboris modicitate, vtpote qui
cito sit ab eis absoluẽdus,tũ de splẽdida & copiosa post finitũ laborẽ refectione,qua ipsos sit
finaliter large refectura.Quod filij audiẽtes alacrius labori incũbũt spe breuitatis tpis & refectionis & præmij.Ita nimirũ ecclesia hodie vidẽs suos(atq; vtinã ipsi ex eorũ filiorũ numero simus)hacten⁹ duriter pęnitẽdo laborare, atq; nũc ad mediũ laboris in medio q̃dragesimæ puenisse,ne deficiãt,ne desperẽt sed magis ac magis alacriter laborãdo pergant,eos materne incipit cõsolari.Primo,laborũ mitigatiõe,& breuitate pœnię.Secũdo,deliciossima in
patria cęlesti refectiõe,dicẽs in sacrificij introitu. Gaudete cum lætitia,q in tristitia fuistis,vt
exultetis & satiemini ab vberib⁹ cõsolatiõis eius.Quæ qdẽ duo nobis arguit exhibitiõe hodierni euãgelij.

B ¶Primo em̃ arguit pœniæ breuitatẽ,ostendẽs pascha eẽ proximũ festum
.s.Iudæorũ,id est,oĩm,fide deũ vera cõfitentiũ,pascha dico,non q̃d paulopost futurũ est,sed
quod erit in resurrectione vltima,qñ vere optimi quiq; resurgẽt,à morte in vitam trãsituri
æternã,siqdẽ pascha sit transitus,quem Chrũs ipse caput trãsiit primus,vt & nos sequamur,
Apostolo dicente:Si enim credimus,q̃d Iesus mortuus est,& resurrexit,ita & deus eos, qui Iohan.5
dormierũt p Iesum adducet cũ eo.Nũc aũt Chrũs resurrexit primitiæ dormientiũ. Figurat
aũt tẽporale hoc pascha nostrũ,id q̃d in resurrectione est futurũ. In q̃ oĩs cessabit labor pœ- 1.Thess.4
nitẽtiæ,q̃ cõsistit in om̃i huius mũdi angustia & aduersitate, quãdoquidẽ q ad id paschatos 1.Cor.15
peruenient,amplius neq; sitient,neq; esurient,neq; patientur æstũ,neq; frigus,neq; dolorem,
neq; gemitũ,quia absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Apoc.7

C ¶Secũdo,arguit ecclesia in euãgelio refectionẽ delitiosissimã in patria futurã, p miraculosam qnq; milliũ virorũ de quinq; panib⁹ & duobus piscibus refectionẽ.De qua quidẽ refe
ctione & eius copia loqtur Propheta,dicens:Satiabo cũ apparuerit gloria tua. Atq; nimirũ Psal.16
beati q inibi reficient,& inuitati sunt ad cœnã agni.s.Iesu Chri.Ille qdẽ in ea refectiõe panis Apo.19
erit,de se dicẽs:Ego sum panis viuus,q de cœlo descendi,q manducat ex hoc pane,viuet in Iohan.6
æternũ.Proptee hoc em̃ se dedit discipulis,datq; q̃tidie Chricolis se panẽ sub sacramẽti ve- Matth.26
lamine,qm̃ daturus ẽ se nobis panẽ fruẽdũ in patria,in clarissima visiõe.Atq; ideo de sacra- Marc.14
mẽtali pane cõcinit ecclesia:O sacrũ cõuiuiũ in q̃ Chrũs sumit &c.futuræ gl'iæ nobis pign⁹ Lucæ.22
datur.Ille profecto panis tã erit abundãs & copiosus,tã suauis & delitiosus,vt oẽs in vniuer 1.Cor.11
sum beati saturẽtur,nec tñ panis deficiet,sed pinde abundantior, qm̃ vera beatitudo quæ est
deus ipse,nunq̃ cessabit,nunq̃ minuet.Vnde de eo pane scriptura ait:Paratũ panẽ de cœlo
præstitisti om̃e delectamentum in se habentẽ,& oĩs saporis suauitatẽ,quẽ absq; vlla penuria
comedẽt,sed rerũ oĩm abundãtia perfruent.Hinc & beati,q id oculis spũalib⁹ videbũt,summo gaudio incipient deũ laudare de tãta æternæ beatitudinis refectione, iuxta Peophetam
dicentẽ:Beati qui habitãt in domo tua dñe,in secula seculorũ laudabũt te.Hãc sane refectio- Sapiæ.16
nem designat illa,quã euangelica celebrat historia refectio.Ideoq; fratres charissimi,qui(vt Deuter.8
spero)vos oẽs de vestris cõtra deum peccatis pœnitere)in angustijs & tribulatiõibus multi- Psalm.83
fariam pœnitetis,gaudete & lætamini in tristitia vestra & nolite deficere.

D ¶Primo,qm̃ hæc vestra pœnĩa breuis erit,qm̃ vita hæc breuis est,q estis nũc non dico in
medio sed in fine,quãdo vbi pseueraueritis,amplius nõ dolebitis,nec vltra pœnitebitis, sed
in dño semp,gaudebitis,teistitia & pœnĩa vertet in gaudiũ,à vobis nunq̃ auferendũ, quum Iaco.4
tristitia hic vestea sit breuis & dũtaxat tpalis.Et hoc est q̃d Apostolus ait:Id em̃ q̃d in psenti est,momentaneũ & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternæ gloriæ 2.Cor.4
pondus operatur in nobis,non contemplantibus nobis,quæ videntur sed quæ nõ videntur.
Quæ em̃ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur,æterna sunt. 1.Cor.15

E ¶Secũdo gaudete,qui pœnitetis hic fame & siti,laborũ magnitudine lassi,qm̃ paulopost
fruemini in æterna patria refectiõe pdicta longe copiosissima,qua pfruentes cũ om̃i delecta
mẽto nunquã deinde neq; sitietis,neq; esurietis,qñ deus erit oĩa in oĩbus.In quo id erit refe

ctionis,

ctionis,id saporis,id lætitiæ,quod & quale nec oculus vnq̃ vidit,nec auris audiuit,nec in cor
1.Cor.2 Esa.64 hois ascēdit.De q̃ apostolus ad Romanos:Existimo eīm(inqt)q̃d nō sunt condignæ passio-
Romanō.8 nes huius tēporis ad futurā gloriā,quæ reuelabit in nobis.Quis igit tā impatiens, q non oīa
huius mundi mala propter tam mercedem copiosam sit æquo animo laturus, quum durissi
mos quosq; labores patimur propter rem aliquam plane caducam adipiscēdam,& sitimus,
& esurimus constantes inibi propter fortassis aliquam exiguam cœnulam?

¶Cæterū,qa vereor plerosq; pœnitere & tristari pro peccatis,vel nondū cœpisse vel de- F
ficere & cessare,superest,vt si refectione illa cœlesti voluerint aliquādo refici, pœniteant &
Psal.78 perseuerent iuxta ea,quæ notantur sub euangelij hodierni verbis.

¶Primo,vt exēplo Chri oculos in cœlū subleuēt,inde gratiā pro pctis suis efflagitātes cū G
Propheta dicētes:Ne memineris iniqtatū nostrarū antiquarū,cito anticipēnt nos misericor
diæ tuæ,qa pauperes facti sumus nimis.Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriā
nominis tui,dñe libera nos,& propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

¶Secūdo,habeant & paucos panes hordeaceos & pisciculos.i.vtantur vilibus,& quę na H
tura dūtaxat exigit,alimētis nō delicatis,non deliciosis,non exqsitis ad gulā cibis & potibus
1.Timot.6 vtātur,habētes(Aplo hortāte)alimēta & qbus tegant,cōtēti sint,quū & natura,q̃ solū sustē
tat paucis,cōtēta sit,memores parsimoniæ Chri & discipulorū,q̃ paruo,q̃ vili alimēto fuerit
cōtēti,quū nisi cū duob⁹ piscib⁹ qnq; panes habuerint,& eos qdē hordeaceos.i.plane viles
quum hi iumentis magis quàm hominibus conueniant. In quo certe nobis deberemus esse
verecundia,qui homines vilissimi,& nullius plerūq; frugi,nullis nisi delicatis, & exquisitissi
mis cibarijs vescimur,quum hodie tam præclari,tam insignes,tamq; fructuosi viri,gloriosi
illi terræ principes vnà cum domino prophetarum tam modice, tamq; viliter æstitauerint,
vtq; nobis in exemplum vt & ipsi paucis ac vilibus contenti essemus.

1.Timo.4 ¶Tertio,vt ijs quæ habēt,nō vescant,nisi prius exēplo Chri benedictione p verbū dei,& I
gratiarū actione adhibita.Siquidē(inqt Paulus)q̃d percipit.f.in mēsa cū gratiarū actione p-
cipiendū est,q̃d sanctificat per verbū dei & oratione.Sic fiet,vt ea benedictiōe,q̃ pauca sunt
& vilia,æque & magis q̃ pretiosa,imo vsq; ad saturitatem & bonā corpis & aiæ valetudinē
nutrient,quū interim gulosi aiam & corpus perdūt, cuius testimonium habent in diuite illo
Lucę.16 Epulone,q quotidie vescebat splendide,& deinde in inferis pascebat flammis gehennæ. Vn
de fideliter à gula debortat dns,inqens:Attendite autem vobis,ne forte grauetur corda ve-
Lucæ.21 stra in crapula & ebrietate,& superueniet in vos repentina dies illa.

¶Quarto,& si vilia habēt & pauca,de eis tñ pauperibus largiri nō negligāt,exēplo disci- K
Lucę.11 Danie.4 pulorū,q hodie iussi adferre qnq; panes murmurarūt,quasi ipsimet famelici eis indigerent,
imo obediētes turbę sedēti apposuerūt,colligētes deniq; fragmēta ne perirēt,sed indigētib⁹
Ecci.3 q̃q; distribuerēt.Sic & q̃q; pœnitētes de suis vel quamlibet paucis vel exiguis eleemosynas
facere debēt,siqdē eleemosyna à peccato mundat,atq; ipm nō secus ac ignem aqua delet.

¶Nec interim timere debēt de alimoniorū defectu,quinimo sic misericorditer largienti- L
bus deus ipse,vnde oīa proueniūt,quæ habēt,ipsis nō sentiētibus,sub manibus multiplicabit
quēadmodū hodie discipulis fecit suis,qui e quinq; panibus & duobus piscibus collegerunt
duodecim cophinos,saturatis interim oībus q discubuerūt,argumēto liberaliter indigenti-
bus propter deū distribuētibus,nunq̃ alimenta esse defectura,nec eleemosynā hilarē,quenq̃
facere pauperē,sed ditiorē,vt aliàs non paucis multis exēplis ostēdimus.Hinc Paulus: Vnus-
2.Cor.9 quisq;(inquit)prout destinauit in corde suo nō ex tristitia aut ex necessitate.f.faciat eleemo
synas. Hilarem eīm datorē diligit deus,q potens est,omnē gratiā abundare facere in vobis,
vt in oībus semper oēm sufficientiam habentes,abundetis in omne opus bonū.Qui admi
nistrat semē sēmināti, & panē ad mādncandū pręstabit,& multiplicabit semen vestrū,& au
gebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.Id quod si feceritis fratres,non dubito, quin deus
ipse vos post hanc vitā sit refecturus abunde gloria vitæ æternæ.

HOMIL. XXVIII. DE EO QVOD LEGITVR, Iohannis.9.Præteriens Iesus,&c.

Feria quarta post Letare.



QVoniam breue est tēpus,& verba euāgelij hodierni sint non paucis multa.In q- A
bus adeo diuersa tractant,vt commode in partes diduci nequeāt.Ideoq; ipsa
pro breuitate tēporis,in cōmunē vestri vtilitatē per breues,& qdem paucissi-
mas doctrinas ea sumus enodaturi,quarum ¶Prima ē,hoīem propter pec- B
cata sua aliquoties infirmari. Hoc enim intellegebant discipuli,interrogātes:
Quis peccauit?sciebāt vtiq; nōnullos ob pctm ęgrotare,quis hic,cæc⁹ nō erat
Iohan.4 propter pctm.Hæc sane doctrina patet ex verbis Christi,aliàs ad eū, quē curarat,dicentis:
Ecce

sua morte soluere, nisi etiã memoriale institueret, quo etiã ipam solutionẽ cõtemptã recu
perare possemus. O ineffabilis charitas, qua nõ solũ voluit nobis esse pater p creationẽ, fra
ter p incarnationẽ, redẽptor p pretij solutionẽ, sed etiã nra placuit esse spũalis refectio in
Eucharistiæ sacro ad pmij beatifici pgustationẽ. Vnde verissime dudũ cecinit Propheta,
Psal.110 dicẽs: Memoriã fecit mirabiliũ suorũ misericors & miserator dñs, escã dedit timẽtibus se.
Hinc illã sanctissimã escã sumere debemus in memoriã.s. amoris erga nos Iesu Chri, q̃a
ille pro nobis peccatoribus mortuus sit, ac in ipsius memoriam se nobis in escã cõtulerit.
¶Tertio, propter vtilitatẽ & vtilitatis necessitatem, q̃a sine manducatiõe illius, nemo.s. F
mẽtis cõpos, saluari possit. Ipsissima charitate dicente: Amen amen dico vobis, nisi man-
Iohã.6 ducaueritis carnẽ filij hois, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Qui man
ducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ, habet vitã æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissi
¶Sec quæris, nunquid æque omnes participant de corpore Christi, nun- (mo die. G
quid æque omnes istam vtilitatem & tanti doni fructus nanciscuntur.
¶Rñdet Ecclesia: Vtiq; oẽs accipiũt, & tã mali q̃ boni comedũt, sorte tñ inæquali vitæ H
vel interitus. Mors ẽ malis, vita bonis, & plane dispar paris sumptiõis exitus. Et plane ca-
dẽ medicina rite pparatis ad eã suscipiẽdã ẽ salutifera, min' vero dispositis exitialis & mor
1.Cor.11 tifera. Id apls pbãs ait: Quicũq; mãducauerit panẽ, & biberit calicẽ dñi indigne, reus erit
corpis & sanguinis dñi. Nã q mãducat & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat & bibit. Et
subdit mox idẽ Apls pœnã eorũ, q indigne participarũt de hoc sanctissimo sacro, dicens
q̃d pter indignã huius tractationẽ multi eorũ sint mortui.s. subitanea morte, nõnulli facti
sunt ęgroti & ĩfirmi. Et pfecto frẽs, arbitror nobis hęc tot & tãta mala, qbus nũc passim
obruimur, potissimũ euenire, q̃a plus q̃ dici possit indigne hoc sacratissimũ mysteriũ tra-
ctauim', & plane verẽdũ nisi destiterimus fore, vt duplicata veniãt hæc mala & tpalia &
Psal.68 æterna. Iuxta pphetã dicẽtẽ: Fiat mẽsa illorũ corã ipsis in laqueũ, & in retributionẽ, & in
¶Quæris aũt qũo digne accipiamus, & in salutẽ nostrã? Rñdeo Chrm in (scandalũ. I
hodierno euangelio suo facto facile docere, quæ ad dignã sumptionẽ requirant. Primo
nãq; (ait Euãgelista) q Chrus surrexerit, & vestimẽta deposuerit documento, q̃d corpus
Col.3 eius manducaturi à peccatis surgamus, & per veram pœnitentiam (Paulo scribente) vete
rem hominem cum vestibus, id est, cum actibus suis deponamus & expoliemus.

¶Scdo

H ¶Scdo, q lintheo se præcinxerit, documento, vt lumbos nostros cingamus cingulo fi dei. Erit em (inqt Esaias) fides, cinctoriũ renum eius. Credẽdũ sane est, nos certo sumere sub speciebus panis & vini veꝝ Chri corpus, qd pro nobis traditũ est in ara crucis, qđq; indies toto terraꝝ orbe in altario sub mysterio in memoriam passiõis dñicæ offert vere. Nec debemus, vt increduli Iudæi olim quærere. Quõ pt hic carnẽ suã dare ad manducã-dum? Et quõ nobiscũ est, q cœlos ascendit? Sed comedamus festinãter sine diutina dispu tatiõe, quõ id fiat? Id qd nõ intelligemus, nisi antea credi derimus. Ideoq; canit ecclesia, qd nõ capis, qd nõ vides, animosa firmat fides, pter reꝝ ordinem. Quã sane habebimus, vbi intellectũ nostrum Aplo docente, captiuemus in obsequiũ Iesu Chri. Quod facile facie-mus vbi aduerterimus eũ esse nõ modo os veritatis æternæ, sed & ipsam esse veritatẽ, qui dicit: Accipite & manducate, hoc est corpus meũ, qd pro vobis tradet. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Amen amen di co vobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hoĩs, & biberitis sanguinem eius non habebitis vi tã in vobis. Nolite murmurare. Nemo ascendit in cœlũ, nisi q descendit de cœlo, filius ho minis, q est in cœlo. Et ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi.

Esa.11 · Iohan.6 · Esaie.7 · 2.Cor.10 · Matth.26 · Iohan.3 · Matth.vlt · 1.Reg.21

I ¶Tertio, qd accepto lintheo pcinxerit se vtiq; ad tergendũ, significãs puritatẽ corpis, documẽto, vt mãducaturi simus puri à libidinosis actibus. In cuius exẽplũ, nõ licuit olim neq; Dauidi, nec eius ministris edere panes propositiõis, nisi cõtinuissent ab heri & nudi-ustertius à mulierib'. Quũ tñ hic maior sit panis illo, qto maior ẽ veritas, vmbra & figura.

K ¶Quarto, qd procubuerit ante discipuloꝝ pedes, notans humilitatem, documento, vt accedamus in humilitate, recognoscentes q simus indigni tanto dono, Interim donantea ex humilitate offensas inimicoꝝ. Quid em (o homo) qcunq; es, qd tibi videt de creatore tuo? Ecce pronus lauit pedes suis discipulis, & tu dedignaris consuetudinem proximi pauperis, quasi illo melior. Pondera (quæso) hodie humilitatem Iesu Christi, quem opor tet imitari. Nonne magna pietas, nonne mira & inaudita humilitas, quod Christus rex re gum, dñs dominãtium, & filius altissimi ante discipulos suos plane rusticos & piscatores veneranda sua genua flectit ac sanctis manibus lauit illorum pedes, verisimiliter lutosos, quoniam discalciati ambulauerint. Hanc plane inauditam humilitatem cras in exemplo, videbitis, vbi prælatus noster manus nostras (deo volente) lauabit.

Ephe.4 · Apoc.19 · 1.Timot.6 · Matth.10 · Marci.6 · Luce.10

L ¶Quinto & postremo, qd iteꝝ resederit, discipulos in varijs erudiẽs, ac deinde ad cor poris sui cõsecrationẽ & pticipationẽ processerit, argumẽto vt mãducaturi residere debe mus per mẽtis quietẽ, oĩa impertinẽtia excludẽtes, apud nos diligẽter meditemur, qs quã-lis & quãtus sit cibus, quẽ sumus recepturi iuxta cõsiliũ Solomonis, dicẽtis: Qñ sederis, vt comedas cũ principe, diligenter attẽde, quæ posita sunt ante faciẽ tuam? Et quare? Nimi rum, vt digne comedat, & si qd esset in eo mali, vt & ille hoc ipm expurget. Et hoc est, qd Aplus monet, dicẽs: Probet homo seipsum, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui em indigne manducat & bibit, iudicium sibi mãducat & bibit? Quare Paule? Quoniam respondet, non dijudicat corpus domini. i. quia accedit & manducat, ac si esset materialis quispiam panis, & non discernens hunc panem ab alijs panibus, qñquidem hic sit panis viuus, q de cœlo descendit, q dat mundo vitam, quo nec in cœlo, nec in terra est pretiosi us nec nobilius nec maius, quia ipse deus, adeoq; filius dei altissimi. Ea propter quũ pecca-tor, vtcũq; pœnitens, tantam meditatur dignitatem eius, q vt cibus est ingressurus, recte cum humilitate & deuotione cum Centurione dicet: Domine, non sum dignus, vt intrea sub tectum meum, sed tãtum dic verbo, & sanabitur anima mea. Id quod faxit idem, quẽ sumpturi sumus intentione salutis æternæ consequendæ.

Prouer.23 · 1.Cor.11 · Iohan.6 · Matth.8

¶HOMILIA TRICESIMAQVINTA.

In die Parasceues ante lectionem dñicæ passionis.

A 

Gimus hodie diem (frẽs charissimi) luctu & lamento plenã, diem scilicet, in qua dñs noster Iesus Chrus pro nobis sustinuit mortẽ in ara crucis innocentissimã & ignominiosissimã, vt nos ab æter-na morte, cui eramus ob peccata nostra obnoxij, redimeret & q (vt Petrus scribit) pctm non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius ille pctã nostra hodie pertulit in corpore suo super lignũ, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Si igit socij esse cupitis lætitiæ & cõsolationis in die resurrectionis Iesu Chri, curabitis & esse so cij in hodierna die passionũ eius, cõpatiẽtes ei. Id qd natura exi-git, qua cõparari videmus, vt si qd patit vnum membrum, com-patiuntur oĩa membra, fieriq; comperimus, vt capite ægrotante dolẽt oĩa membra. Quia ve-

Esa.53 · 1.Petr.2 · 2.Cor.1

1.Cor.12 6 q.1.c.Ex Matth.26 Marc.14 Quia vero hodie Christus caput nostrum, vnde omnis nostra vis & vita, pro nobis sic do luit, vt ante initiū passionis in monte Oliueti ex animo dixerit: Tristis est anima mea vsq ad mortem, & quum sic passus fuerit, vt nulla in mundo passio eius passioni possit cōferri. Ipso dicente per Prophetam: O vos omnes q transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis sicut dolor meus: nimirū admonens, vt sibi cōpatiamur per deuotā cōpassionem cum dolorosa meditatiōe magnitudinis suæ passionis, recte cum eo cōpatiemur.

¶Quū vero nihil sit, quod æque dñs à nobis velit cogitari, atq suā erga nos dilectionē vt & ipsi eū redamemus, certe nihil pt esse qd idem malit, q vt semp simus memores dñicę suæ passiōis per deuotā & sanctā meditationē, q̄ quidē nullibi illius erga nos charitas ma gis elucescit, q̄ in ipsius pro nobis passiōe & morte. Nemo em̄ (inqt ipse) maiorē hac dilectiōe habet, q̄ vt aiam suā ponat qs pro amicis suis. Id qd ipse nō coactus, sed spōte fecit, dicens: Ego pastor bonus, & pono aiam meā pro ouibus meis. In cuius ppetuā memoriā ipse sacrm sanctissimi sui corpis instituit, à nobisq sumendum tradidit, Paulo monēte in hæc verba: Quotiescūq mãducabitis panē hūc, & calicē bibetis morte dñi annuntiabitis donec veniat. Id qd ille adeo diligenter obseruauit, vt licet doctissimus esset, abundãtius æmulator existēs paternarū traditionū, & magnitudine reuelationū exaltatus, in tertiū cœlū raptus arcana audiēs, quæ nō licet homini loqui, nō aliud iudicauit se scire, nisi Chr̄m Iesum, & hūc crucifixum, nec in alio q̄ in cruce dñi gloriatus est. Et profecto nulli us rei æque frequēter mētionē fecit in suis ep̄lis atq passiōis & mortis Iesu Chr̄i, vtpote p quā vel solā ille nos patri suo recōciliauit. Agite, pinde frēs dilectissimi, gloriemur & ipsi in eiusdē passiōe & morte, sedula nimirū cōpassiōe & meditatiōe eoꝝ quæ pro nobis hac in primis die sustinuit, quæ q̄tuor Euāgelistæ suis in locis in hæc vt subsequunt, verba recē sent, Et hymno dicto, egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentē Cedron &c.

Iohan.15 Iohan.10 1.Cor.11 Galat.1 2.Cor.12 2.Cor.2

¶HOMILIA TRICESIMASEXTA, IN CONclusionem eiusdem passionis dominicæ.



Thren.1 HAEC fratres dilectissimi, est passio domini nostri Iesu Christi iuxta veritatem quatuor Euangelistarū, cui (obsecro) corde deuoto cōpatiemini, quū ipse vos tam paterne admonet dicēs: O vos omēs q transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Compatiemini (inquā) ne vos detestari & damnare videant creata inanimata, adeoq elementa ipsa, vtpote quæ vel cūcta audiuimus hodie suo creatori perinde lugentia sunt cōpassa. Sol nimirum obscuratus est, terra tremuit, petræ scissæ sunt, velum diuisum est templi, suntq mortuorum aperta monumenta.

¶Quis proinde (obsecro) tam irreligiosus hodie, q nō compatiatur, quis tam durus vt non molliat, qs tam inhumanus, q nō compatiat, quis tam delicio sus, q non abstineat, qs tam flagitiosus vt non hac die pœniteat de peccatis suis, quorum causa suus dñs & creator subijt mortem oīm amarissimā & ignominiosissimā, semel vtiq mortuus (vt ait Petrus) pro peccatis, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, deglutiēs mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur, qualesq non eritis, nisi (vt ait Paulus) cōpatiemini. Compatientes autem confidite, quod eius consolationis socij in futuro efficiamini. Nec enim pro ipso lugentibus pie gloriam suam negabit, q nec Petro flenti, nec Magdalenæ quærenti & dolenti gloriam resurrectionis suæ occultare voluit. Fieri enim nequit, quin vere dixerit Propheta: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Seminãt autem in lachrymis, qui pœnitentes hodie Christo compatiuntur, & quidem:

1.Petri.3 Roma.8 Psal.125

¶Primo, vt huius passionem & crucem in corde per deuotam recordationē baiulent. ¶Scdo, in ore per crebram & deuotam gratiarū actionem. Tertio, in corpore per castigationē & abstinentiā ab ijs, quæ voluptuosa sunt & deliciosa, memores, q hodie dñs Iesus durissima quæq pro nobis sustinuerit, q̄ & ipsi sufferre libenter debemus, crucemq tollere, & sequi ip̄m, Petro dicente: In hoc em̄ vocati estis, qa & Chr̄us passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplū, vt sequamini vestigia eius. Si em̄ fratres, in passione illum non sequemur, nec sequemur eū ad gloriam, ad quā nec ipse nisi per passionem venire potuit ita & nos non nisi per multas tribulationes eō venire possumus, quō pducat nos dñs Iesus Christus medio innocentissimæ suæ passionis, Amen.

1.Pet.2 Luc.24 Acto.14

¶HOMILIA XXXVII. DE EO QVOD LEGITVR: Marc.16. Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi &c.

In sacrosanctis ferijs gloriosæ & lætabundæ resurrectionis domini nostri Iesu Christi.

Gaudete

A 
Audete fratres,summa deuotiõe gaudete,qm̃ hæc est dies tertia,
in qua Chr̃s dñs resurrexit,sicut moriturus p̃dixit,factus sine adiu Psal 87
torio inter mortuos liber.Gaudeam⁹,inquã,tã illi,q̃ nobis,qm̃ tã 2.Cor.1
sibi q̃ nobis resurrexit,vt sic q fuissemus socŋ tribulatiõis,essemus Apoc.1.
& socŋ cõsolatiõis, vt sic, queadmodũ languẽte vno mẽbro,lan-
guescũt & reliqua,ita q̃q; gaudẽte vno mẽbro,gauderẽt & reliq̃,
q̃si simul gaudiũ participãtia.Nec tñ sicut luctus,ita & gaudiũ,sed
abũdãtius multo magis,q̃a granũ frumẽti,q̃d solũ mortificatũ est
in passiõe,multũ fructũ attulit in resurrectiõe.Solus em̃ mortuus, Iohã.12
sed solus minime resurrexit,qñquidẽ multa,inq̃t euãgelista,cor-
pora sanctorũ,q dormierãt,surrexerũt,& exeũtes de monumẽtis post resurrectionẽ eius,
venerũt in sanctã ciuitatẽ & apparuerũt multis,q̃ manifestius demõstrauit,q̃a ĩ virtute suę Matth.27
resurrectiõis oẽs resurrecturi essemus,& quidẽ credẽtes ad vitã æternã. Sciẽtes em̃(inq̃t Coloss.2
Ap̃lus,q̃a qui suscitauit Iesum,& nos cũ Iesu suscitabit,q nõ modo suscitatus est ad gloriã
sed & nosipsi in Chr̃o ad eãdem gloriã suscitati nũc in spe, resuscitãdi tãdẽ in re.Siquidẽ
dubitãdũ nõ sit de cõsortio gloriæ,queadmodũ nõ est dubitãdũ de cõione naturæ.Nos q
dẽm Chr̃o crucifixi,nos in Chr̃o sum⁹ mortui,nos ĩ Chr̃o die tertia resuscitati.Sicut em̃
ille nobis(Esaia testãte)natus ẽ,ita nobis mortuus,nobis crucifixus,nobisq; hodierna die Esaię.9
resuscitatus,immortalis & gloriosus,qm̃,vt hodie dicit angelus,surrexit,& nõ est hic.Nõ
est hic(inq̃t)in monumẽto,in hoc mutabili mũdo,loco vtiq; corruptiõis & imagine mor Romañ 6.
B tis. ¶Surrexit & Lazarus cũ cæteris à dño adhuc morituro suscitatis,sed hic mãsit iterũ Iohan.11.
moriturus.Chr̃s vero hodierna die resurgẽs ex mortuis, iã non morit̃,mors illi vltra nõ Matth.vlt.
dñabitur.Quod em̃ mortuus est,pc̃tõ mortuus est semel.Quod aũt viuit,viuit deo,& qui Philip.3
pfecte resurrexit,nõ est hic secundũ legẽ huius corruptibilis tẽporis,p̃sens vero glorifica
tus sub venerabili eucharistiæ sacramẽto omnibus diebus vsq; ad cõsumationem seculi.
¶Qui & deinde,exacto hoc seculo,reformabit corpus nostrũ virtute suæ resurrectiõis
cõfiguratũ corpori claritatis suæ,vt q resurrectionẽ in se ostendit,ideo vt sic illã aliqñ in
nobis eẽt facturus,vt se vt caput nostrũ mẽbra seq̃remur,q & mortẽ suscepit, ne mori ti
meremus,& resurrexit,vt nos resurgere posse cõfidamus , q̃bus caro erit lõge pulchrius
reformata q̃ olim fuerat in paradiso cõdita,vtpote q̃ etsi mortua nõ fuisset,si nõ peccasset
mortalis tñ semp erat,nimirũ elemẽtorũ actionibus subiecta,q̃ virtute Chr̃i Iesu resurre-
ctionis tũ p dotes gloriæ oĩno erit immortalis,impassibilis,subtilis,agilis & clara,pro sua
cõseruatiõe,neq; loco,neq; cibo indigebit. Nec illi tũ dicet̃ Terra es,& in terrã reuerte- Gene.3
ris,vtpote immortalitate & stola gloriæ nobiliter induta. Idq; totum fiet virtute resurre-
C ctionis Iesu Chr̃i,q̃ hodie facta est. ¶O vere venerãda dies,o iucũda dies,o dies tota Psalm.117
desiderabilis,o dies plena cõsolatione,quã vere(propheta teste)dñs singulariter fecit in
diebus anni trãseuntibus nõ cõputãda,sed æternitatis æuo inscribẽda, nobis gloriã æter-
nitatis repromittẽs in nouissimo die resurrectiõis futurã.Quis proinde,fratres charissimi
nõ toto exultaret aĩo hac gloriosæ resurrectiõis Iesu Chr̃i die,in qua dñs redẽptor noster
eũ nobis in vita æterna reparauit statũ,in q̃ finẽ habitura est oĩs nostra aduersitas & ince
ptura felicitas,nullo tp̃e finitura.Quis hodie cũ Iob in tot huius mũdi tribulationibus,ad Iob.9
uersitatibus,miserijs & ærũnis cõstitutus,nõ se velit ex aĩo consolari p resurrectionẽ Iesu
Chr̃i,atq; cũ illo animatus diceret:Scio q̃ redẽptor meus viuit,& in nouissimo die resur-
recturus sum,& in carne mea videbo dñm saluatorẽ meũ.Reposita est hæc spes mea in si
nu meo:nimirũ nõ ignarus,se cũ Chr̃o iturũ in Galilæã,q̃d transitus est,à passione ad resur Esa.64
rectionẽ,à morte ad vitã,à pœna ad gloriã,à corruptione ad incorruptionẽ,& cũ eodẽ 1.Cor.2
futurũ in tanto gaudio,q̃iũ nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hoĩs ascẽdit,secũ Roma.8
eam & tantã habẽs gloriã,ad quã nõ sunt cõdignæ passiones huius tp̃is,quã vtiq; pleriq;
oẽs habituri sumus virtute Iesu Chr̃i hodie resurgẽtis testimonio angelico,si fecerim⁹ in
sp̃ũ ea,q̃ facto ipso hodie fecerũt tres Mariæ, iuxta tenorẽ euãgelij hodierni adserentis.
D ¶Primo,q̃ tres Mariæ,mulieres vtiq; religiosæ sepulto dño,cũ licuit operari,s.vsq;
ad solis occasum vnguẽta parauerũt,& q̃a præ angustia tp̃is non potuerint eplere, mox
transacto sabbato,i.occidẽte sole,vt operãdi licẽtia redit, festinauerint emere aromata,
nimirũ vt vngerẽt more Iudæorũ corpus Iesu,vt.s.maneret odoriferũ, & ne humiditate
scaturiret:qñquidẽ aromata virtutẽ habeant desiccantẽ humiditatẽ corporis, inde cor-
pus incorruptũ cõseruãtia,instar Iesu Chr̃i ad patrẽ per prophetã,dicẽtis:Insup & caro Psal.15.
mea requiescit in spe.Qm̃ nõ derelinques animã meã in inferno,nec dabis sanctũ tuũ vi- Acto.2
dere corruptionẽ.Et recte nimirũ nõ oportuit in sepulchro putrescere corpus Iesu Chr̃i
q̃d erat in castissimo corpore diuæ virginis & matris Mariæ,sp̃ũ sancto cooperatore ci Matth.1.
tra seminis putredinẽ mirabiliter cõceptũ & natũ,quodq; ille,dũ vixit, prorsus purũ,mũ Luce.1.

Ee dum

dum & incontaminatũ seruarat, indignũ proinde ire in vermiũ puluerisq; dissipationem
Esa.53 Emptis itaq; aromatibus, inquit euãgelista, q; venerũt Christum resurgentẽ quærere in
Acto.2 monumẽto cũ aromatibus valde mane, orto iã sole, atq; in itinere q̃uerint, quis e monu
mẽto euolueret lapidẽ, qui desup positus erat, cuius ipsæ capaces haud erãt. ¶ Sed quid
hæc in mysterio? Profecto monumẽtũ est cor nostrũ, in q̃ Chrs sub velamine vult late- E
re, aliàs reuelata facie vidẽdus. Lapis desup, ẽ omne pc̃m, q̃d cor nõ secus atq; sepulchrũ
lapis claudit, ne inibi cõspici queat Chrs. Valde mane, ẽ cito & sine mora. Ortus sol, ẽ dis-
cussio tenebrarũ peccati. Sabbatũ, est quies & trãquillitas. Quærere, qs reuoluat lapidẽ à
monumẽto, ẽ ex aĩo desiderare à deo ipũ sc̃tõ, vt remisso pc̃tõ, cor illuminet, vt inibi Chrs
resurgẽs videri possit. Præcedere in Galilæã Christũ, est nobis facere transitũ, q̃d Galilæa
Esaie.29 notat, in vitã æternã, ad quã nobis surrexit, vt ipm eo seq̃mur. Ex qbus modo docemur.
Matth.15 ¶ Primo, si Christũ cũ gr̃a & gloria inuenire volumus, debemus eũ quærere in monu- F
mẽto.i.in corde nostro, in nõ ficta charitate nec hypocrisi. Ne ipse dicat: Populus hic la
Matth.9 bijs me honorat, cor aũt eorũ longe est à me. ¶ Secũdo, vbi cognouerimus cor nostrũ
Luce.5 lapide.i.pc̃tõ induratũ, quæramus.i.optemus aromatibus.i.pijs ac odoriferis orationi-
Matth.26 bus, quis illũ reuoluat, & certe nõ erit, nisi solus deus, q̃ solus peccatũ habet reuoluere.i.di
Luce.7 mittere, solus illuminare, cui soli peccat, sine quo nihil facere possumus. Et certe quæsitus
dũtaxat, remittet pc̃m, queãdmodũ solo fletu Petrum & Magdalenam exaudiuit.
¶ Tertio, vt q̃ramus eũ pijs orationibus & hymnis pœnitentiæ, valde mane.i.cito sine G
aliqua mora, nõ procrastinantes, ne morte cita intercipiamur, cuius incerti sumus. Hinc
Eccl.5.14 scriptura: Nõ tardes cõuerti ad dñm, & ne differas de die in diẽ. Subito eñ veniet ira illius
& in tpe vindictæ disperdet te, memor esto, q̃m mors nõ tardat. ¶ Quarto, vt q̃ramus G
sabbato.i.in pace & quiete & securitate, ab oĩbus malis cogitatiõibus secludi, ita vt nõ sit
nobis propositũ repeccãdi, quũ vtiq; alioqui Chrs in sepulchro.i.corde nõ inueniat in q̃
est cõscientia propter pc̃tã irrequieta. Hanc sane quietẽ & pacẽ conscientiæ optat nobis
Coloss.3 Apl̃us, dicẽs: Et pax Chr̃i exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpe.
¶ Quinto, sequemur Christũ in Galilæã.i.transmigrationẽ, quo ipse nos pcessit. Id q̃d I
nõ aliud est, q̃ vt p eã viam ad patriã eamus, quã Chrs illuc pcessit, at Chrs illuc pcessit p
Acto.14 passionẽ, p tribulationẽ, & deniq; p mortẽ, ita & nos nõ aliter cõfidamus eũ illuc sequi pos
1.Petri.2 se, nisi tribulationibus, aduersitatibus & passionibus & mortibus. Hinc Petrus ait: In hoc
Roma.8 eñ vocati estis, quia & Chrs passus est pro nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamini ve
stigia eius, cũ eñ, inquit Paulus, cõglorificabimur, vbi cõpatiemur. Si proinde sic deuotas
hodie mulieres imitãtes, valde mane surrexerimus, & reuoluto lapide.i.pc̃tõ p potentiã
remoto, orto iã sole.i.discussis vitiorũ tenebris, atq; sic Christũ in monumẽto.i.toto cor-
de, aromatibus.i.operatiõe bonorũ operũ, odore virtutũ, suauitateq; orationũ q̃suerim',
Christũq; cruce nostra sequemur in Galilæã, haud dubitauerim, quin & ad nos angelus.i.
1.Cor.12 diuinus instinctus sit dicturus: Nolite expauescere, &c. quasi q; Christũ nũc nõ corpora-
1.Cor.3 li visione videtis, nõ vltra viuit, imo resurrexit, & nõ est hic.s.specie visibili, pcedeos vos
in Galilæã, ibi eũ videbitis, s.nõ per speculũ in ænigmate vt nunc, sed facie ad faciem, & si
cuti est.s.deus & homo, non mortali, sed immortali & glorioso corpore.

HOMILIA XXXVIII. DE EO QVOD LEGITVR,

Luc.24. Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die.

Feria secunda paschatos.

Iohã.7.14  Vamuis pr̃sens sit vita prorsus vana & transitoria, multisq; repleta miserijs A
& aduersitatibus, nemo tñ est, qui nõ cupiat aut velit natura viuere & quidẽ
diu multũq;. Quia vero & ediuerso oẽs quotidianis experiẽtia discimus hãc
vitã plane nullã nec aliquã in ea solidã esse beatitudinẽ, sed hãc omnino re-
seruari futuræ, quã credimus, vitæ, in qua tantũ sit bonorũ diligentibus deũ
Matth.6 pparatũ, quantũ nec oculus vnq̃ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
Lucæ.11 ascendit, hinc est, vt eam nõ modo oẽs quicũq; baptizati sumus & in Christũ credimus,
ex aĩo desideramus, in oratione dñica petentes ac dicẽtes: adueniat regnũ tuũ.s.cœleste
in alia vita, q̃d nobis à te repromissum & Iesu Chr̃i filij tui vnigeniti dñi nostri sanguine
acquisitũ est, sed & propter ipsam hic oĩa agimus, sufferẽtes quicquid vspiam est malorũ,
laboramus, algemus, frigemus, esurimus, sitimus, & hoc genus reliquas angustias & ærũ-
nas patiẽter sustinemus, sperãtes nos hoc pacto post hãc trãsitoriã vitã habituros vitam
Romañ.8 æternã, atq; inibi, Paulo teste, tantã in nobis reuelatũ iri gloriã, ad quã huius tpis passio-
nes vel quãlibet multæ & magnæ nõ sint cõdignæ: q̃quidẽ passiones huius tpis æque sint
breues, vt breue est tẽpus, ipsa vero gloria in tã aĩa nostra q̃ corpore nr̃o vere reuelanda
nullo sit tpe finitura, quemadmodũ nec vita seq̃ẽs est aliq̃n desitura, in qua vel vna dies
sicut

ſicut mille nobiſcũ anni,& mille anni ſicut vna nobiſcũ dies. Iã vero quærit, vnde nobis
ſit de ea æterna vita,eiuſq́ꝫ æterna gloria fides? Nimirũ, quia credimus,nos in nouiſſimo 2.Pet.3
B huius ſeculi die corporaliter reſurrecturos. ¶Sed vnde de eiuſmodi reſurrectiõe vltima
fides? Nõ vtiqꝫ aliunde,q̃ ꝙ credimus Chr̃m ipſm caput noſtrũ,vere tertia poſt obitũ die
reſurrexiſſe,& ſic nos ꝑ ipſm reſurrecturos. Fieri eñi nequit,quin caput vires q̃qꝫ ſuas trãſ
fundat in ipſa mẽbra,q̃ nos ſumus,q virtute capitis cũ eo & reſurgemus & cœlũ aſcende
mus,cũ ipſo ſemꝑ victuri. Et hoc ẽ,q̃d ap̃ſus ait: Si aũt mortui ſum⁹ cũ Chr̃o, credim⁹,q̃a Roma.6
ſimul etiã viuem⁹ cũ illo, Sciẽtes ꝙ Chr̃s reſurgẽs à mortuis,iã nõ morit̃,mors illi vltra nõ
dñabit̃. Ideoq́ꝫ (inq̃t idẽ alias) ſi credim⁹ ꝙ Ieſus mortuus ẽ & reſurrexit,ita & deus eos q 1.Theſſ.4
dormierũt ꝑ Ieſum,adducet cũ eo. Atqꝫ ꝓpterea ſi in hac dũtaxat vita ſperantes in Chr̃o
eſſem⁹,nec crederem⁹ ipſm reſurrexiſſe,nec alios aliq̃n reſurrecturos,certe eſſem⁹ miſera 1.Cor.6
biliores oĩb⁹ hoĩbus,vtpote q hic tp̃alia q̃qꝫ oblectamẽta deſpiciẽtes,alibi nullã haberem⁹ Iohã 11
vitã,nec ꝓ laborib⁹ & aduerſitatib⁹ aliquã mercedẽ. Sed nũc (inq̃t Paulus) Chr̃s reſurrexit 1.Cor.15
à mortuis primitiæ dormiẽtiũ,q̃ñquidẽ ꝑ hoĩem mors,& ꝑ hoĩem reſurrectio mortuoꝝ.
C ¶Nũc aũt q̃a hęc ipſa reſurrectio dũtaxat eis ad vitã æternã ſit futura,q illã credũt,ſed
aliis ad mortẽ æternã,ſi q̃dẽ oẽs reſurgem⁹,ſed nõ oẽs immutabimur,ſit vt nõ mõ paſſim Acto.1
apoſtoli ſummopere fidẽ eius reſurrectionis ꝓbare ſatagũt,ſed & Chr̃s ipſe ea nobis atqꝫ
ſuis exhibuit argumẽta,q̃bus illa merito ꝑſuaderi poſſit ac debeat,vtpote q ſe ſuis diſcipu
lis poſt reſurrectionẽ ſuã in multis argumẽtis viuũ videri ꝑbuit,ꝑ dies q̃draginta apparẽs
eis,& loquẽs de regno dei. Ita nimirũ in heſterno euãgelio ꝓbata ẽ eius reſurrectio ꝑ ap
paritionẽ mulierib⁹ factã,cuius & in hodierno euãgelio ſit mẽtio à duob⁹ diſcipulis Emau
tẽ euntibus,q dicũt: Sed & mulieres q̃dã ex n̄ris terruerũt nos,q̃ & ante lucẽ fuerũt ad mo
numentũ,& nõ inuẽto corꝑe eius,venerũt,dicẽtes,ſe etiã viſionẽ angeloꝝ vidiſſe,q dicũt
eũ viuere. Sic & in hodierno euãgelio ꝓbat̃ eius reſurrectio,q̃ñ vere apparuerit duobus
diſcipulis Emautẽ euntibus,apudq́ꝫ eos egit,q̃ ipſum vere viuentẽ teſtata ſunt. Et quidẽ.
D ¶Primo,ſi vero viuentẽ oſtẽdit ex parte corꝑis,q̃ñ oſtẽdit ſe habere corpus veꝝ & ſo
lidũ,nõ aereũ nec phantaſticũ,vtpote q̃d potuerit agere,q̃ corporia ſunt. Secũdo ex par-
te aĩæ,& quidẽ primo ꝑ opa vitæ ſenſitiuæ,q̃a vidit diſcipulos ſuos,& cũ eis cõfabulatus
eſt. Secũdo ꝑ opa vitę vegetatiuæ vel nutritiuę,q̃ñ cũ diſcipulis ſuis comederit & biberit,
imo & panẽ ſuo more fregerit,ita vt vere potuerit cognoſci idẽ nũero,q fuit antes,vtcũ
qꝫ in alia qualitate. Tertio,ꝑ opera vitæ intellectiuæ,q̃ñ nõ modo diſcipulis ſuis fuerit lo
quutus,ſed & eis ſcripturas,q̃ eius reſurrectionẽ fore teſtabant̃,eſt interp̃tatus, ceu habet
hodiernũ euãgeliũ de duob⁹ diſcipulis peregrinãtibus,q̃bus & ipſe dñs in forma peregri
na apparuit,oſtẽdẽs pleroſqꝫ oẽs,donec ĩ hoc ſunt ſeculo,eẽ peregrinos,& ſe tanq̃ fideli
comite eũdo & redeũdo ĩ itinere indigere. Atqꝫ nimirũ,inq̃t ad dñm ꝓpheta,aduena ego Pſal.38
ſum apud te,& peregrin⁹ ſicut oẽs p̃res mei. Et q̃re? Quia r̄ndet Ap̃ſus, dũ ſum⁹ in corpo 2.Cor.4
re hoc peregrinamur à dño. Nõ eñi habemus hic manentẽ ciuitatẽ,ſed futurã inquirim⁹. Heb.13
E ¶Hinc dñs hodie veuit peregrin⁹ apparuit peregrinãtib⁹,nec vult adeſſe & apparere co
mes in hac peregrinatiõe mũdi ſua gr̃a,niſi eis q ſpũ faciũt,q̃ peregrini hodierni fecerũt.
¶Primo quidẽ illi fuere duo congregati,id eſt,fuere vnanimes & concordes & pacifi-
ci,ſic & ipſi cõcordes eſſe debemus & pacifici. Hinc Apoſtolus: Pacẽ (inquit) habete,& de 2.Cor.13
us pacis & dilectionis erit vobiſcũ. Siquidem Chriſtus ipſe promiſerit ſe futuꝝ in medio
eorum,qui vel tres vel duo in nomine ſuo ſunt congregati. Matth.18
F ¶Secundo fuere triſtes,vtpote ꝙ putarant ſe Chriſtũ amiſiſſe,ita & nos triſtari pœni-
tendo debemus,formidãtes, ꝙ noſtris peccatis eundẽ amiſimus & fugauimus,quoniam Pſal.118
longe à peccatoribus eſt ſalus,i. ipſe Ieſus,qui ſaluator eſt. Hæc nimirũ eſt, Paulo teſte,il 2.Cor.7
la triſtitia ſecundũ deum,quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.
G ¶Tertio,cõfabulati ſunt de deo,adeoq́ꝫ de dño Ieſu. Ita & ipſi triſtes in hac peregrina-
tione & tribulati de dño cõfabulari debem⁹. Ita fiet,vt ẽ in ꝓuerbio: Cũ de aliq̃ ſit mẽtio,
idẽ plerũqꝫ adeſt vel aderit,ſic & ipſi cũ de Chr̃o,deq́ꝫ rebus illius loquemur, profecto nõ
procul aberit. Et ſane cõtra hmõi tribulationes nõ eſt tutius remedium,q̃ loqui de deo.
H ¶Ita fratres,q̃ñ ſcimus plane nos opus habere,p̃ſente in hac peregrinatione Chriſto
de ſe dicente: Sine me nihil poteſtis facere,neceſſum eſt,vt faciamus,q̃ peregrini hodie Iohan.15
fecerunt,vt nobiſcũ ſit. Vtiqꝫ ſi pacifici erimus,ipſe deus pacis nobiſcũ erit, haud ſecus at
qꝫ cũ ſuis filiis & ipſe triſtitiã noſtrã vertet in gaudiũ,quo p̃ſente,nemo triſtis eſſe queat, Matth.5
& ipſe nos de ſe loquẽtes confortabit,illuminabit atqꝫ ſic nobis aperiet ſcripturas, vt re
ipſa eas intelligamus,quæ vtiqꝫ nobis nil proſunt,niſi opere compleantur.
I ¶Hinc dñs hodie nõ eſt cognitus dũ loqueret̃,ſed dũ paſtus ẽ: argumẽto,fidẽ ſine ope Iacobi.2
ribus mortuã,q̃a dñm,quẽ diſcipuli nec ex viſione nec ex ſcripturaꝝ interp̃tatiõe & ex-
poſitione cognouerãt,mox vt opere,q̃d ſcripturæ p̃cipiũt,perfecere,eũ in fractione pa-

nis cognouerũt. Ita & nos quum sic dñs apparuerit nobis sua gratia, ipsum pijs operibus
Matth.25 adeoq; ore & corde inuitabimus & rogabimus per suos hic sanctos. id est, pauperes, vt nobiscum maneat, non relicturus, quoniam aduesperascit & inclinata sit iam dies. s. ad no
Iohã.9 ctem illam, in qua nemo poterit operari, Et profecto inclinata est nunc dies, quoniã omnia plane tendant ad interitum, breui futuræ. Ideoq; opus est Christo, die ipsissimo, vt comes fidelis & benignus viam ad patriam monstret.

HOMILIA XXXIX. DE EO QVOD LEGITVR, Luc.14. Stetit Iesus in medio discipulorum suorum. Feria tertia paschatos.



Psal.73 Psal.8 Roma.10 QVi (teste propheta) nostrã salutẽ in medio terræ operatus est, recte nimirũ hodie stetit in medio suorũ discipulorũ, qui eã salutẽ quæ q dñi resurrectionem perinde cõpleta est, erant toti mũdo deinde pdicaturi. Stetit aũt inter eos, vt sol inter sydera, vt eos illuminaret. Sicut flos inter lilia, vt eos decoraret: sicut princeps inter militea, vt eos roboraret: sicut pater inter filios, vt eos cõcordaret: sicut cor inter mẽbra vt eos viuificaret: sicut magister inter discipulos, vt eos informaret, certioresq; redderet de sua apud ipsos, dubia resurrectione, atq; illi eandem postea certissimam toto terrarũ orbe prædicarent. A

¶ Quia vero, teste ibus philosophiæ magistris, ad veram cognitionẽ alicuius facti requiri soleant, visus, tactus & auditus, ideo ipse dñs se vere resurgentem & viuum hisce tribus sensibus hodie prorsus approbauit, vtpote qui illos alloquutus, se videri & tangi, palpariq; permisit, simul illos audiuerit, atq; cum eis ob maiorem certitudinẽ edisset. Quia eñ se palpari præbuerit, probauit se verũ habere corpus, quũ præter corpus nihil possit palpari. Vnde dicit discipulis, putantibus spiritũ videre: Palpate & videte, &c. Quod aũt comederit, probauit se viuere, contrà mortua, quæ cibum non capiunt. B

¶ Mãducauit aũt dñs post resurrectionẽ, nõ quasi cibo indigẽs, nec q̃si in resurrectiõe, quã expectam⁹, cibis egere significãs, sed vt eo modo naturã corporis resurgẽtis adstrueret, nõ comedẽs ex necessitate, sed ptãte, vt suæ resurrectiõis veritatẽ insinuaret. Sicut aliter absorbet aquã terra sitiẽs, aliter sol calẽs, illa indigẽtia, hic potẽtia. Hinc ob maiorẽ veritatis resurrectiõis experiẽtiã, reliquit discipulis reliquias ex eo, de q̃ mãducarat, vt viderẽt, q vere mãducasset, vti euidẽter exprimit euãgeliũ. Id q̃d summatim arguit, quõ dñs de sua resurrectiõe discipulos reddiderit certiores. Primo p visum, dicẽs: Videte man⁹ & pedes, q ego ipse sum. Secũdo p tactũ, dicẽs: Palpate & videte, q spũs carnẽ & ossa non habet. Tertio p gustũ, cũ dicit: Habetis hic aliqd, &c. Quarto p auditum, dicẽs: Hæc sunt verba, &c. Iã vero ne in lrã dũtaxat laboremus, & in nuda fide, operæpretiũ erit, vt ipsius literæ sumamus mysteriũ, vt sic discamus spũ facere, quod litera factũ re ipsa perdocet. C

¶ Et sane videre pedes & manus Chri, est eius passionem meditari, eiusq; vulnera. Eius corpus tangere & palpare, est eidem se per charitatẽ copulare. Offerre piscem assatũ, est illi nos exhibere corpore castigatos per opera pietatis. Ideoq; si Christũ hodie cũ discipulis vere & cũ gaudio resurgentem & vidre & cognoscere auemus. D

Threñ.3 ¶ Primo, meditemur ex animo eius amarã passionẽ, ei cõpatientes & gratias agẽtes, q̃-niã, vt nobis resurrexit, ita nobis quoq; mortuus est. Hinc ad eã meditationẽ nos ipsemet hortatur, dicẽs: Recordare paupertatis & trãsgressionis meæ, absinthij & fellis. Nihil eñ æque placet Christo atq; suæ passionis memoria. Hinc & heri duobus discipulis benignissime apparuit, quia de eius passione cogitabant & loquebantur. E

¶ Secundo, illũ palpemus. i. corde & animo diligamus, quasiq; vnũ cum eo efficiamur. Hinc Iohãnes: Nos ergo (inquit) diligamus deũ, qm deus prior dilexit nos. Eam vero dilectionẽ tunc deo exhibebimus, si proximos propter eũ dilexerimus illis exhibentes, quæ
1.Iohan.4 decent & prosunt. Vnde Iohannes ait: Si quis dixerit, qm diligo deũ, & fratrem suũ oderit, mendax est. Qui eñ non diligit fratrem suũ quem videt, deum quẽ non videt, q̃uo diliget? Et hoc mandatũ habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. F

Roma.6 ¶ Tertio, offeramus nos quasi pisces assatos, i. castigatos corpore per amotionẽ & subtractionẽ eorũ, quę corpori placent, ac subinde ad peccandũ prouocant. Et hoc est, quod Apostolus ait: Consepulti eñ sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ, vt q̃uo Christus surrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, proinde sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Ad hunc modum fratres, si obtulerimus dño nos assatos, ipse se nobis cognobilem pbet hic per gratiã & alibi sic per gloriam, vt proculdubio credentes gaudebimus præ gaudio, quod nobis ex eius erit pñtia, in quo omnia bona sunt contenta, queadmodum & discipuli viso dño gauisi sunt. G

Homilia

HOMILIA XL. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. 20. Cum esset sero. In octaua paschæ.

A 
Væ super hodierni euãgelij verba in vtrãq; partẽ nõ sine fructu disputari queũt, anno superiore satis abunde tractauimus, nũc de eis merito supersedẽtes, atq; id solũ propterea in principio monẽtes euãgelũ huius diei duas cõtinere dñi resurgẽtis apparitiões, diuerso quidẽ, nec vno factas tẽpore.

¶Prima, nimirũ facta est in ipsa die resurrectionis dominicæ, dũ venientibus duobus discipulis ex Emaus in Hierusalẽ, inuenerũt illos vndecim, & eos, q cũ ipsis erãt, dicẽtes, φ dñs vere surrexit, & apparuit Simoni Petro, qbus & ipsi duo nunciauerũt q in via & in tractiõe panis cõgnerũt. Et de hac apparitione diximus in tertijs ferijs paschatos. Lucæ.24

B ¶Altera vera apparitio facta est post octo dies, p̃sente Thoma, dicẽte euangelista: Et post octo dies iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio & dixit eis: Pax vobis, &c. Vnde.

¶Primo colligitur, Christũ inter cætera, q ex parte ipsius nuper recensuimus, vel ideo semp apparuisse & stetisse in medio discipulorũ, vt ostẽderet, se nõ modo eẽ verũ prælatũ, sed & vt doceret eũ eẽ verũ & bonũ p̃latũ, q sic in medio ẽ suorũ subditorũ, vt æque curet oĩm salutẽ & vtilitatẽ, nõ plus in vnam q in alterã partẽ inclinãs. Sic ad summũ sacerdotẽ dñi ait: Non declinabis ad dexterã neq; ad sinistrã. Non debet itaq; p̃latus acceptor esse p̃sonarũ, sed plane q̃d iustũ ẽ sequi, queadmodũ & dñs ipse summ⁹ p̃latus, dicẽte Petro: In veritate cõperi, q a nõ est acceptor p̃sonarũ deus, sed in omni gẽte, q timet eũ, & operatur iustitiã, accept⁹ est illi. Ille ideo stetit hodie in medio i formã vniuscuiusq; p̃lati, vt idẽ in medio stet suorũ, æque oĩbus intendẽs, memor se cũ Paulo Græcis & Barbaris, sapiẽtibus, insipientibus, & denicq; oĩbus esse debitorẽ, qbus iuxta vniuscuiusq; conditionẽ adesse debet, queadmodũ sol in medio firmamẽti, ex æquo oĩbus mundi partibus suum profundit calorem. Atq; profecto p̃latus in medio stans bene oĩa gubernabit, nec aliter. Siquidẽ columna nunq̃ sustinet ædificium, si sit ad partẽ prope parietem, & non in medio. Deuter.17 Acto.10 Leuit.19 Roma.2 Romañ.1

C ¶Secũdo, Christũ sæpe suis discipulis optare & p̃cipere pacẽ, vt primo ostẽderet, se nõ esse nisi inter pacificos, q eius sunt filij, q in eis dũtaxat vult habitare, qui pacẽ & concordiã diligũt, cuius locus in pace factus est. Vnde Ap̃lus: Pacẽ habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscũ. Secũdo, vt ostenderet nullã prorsus cõmunitatẽ & rempub. sine pace posse proficere vel durare. Siquidẽ, vt omne regnũ in se diuisum, desolat, ita pacificũ conseruat & dilatatur: quũ cõcordia res paruæ crescant, magnæ vero dilabantur. Et hoc est, quod Chr̃s vbiq; suis optat & p̃cipit pacem, quã suis quilibet p̃latus commendare debet. Matth.5 Psal.75 2.Cor.13 Lucæ.11 Salustius

D ¶Tertio colligitur, summa Iesu Christi clemẽtia, φ nedũ dñator ipse omniũ & pastor optimus de pusillo grege, sed & de vno hoĩe, itẽq; pro vna aĩa tã fuerit solicitus, vt seip̃m vulnera habentẽ ostẽderit: quũ & aliãs, relictis nonagintanouẽ ouibus in deserto, deperditã curiosius quæsiuit: nimirũ relinquẽs exemplum vnicuiq; p̃lato, q debet esse solicitus de grege sibi cõmisso, ne vel vnicã inde ouiculã p̃dat, vtpote q nõ pro se tantũ, sed pro omnium suorũ animabus, authore Paulo, redditurus sit rationem, atq; vtinam cum gaudio. Lucæ.15 Luc.19

E ¶Quarto colligit, verã esse fidẽ de ijs, q nõ vident, s. nec oculo corporis, nec intellectus sed solo assensu, Ap̃lo dicẽte: Fides est sp̃erãdarũ substãtia rerũ, argumẽtũ nõ apparentiũ. Hinc vere beati hodie à dño adfirmant, qui nõ viderũt & crediderũt. Queadmodũ & beatã esse adfirmauit virginẽ Mariã Elisabetha, qm̃ nõ visa nec intellecta crediderat, inquiẽs Et beata q credidisti, qm̃ perficient ea, quæ tibi dicta sunt à dño. Sic quia credidit Abrahã deo ad se dicenti: Suspice cœlũ, & numera stellas si potes, &c. imputatũ est ei ad iustitiam Hebr.11 Lucæ.1 Gene.15

F ¶Nõ est igit, φ desideramus ea, q nobis ad salutẽ cõsequendã, credẽda sunt vel oculis, vel signis videre. Id q̃d inter alios parũ feliciter cessit Zachariæ, viro alioqui sanctiss. Ad quẽ angelus: Et ecce eris (inqt) tacẽs, & nõ poteris loqui vsq; in diẽ, q hæc fiant, pro eo, φ nõ credidisti verbis meis, q implebunt ĩ tpe suo. Ita nimirũ hodie satis serio dñs benignissimus Thomã dilectũ discipulũ videt increpare, dicẽs: Infer digitũ tuũ & vide manus meas, & adfer manũ tuã & mitte in latus meũ, & noli eẽ incredulus. Ad q̃d sane verbum ipse tremebũdus proculdubio, exclamãs ait: Dñs meus & deus meus. Q. d. O clemẽtissime dñe meã mihi indulge incredulitatẽ: quandoquidẽ nihil nunc dubitauerim de te viuente, qui vita & resurrectio es & veritas. Iam certus sum, cõfirmo resurrectionẽ, p̃dico immortalitatem. Tu es dñs meus & magister meus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Tu deni q; es de⁹ meus, q me creasti & p me carnẽ suscepisti, quã, vt me redimeres, morti tradidisti & vt me tecũ resuscitares, nũc à morte resurrexisti. Hæc ẽ fides mea, ita sentio & ita credo. Romañ.5 Galat.3 Lucæ.1 Iohã.11.14

G ¶Scias aũt non casu, sed diuinæ pietatis dispensatione gestũ esse, vt Thomas ille dilectus discipulus tunc abesset, qui audita resurrectione, dubitaret, dubitans palparet, & pal

pans crederet, vt à nostris cordibus omnē dubitationē expelleret, & dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis, nostrā fidē non modo roborans, sed & excludens errorē hæreticorū, dicentium, Iesum verū corpus non habuisse. Heb.11. Atq; sic plus nobis Thomæ incredulitas, q̃ aliorū credulitas ad finem profuit.

¶Sed audio hic quæri, si fides est nō apparentiū, & quō dicitur Thomas credere, quū, quod credidit, vidit, dn̄o dicēte: Quia vidisti me Thoma, credidisti? Respondendū censeo, aliud Thomā vidisse & palpasse corpore, & aliud corde credidisse. Hominem em̄ seu humanitatē vidit & tetigit, & deū seu deitatē, quæ in pn̄senti videri nequit, credidit, factus profecto excellēs theologus, antea infidelis, vtpote qui duplicē naturā, vnicāq; hypostasim Christi edisseruerit, Dicēdo em̄: dn̄s meus, humanā naturā, cui datū est totius creaturæ dominiū, Dicendo autem: deus meus, diuinā, quæ omnia condidit, confessus est. H Iohan.10 Iohan.16

¶Quinto collige, nos debere scriptis, quæ tradūt credenda, credere, q̃quidē quæ credenda sunt, ideo sint scripta vt credamus. s. absq; alia probatione. Nec negāda est scripturæ fides, quū soliū nō possit: nimirū à spū sancto infusa, Petro dicente: Non voluntate humana allata est aliquādo prophetia, sed spū sancto inspirati loquuti sunt dei homines. Sic Abrahā alibi duriter diuiti apud inferos epuloni, miraculū pro fide fratrū expostulāti, respondit dicēs: Habent Mosen & prophetas, quos si nō audiūt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credēt. Nos itaq; frēs chariss. conemur eē ex numero eorū beatorū, qui nō viderūt & crediderūt. s. ex scriptis, quales erimus, vbi q̃ credimus, operādo exercemus. 2.Pet.1 I Lucæ.16

HOMILIA XLI. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan.10. Ego sum pastor bonus.

Dominica prima post octauas paschatos.



Oni nimirū est pastoris, vt alio proficiscens, alium suo loco sufficiat pastorē, qui suis in absentia ouibus vtiliter præsit, q̃d vt commodius & certius facere possit, formam illi pastoratus ex seipso ostendit, dicēs: Pasce interim oues meas, quemadmodū ipse illos paui, Ita nimirū Christus pastor summus, idemq; princeps hinc paulo post in cœlū abiturus, ne suos, quasi oues sine pastore derelinqueret, pastorē suo loco, nō vnū, sed multos suffecit, Apl̄o alibi scribēte, illisq; seipsum pbuit in officio pastoratus exemplum, q̃d eos sequi oporteret, si sibi & suis bene præesse vellent, idq; facit in hodierno euangelio, inquiens: Ego sum pastor bonus, &c. A 1.Petr.5 Ephe.4

¶In cuius exordio admonuerim. Primo, Etsi vocabulo pastoris veniat vnusquisq; mortalium, qui vel suiua vel alterius vel plurium hominū curam suscepit, ceu est paterfamilias, ludimagistri, artifex &c. siquidē dn̄s vnicuiq; de proximo suo mandauerit, proprie tamen venit, qui in publico regimine cōstitutus est, siue sit prophanus siue ecclesiasticus, veluti est papa, cardinalis, patriarcha, archiepiscopus, episcopus, Cæsar, rex, dux, princeps, baro, comes, consul, magistratus, hocq; genus p̄latorū alius, ad cuiusmodi Chr̄s hodie loquitur in euāgelio. Secūdo quæri solet, quāobrem vnusquisq; p̄latus vocetur pastor, quū em̄ ex re plerunq; semper noīa imponi consueuerūt, necessum est, vt & ratio subsit, quur singuli p̄lati vocentur pastores. Respondeo recte quæri, & posse quoq; ad hunc modum respondieri, quoniā eadem esse debeant in prælato bono, quæ sunt in bono pastore. Eccl.17 B

¶Primo quidē boni est pastoris, quū nomen sit eminētiæ, vt gregē præcellat, sicut ille sit homo rationalis, istæ sunt bestiæ. Ita boni est pastoris, vt vita & moribus hoc pn̄stet subditis, quo bestijs homo pn̄stat, debetq; tantū actionē populi pcedere actio p̄lati quantū distare solet à grege vita pastoris. Ita enim in omnibus recte debet p̄latus loqui & agere, vt possit cū Christo ad suos dicere: Exemplū dedi vobis, vt quēadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Hinc ad p̄latos dn̄s: Sic, inquit, luceat lux vestra corā hoībus, vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrē vestrū qui in cœlis est. Sed qualis sit nunc vita quorundam p̄latorū, & quō luceant moribus, nō est, quod multis ostendā, quum res ipsa loquatur. C

¶Secūdo, boni ē pastoris, cū sit nomē amoris, vt gregē p potētiā amoris sic defendat, vt nō dubitet ob salutē oīm oppetere mortē, Chr̄o hodie dicēte: Bonus pastor animā suā ponit pro ouib⁹, Sic etiā bonus p̄latus debet suos cōtra visibiles & inuisibiles hostes. s. hæreticos, tyrānos, scelerosos & dæmones ad mortē vsq; defendere, nec fugere ingruētib⁹ lupis. D Iohan.13 Matth.5

¶Eheu q̃ multi sunt, q sua dūtaxat curātes, & remissi & negligētes pmittūt oues suas à lupis rapi, dispergi, vorariq;: q vtiq; nō merent dici pastores, sed mercenarij, q etsi pbēdas recipiunt & emolumēta nedū mente timida fugiunt, sed & loco & corpore longe à cōmissis ouibus absunt, nullā pro eis curā solicitudinis habent, de terrenis cōmodis & honoribus lætātes, pertūtibus interim animabus subditorū, de q̃bus tñ deo Max. in districto iudicio rationē E

rationem sunt reddituri, qui tum optarent se non fuisse pastores hominũ, sed magis co- Hebr. 13
medisse siliquas porcorũ. Quibus proinde dñs minaẽ væ, inquens: Væ vobis, nõ ascendistis
ex aduerso, neq; vos exposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die dñi. Ezech. 13
Ex aduerso ascendere, est quibuslibet potestatibus prauæ agentibus libera voce contra-
ire, & eorũ peccata (dño iubente) reprehendere. Pro domo dñi Israel murum se oppone- Esa. 58
re, est fideles & innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iustitiæ authoritate citra
timorem vindicare, in quorum numero maxime sunt diuini verbi præcones.

F ¶ Tertio, boni est pastoris, quũ sit nomen sapiẽ, vt gregẽ per prudẽtiam & sciam bene
gubernent, ne errent & perdant. Sic bonus prælatus esse debet prudens & doctus, vt sub-
ditos in oĩbus regere possit, quæ ad salutem sunt, ne perdanẽ. Hinc ad prælatos & maxi-
me summates, Propheta ait: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Id Psal. 2
qđ Moses in persona vniuscuiusq; prælati magnopere optabat, dicens: Prouideat dñs de
us hoĩem, q̃ sit super multitudinem hanc, & possit intrare & exire ante eos, & educere, &
introducere, ne sit populus dñi, sicut oues sine pastore. Quod vbi Salomon petijt à deo,
longe maiora obtinuit, dicens: Et nunc dñe deus, tu regnare fecisti seruum tuum pro Da 3. Reg. 3. 4
uid p̃re meo, Ego aũt sum puer paruulus & ignorãs ingressum & introitũ meũ &c. Dabis
ergo seruo tuo cor docile, vt pp̃lm tuũ iudicare possit & discernere inter bonũ & malũ.

G ¶ Atq; vtinam quiq; omnes prælati idipsum optarent & discerent, vt regere possent su
os ne errore perderent, at vereor plerosq; subditis suis esse indoctiores & imprudentiores
vtpote quibus pene nulla est amplius ratio doctrinæ & prudentiæ, sed potius inuentionis
astutæ, qua ditescant, & se non alios iuuent, qui vtique non cognoscunt oues suas, nec
oues ipsas iuxta Christi verbum, ideoq; mercenarij potius sunt quàm pastores, qui tunc
suos agnoscunt, vbi eos pro qualitate regunt & instruunt.

H ¶ Quarto, boni est pastoris, quum sit nomen præsidendæ, vt oues verbo, & si opus fue
rit, facto errantes corrigat. Ita bonus prælatus suos debet, si errant vel male agunt, primo
verbo, deinde, si acquiescere noluerint, verbere corrigere & emendare, ad ipsum, dño di- Michę. 2
cente: Pasce populum tuum in virga tua. Sic per Prophetam dñs ait: In chamo & freno Psalm. 31
maxillas eorũ constringe, q̃ non approximant ad te. Talis nimirũ prælatus erat Paulus ad 2. Cor. 4
Corinthios, dicens: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & mansuetudi-
nis spiritu. Sic idem publicum fornicarium, quia fortassis admonitioni non acquieuerat, 1. Cor. 5
Satanæ in interitũ carnis tradidit, vt sp̃us saluus esset in die dñi nostri Iesu Chr̃i. Ita etiã Roma 13
faciundum est, vnicuiq; prælato & maxime seculari, qui propterea gladium portat, vt sit Ephe. 5
vindex in irã ei, q̃ male agit. Sic Chr̃s oues quæ ex alio ouili erant, adduxit, vario nimirũ
modo, vt esset vnum ouile. s. Gentilium & Iudæorũ, & vnus pastor. s. omnium Christus.

I ¶ Quinto, boni est pastoris, quum sit nomen prouidentiæ cum misericordia, vt per cle-
mentiam gregi prouideat, ne deficiat. s. ob defectum pascuæ tam sp̃ualis, quæ est verbum
dei, q̃ corporalis, quæ est omne, quo alimur & sustentamur. Ita nimirũ prælatus bonus de Deutero. 8
bet suos pascere & souere clementer. Primo, per pascuã verbi dei, in quo viuit homo ad
vitam æternam. Qui eñ (ait scriptura) misericordiam habet, docet & erudit, sicut pastor Ecci. 18
gregem suum. Secundo, per pascuã cibi & alimenti temporalis, nempe prouidenter pro
spiciens, ne fames in ouili suo suboriaẽ, aut si fames est, ne fame pereant subditi, dans mo-
dum, vt alimenta habeãt tp̃e caristiæ. Si eñ p̃latus debet animã. i. vitã suã ponere pro oui
bus, quanto magis debet efficere, ne fame moriaẽ oues propter defectum cibariorũ quæ
pro posse illis debet ministrare, qđ nisi fecerit non pastor est, sed mercẽnarius, nec suos,
sed se amans & diligens. Qui eñ (inquit Iohannes) habuerit substantiã huius mundi, & vi 1. Iohan. 3
derit frẽm suũ, necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, qũo charitas manet in eo? Ita
nimirũ & olim Ioseph bonus fuit prælatus sub Pharaone, qui tp̃e fertilitatis diligenter col Gene. 41
legit frumenta, quæ tp̃e sterilitatis & famis benigne distribuit. Aperuit eñ vniuersa hor
rea & vendidit Aegyptijs & alijs. Ita & Chr̃us fuit optimus prælatus, videns alibi turbã
esurire & egere, dixit: Misereor turbæ, q̃a triduo iam perseuerãt mecũ, & nõ habent, qđ Matth. 15
manducent. Ita & nunc vnusquisq; prælatus sui populi misereri debet, ne fame pereat, nõ
se dũtaxat pascens, cogitans se nihil esse sine populo, q̃ laborauit & laborat. Quod nisi fa- Ezech. 34
ceret væ esset ei, dicit eñ ad hmõi pastores dñs: Væ pastoribus qui pascunt semetipsos.
Lac comedebatis & lana operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem
meum nõ pascebatis, requiram gregem meum à manu eorum, & cessare faciam, vt vltra
non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos.

¶ HOMILIA XLII. DE EO QVOD LEGITVR: Iohannis. 16. Modicum & iam non videbitis me &c.

Dominica secunda post octauas Paschæ.



HOdierni euangelij verba duabus quidem partibus tractanda censemus, quandoquidem duo ipsorum intellectus inibi resideant. Quorum literalis idemque historicus, alter vero moralis. Primus precipue ad discipulos, secundus autem ad nos omnes attinet. Quàm vero sua primus intellectus indigeat declaratione hinc patet, quoniam illi eius rogauerunt lucidationem, qui secum vel præsens habuerint lumen illud verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum de se

Iohan.1 dicens: Ego sum lux mundi. Et quamdiu sum in mundo, sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Modo si qui cum luce mo-

Iohan.8.9 rati sunt, illamque diligenter secuti rogant lucem sibi dari verborum hodierni euangelij, dicentes: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem, nescimus quid loquitur, quanto magis ipsi orabimus eorum verborum declarationem, qui (vt plurimum vereor) in tenebris peccatorum, relicta luce, cæcutientes ambulamus? Igitur auxilio æternæ lucis. s. Iesu Christi conemur predicta ver-

gaudentes ierint à conspectu cõcilij: nimiꝝ læti, q̃d facto possent experiri & sufferre, quod Matth. 10
Chr̃us olim verbis docuisset & pcepisset, dicẽs: Nolite timere eos, q occidũt corpus, animã
aũt nõ possunt occidere, sed potius timete eũ, q potest & animã & corpus perdere in gehen
nam. Id sane verbũ ex vera in ipsum dilectione sic adimplerũt, vt pleriq; oẽs non modo du
rissima quæq;, sed & mortẽ deniq; cũ gaudio sustinuerit. Ita fratres diligamus deum & ipsi,
id est, sic & nos eius mãdata & verba seruemus. Nisi eñ hoc fecerimus, deũ non diligemus,
nec nobiscũ erit spũs sanctus, Christo dicẽte: Si diligitis me mãdata mea seruate. Qui habet Iohan. 14
mãdata mea & seruat ea, ille est q diligit me, scilicet vere & re ipsa. Ad quã dilectionẽ horta
tur Iohãnes, inqens: Filioli mei, nõ diligamus verbo, neq; lingua, sed ope & veritate. Ideoq; 1. Iohan 3
fratres hortor vos cũ diuo apostolo Iacobo: Estote factores verbi, & nõ auditores tantũ, fal Iacob. 1
lentes vosmetipsos. Quod vbi feceritis, veniet ad vos spũs sanctus, vobiscũ habitaturus.
I ¶Tertio, si psentiã spũs sancti cupierimus, necessum ẽ, vt habeamus pacẽ nobis à Chr̃o re
lictã, qñquidẽ spũs sanctus est deus pacis & cõcordiæ, & nõ dissensiõis. Ad quã pacẽ hortat 1. Cor. 14
Chr̃s hodie in hoc, quũ ait: Pacẽ meã do vobis, &c. Quæ nimiꝝ pax est triplex, de qualibet
aũt Chr̃s sentit. Siqdẽ pax ad deũ, ad nos, ad proximũ. Pacẽ habemus ad deũ, vbi cauebim⁹
à pctĩs, q̃ vel sola faciũt uobis deũ inimicũ. Ad nos, vbi curauerimus, vt caro obediat ratiõi Matth. 9.
siue spiritui, cõtra quẽ illa semp belligerat, vt sic cõscientia nostra sit quieta, nec discordet a-
liquo scrupulo malo. Ad proximũ, vbi fecerimus illi q̃ nobis fieri velimus, & nõ fecerimus Roma. 14
illi, quæ nobis fieri nolimus, atq; illi noĩe Iesu donemus, q̃d cõtra nos ppetrauit. Ad quã tri- Ephe. 4
plicẽ pacẽ post Christũ hortat Paulus, dicens: Quæ pacis sunt, sequemur. Obsecro itaq; vos
ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis cũ oñi humilitate & mã
suetudine, cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo

pacis. Hæc tria frēs. s. si dilexerimus p obseruationē verbi & auditionē eius & pacē si habuerimus proculdubio veniet ad nos spūs sanctus, nobiscū vero existēs, nos sic sua charitate inflāmabit, sic cōsolabit, sic cōfortabit, vt cor nrm à nullo malo tristabit, vtcūq; Chro visibiliter absente, cū pre gloriose existēte, imo igne amoris spūs sancti inflāmati gaudebimus, vel quæq; durissima huius mūdi, imo mortē sufferre, vt sic morte dissoluti ad vitā simus vēturi æternā, vbi ille cū deo pre viuit & regnat i vnitate spūs sancti deus, p oīa secula seculorum.

HOMIL. XLVIII. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. 3. Sic deus dilexit mundum.

Feria secunda pentecostes.



Ertum est nedū ex sacris literis, sed ex ratiōe ipsa, pium, syncerūq; amorē esse primū & summū bonū & donū, in q & propter qd oīa alia dona donātur. Iam vero qa spūs sanctus amor est. s. increatus (vt & heri diximus) Iohāne dicēte. Qui nō diligit, nō nouit deū, qa deus charitas est, & qa catholica ecclesia his diebus singulariter adorat & venerat spm sanctū, & ideo nobis ea proponit Euāgelia, quæ de dilectione & dono variā faciunt mentionē, ceu claret ex hodierno Euāgelio. In cuius statim frontispicio agitur de dilectione, quū dicit, sic deus dilexit mundum, statimq; additur de dono eius dilectionis. s. filium suum vnigenitum daret, &c. Et reuera dilectio est dei, quæ & in hoc, inquit Iohannes, apparuit, quoniā filium suum vnigenitū misit in mundū vt viuamus per ipsum. Id quod tantū est donum, vt eo magis donari nobis haud potuisset, Apostolo dicente: Quia etiā proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? A

1. Iohan. 4

Roma. 8

¶ Complectitur autem præsens Euangelium duas partes.

¶ In prima ostēdit deū ipm nræ salutis eē principiū effectiuū, vtpote q solus est, q potuit recreare, q ex infinitate potētiæ potuit nos creare. Cuius solius bonitate creati sumus & saluati, in cuius ptāte mors & vita, q deducit vsq; ad portas mortis & reducit: q æque imo rectius potuisset nos dānare atq; saluare, nec merito fuisset à quopiā reprehēdēdus: qñquidem figulus, inqt aplus, ptātē habet ex eadē luti massa facere aliud qdē vas in honorē, aliud vero in cōtumeliā. Hinc sane patet eius in nos bonitas & dilectio, qd qm nos pctōres merito potuisset dānare, tñ saluauit & qdē gratis missione p incarnationē filij sui: quē in primo suo aduētu misit, nō vt iudicaret, q facta erāt, sed vt dimitteret, Chro dicēte alibi: Venit filius hominis, qrere & saluū facere qd perierat. Nō est ergo salus nostra alteri q̄ diuinę misericordię & bonitati adscribēda, nec dānatio alteri quā nob, quū de° antecedēte volūtate oēs vult saluos fieri. Et hoc est, qd ipsemet ait: Ex te Israel pditio tua, tātūmodo in me auxiliū tuum. B

1. Regū. 2
Sap. 16
Roma. 9.
Luc. 19.
Luc. 9
1. Timot. 2
Osee. 13.

¶ In secūda parte ostēdit, solā incredulitatē eē impedimētū nræ salutis, qñqdē qui nō credit, nō mō iudicet, sed iā iudicatus sit. Est aūt incredulus, nō solū ille q prorsus nihil credit, vt gētilis, sed & ille q nō agit q fidei sunt, veluti bona opa, qm vera ē illa fides, quæ p charitatē operat. Qui eñi verbo solū credit, & fidem facto nō cōprobat ex eorū est numero, qui, teste Paulo, cōfitent se nosse deū, quem tñ factis negāt. Atq; sane sunt illi, qui magis diligūt tenebras. i. peccata & mala opa, quàm lucem. i. Christū & eius opera, ideoq; iudicium habebūt, si minus recte crediderint. Caueamus igitur ne facto simus increduli, &c. C

Galat. 5
Titum 1

HOMIL. XLIX. DE EO QVOD LEGITVR, Iohannis tertio: Erat homo ex pharisęis.

In ferijs sanctissimæ trinitatis.



EM modis omnibus altissimam catholica ecclesia nobis hodie celebrādam instituit, ac omni plane hūano cogitatui imparē: nempe sanctissimā illā diuināq; trinitatē. Quæ nihil aliud ē, q̄ deus ipse in essentia vn° idēq; in psonis trin°. Id qd habet fides ipsa catholica, nimirū vt vnū deū in trinitate credamus, & trinitatē in vnitate veneremur Neq; cōfundētes psonas, neq; substantiā separātes. Quā sane fidem catholicā necessum ē teneat, qcūq; vult saluus eē quā nisi quisq; integrā, inuiolatāq; seruauerit, absq; dubio in æternū peribit. A

Marci vlt.

¶ Quā quū nō liceat quempiam ignorare, posset profecto nō immerito aliqs dicere, qd olim fortis illa Susanna inter metum mortis naturalis & diuinæ timorē offensionis agitata dixit, Angustiæ mihi sunt vndiq;. Siquidē igno- B

Danie. 13.

ignorare deũ est dãnabile,qa,vt ait apls,ignorãs ignorabit. Qũo eñ põt esse spes salutis cũ
dei ignorãtia? Cũ nemo possit amare,q̃d nesciat,aut habere,quẽ non amauerit. 1.Cor.14

C ¶Iam vero cõstat prorsus esse difficile,imo pene impossibile cognoscere deũ in hac via, Iob.19
secundũ q̃d est in seipso,vtpote q̃ sic posuit tenebras latibulũ suũ,de q̃ propheta cõqueritˀ,di Psal.17
cẽs: Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me,cõfortata ẽ,& nõ potero ad eã. Nec mirũ, q̃nquidẽ, Psal 39.
dicẽte scriptura,difficile æstimamus,q̃ in terra sunt, & q̃ in prospectu sunt inuenimus cum Sapiæ. 9
labore,q̃ in cœlis sunt,aut q̃s inuestigabit? Quid igitˀ frẽs agundũ,ne à deo ignoremur, quũ Roma.11
ip̃m noscere nequeamˀ? Nõ vtiq̃,inq̃nã,desperãdũ est. Siq̃dẽ deus reliq̃t, quatenus à nobis
se velit cognosci,& quatenus ip̃m scire possimus. Etsi deus ipse in seipso à nobis neq̃t sciri,p̃
similitudinẽ tñ cognosci põt,in qua seip̃m nobis reuelauit. In creaturis eñ ille se nobis reue Exo.19.
lauit,sed obscurius,vtpote quasi p̃ nebulã. Quo p̃inde modo Mosi quondã in mõte in cali- 1.Cor.13
gine nubis apparuit. Ad quẽ sane modũ,inq̃t apls,videmˀ aũt nũc per speculũ in ænigma- Roma.1
te,tũc aũt facie ad faciẽ. Atq̃ nũc cognoscimˀ ex parte,tũc aũt cognoscemus sicuti & cogni
ti sumus. Et profecto nõ mõ scripturæ deũ esse p̃dicãt,vtpote in q̃bus q̃d notũ est dei,mani-
festũ est illis,sed & vniuersa rerũ natura illũ esse p̃ actus suos quodammodo fatetur,imo scri
ptura & creatura ab illo condita non solum deum esse testantur,verumetiam ostendit quis
& qualis ille sit per similitudinem in seipsis arguunt.

D ¶Si eñ deuotius respexerimus cœlũ & terrã,& quæ in vtroq̃ & in quẽ vsum & quãta sa
piẽtia,potẽtia,bonitate à deo creata sunt,certe non possumus dicere deũ esse aliud,q̃ illud,q̃
melius nõ est aliud,rebusq̃ cæteris oĩbus præponendũ,in quo quicq̃d est bonitatis & excel
lentiæ plusq̃ abũde,vere & essentialiter(vt sic dixerim)positũ est ac residet. Atq̃ sane oẽs,
cuiuscũq̃ sectæ fuerũt aut opinionis,deũ naturã excellẽtissimã esse cõsentiũt,qua nihil meliˀ
nihil sublimius excogitari possit. Nec quisquã inueniri potest,qui hoc deũ credat, quo aliq̃d
est melius,quia ipse sit summũ & vere vnicũ bonum. Vnde,quia quod summũ est non eẽ po Roma.11
test,nisi vnum plerıq̃ oẽs tam qui legem receperũt,vt Iudæi & Christiani,quam qui sine le Acto.7.
ge fuerunt vt gentiles philosophi pluralitatem deorum reprobantes,vnum crediderũt deũ, Iudith.9
per quem & à quo omnia sint,in quo simus,moueamur,viuamus & speremus, quemadmo
dum & passim scriptura sancta perdocet.

E ¶Hoc aũt etsi oẽs fatentur,q̃a tñ hũc solũ deũ,nec illũ solitariũ,q̃a cõsortio trium p̃sonarũ
in vnitate essentiæ scriptura profitetˀ & p̃dicat,q̃dã proinde suo innitẽtes sensui, quãuis scri
pturas vtriusq̃ testamẽti receperint,nõ capiẽtes in vnitate substãtię p̃sonalem distinctionẽ,
in oppositas hæreses prolapsi sunt. Quidã eñ eorũ tenuerũt essentiæ vnitatẽ & distinctionẽ 1.Iohan.5
personarũ negarũt,q̃rũ author fuit Sabellius cõtra illud. Tres sunt,qui testimoniũ perhibent
in cœlo,pater,verbũ & spũs sanctus. Imo & cõtra illud saluatoris,dicẽtis: Cũ venerit para- Iohã.15.
cletus,quẽ ego mittã vobis à patre spm̃ veritatis,qui à patre procedit. Certe hic p̃sonarũ no
minatˀ diuersitas. Quidã vero(quorũ author fuit Arrius)attẽderũt personarũ distinctionem 1.Iohan.5
& sciderũt vnitatẽ substãtiæ cõtra illud Iohãnis. Et hi tres vnũ sunt. Et Christo alibi dicen- Iohan 10
te: Ego & pater vnũ sumus. Catholica vero ecclesia,pro cuius fide dñs orauit ne deficiat, q̃ Lucæ.22
& est veritatis colũna & firmamẽtũ,longe aliã,vtpote verissimã fidẽ nobis p̃scripsit pro sa- 1.Timot.3
lute obtinẽda,quæ talis est. Vt credamus patrẽ & filiũ & spiritũ sanctum vnũ esse naturali-
ter deũ,neq̃ tamẽ ipsum patrẽ esse,qui filius est,neq̃ filiũ ipsum esse,q̃ pater est,neq̃ spiritũ
sanctum esse qui pater est & filius. At vnã esse & patris & filii & spũs sancti naturã, essentiã
& maiestatem,sed plane esse in vnitate essentiæ p̃sonarũ trinitatem,in qua nihil sit prius aut
posterius,nihil maius aut minus,sed totas tres personas coæternas sibi esse & coæquales. In
qua,inquam,nõ sit aliud pater,aliud filius,aliud spũs sanctus,quãuis sit personaliter alius pa-
ter,alius filius,alius spũs sanctus ratione proprietatis,quam habẽt singulas personæ singulæ
nimirũ patris est ingenitum esse,filium à patre in principio genitum esse,spiritum sanctum
ab vtroq̃ ineffabiliter procedere. Id quod superioribus annis similitudinibus, argumentis,
exemplisq̃, quoad fieri potuit,sub oculos quodammodo collocauimus.

F ¶Hæc fratres,est fides patriarcharũ & prophetarũ,figurata in lege naturæ, pronũtiata in
lege scripta,reuelata à Christo dño docta,& ab apostolis vsq̃ in fines orbis terrarũ prędica 2.Cor.10
ta,à sanctis martyribus sanguinis effusione testificata,ab omnibus orthodoxis firmiter cõ-
fessa. Cui in obsequiũ captiuemus intellectũ nostrũ,non interrogantes,quo modo & quid
hoc ipsum in seipso sit: memores tale esse trinitatis mysterium,quale mens humana capere
non potest,nec oratoria lingua enarrare,vtpote in quo intelligendo lingua deficit, ratioq̃
succumbit,sed sola fides comprehendit.

G ¶Hoc eñ est ipsa sanctissima trinitas,quod cũ dicitur,dici nõ potest. Cũ æstimatˀ,æstima Esa.7.
ri nequit. Cũ comparatˀ,non põt cõparai. Cũ diffinitur ipsa definitione crescit: vtpote,quod
cœlũ manu sua cooperit,pugno oẽm mũdi ambitũ claudit,quẽ totũ omnia nesciũt,& me-
tuendo sciũt. Quid ergo lutũ & vas fictile de creatore disputat, & ad naturæ suæ rationem

non poteſt puenire. At qd curioſe quærit ſcire de myſterio trinitatis, qd angeli de cœlo ſcire nequeunt. Imo qd ipſi vanitati ſubiecti q̄rimus ſcire & cognoſcere & ex toto illud, cuius ne opa & iudicia, q̄ eſſentiam eius indicare ſolēt in creatura, ſcrutari vllo pacto poſſumus, & quibus q̄ in terris ſunt difficilia ſunt intellectu, & quõ q̄ in cœlis ſunt æſtimemus? Cuiuſmodi profecto eſt ſupbenedicta illa trinitas in diuinis, q̄ nõ modo eſt in cœlis, ſed ſupra oēs cœlos, imo q̄ maieſtate ſua cœlū & terrā implet. Quomodo ergo illam in ſeipſa intelligemus?

Hiere. 23

¶Cuius cauſa hodie in die feſto ſanctæ trinitatis legi conſueuit euangeliū, quod continet inter Ieſum & Nicodemū diſputationē. In qua quū Nicodemus, vtcūq; magiſter in Iſrael, paulo antea terrena, de morte Chriſti, ſimiliterq; de baptiſmo nõ intellexerat, at nihilominus interim cuperet ſcire cœleſtia, ſcilicet fortaſſis generationē æternam filij dei ex patre & ab vtroq; ſpūs ſancti proceſſionē à dño increpatus eſt & audire coactus, Tu es magiſter in Iſrael, &c. Si terrena dixi vobis. Vnde inter alia, q̄ annis ſuperioribus ex hoc euāgelio abunde collegimus, vnicam colligimus nūc doctrinam, quæ eſt talis. H

¶Ea quæ prorſus ſunt diuina & ad deū ſolū nec ad nos neceſſario ptinentia, nos nõ debere curioſius pſcrutari, ſed admirari cū laude, & credere cū pietate. Scriptura alibi dicēte: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed q̄ præcepit tibi deus, illa cogita ſemper. Nõ em̄ eſt tibi neceſſariū ea, quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis, q̄ſ ſuſpitio multos ſupplantauit, & in vanitate detinuit ſenſus illoꝝ. Sic cū Petrus alibi de morte diui Iohānis, quæ deo debet eſſe certa nõ homini, niſi ei cui ex cauſa reuelat deus, quærens à Chro in hæc verba increpatus ē. Si eū volo manere, donec veniā. Quid ad te? Tu me ſequere? Sic & apoſtoli omnes ab eodē ſcire cupiētes finē ſeculi & inſtaurati̇õis regni Iſrael, increpati ſunt hiſce verbis. Nõ eſt veſtrū noſſe tpa vel momēta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutē ſupuenietis ſpūs ſancti in vos. Sic chariſſimi frēs, & nos digni eſſemus increpatiõe, ſi hodie vellemus oĩno ſcire naturā & cõditionē ſanctæ trinitatis, vtpote rem oĩno cœleſtē, & ſoli deo cognobilē, q̄ terrena aliq̄ties non capimus. Suffecerit igit nos ſcire in vniuerſum credere qd illa nobis reuelauit & expoſuit, nobis vero expoſuit p ſanctam eccleſiam ſuam quod diximus, id qd tum pfectius intelligemus, quū crediderimus perfectius. Et fiet qd inueſtigari nõ poteſt, nec inueſtigatū eloqui, credi tamen poteſt, & creditū cum Propheta ab vno quoq; pdicari & dici Credidi propter qd locutus ſum. Nos proinde credamus, vt ſalui ſiamus. Credamus aūt (inquā) vnū deum in trinitate, & trinitatē in vnitate veneremur, q̄ & noſtram fidem augere dignetur, & incredulitatem adiuuare, Amen. I

Eccl. 3.

Iohan. vlt.

Acto. 1

Pſal. 115.

HOMIL. L. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. 6. Caro mea vere eſt cibus, &c.

In ferijs corporis domini noſtri Ieſu Chriſti.



VVM Moſes olim filios Iſrael vellet ad amorē dei Max. & ad illius mādatoꝝ obſeruationē perinde atq; dux fidelis & pius allicere & prouocare incepit inter alia beneficia q̄ illis paſſim deus Opt. benigniſſime cõtulerat præ cæteris mūdi nationibus, tandē ſub oculis quoq; eoꝝ ſubijcere beneficiū mannæ, quo in deſerto paſti à deo fuerat, inquiens: Et recordaberis cūcti itineris, per quod adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per deſertū, vt affligeret te atq; tentaret & nota fierēt, quæ in animo tuo verſabantur, vtrū cuſtodires mādata illius, an non. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibū manna, qd ignorabas tu & patres tui, vt oſtenderet tibi, quod non ſolo pane viuit homo, ſed in oĩ verbo qd egreditur de ore dñi. Nec eſt alia natio tā grandis, quæ habeat deos appropinquātes ſibi, ſicut deus noſter adeſt cūctis noſtris obſecrationibus. In cuius diuinæ gratiæ, miſericordiæ & beneuolentiæ perpetuā memoriā, māna ipm deinde in vrna aurea repoſitū, & deinceps in arca ſtato tempore cum ſummo gaudio, cum canticis & hymnis, adeoq; cū cæteris deuotis cærimonijs circumlatum eſt. A

Deute. 4. 8

Pſal. 77

Exod. 16

Hebr. 6

2. Regū. 6

1. Paral. 16.

¶Si proinde fratres chariſſimi: Iſraelitæ olim propter beneficiū mannæ corporalis vſq; adeo ſibi deū eſſe propinquū rati ſunt ac illi tantopere laudē cecinerūt, qd nos merito facere oportet? vtpote qbus deus noſter longe propinquior factus eſt, quàm populo Iſraelitico. Nimiꝝ qui nõ modo humanā indutus carnē in terris viſus ſit, & cum hominibus cõuerſatus, ſed & ſeipſum ineffabiliter nobis in ſalutarē exhibuit potū & cibū, non qui in noſtrā cõuertatur ſubſtantiā, ſed q nos ſibi inſerat, arctius aſtringat, ſuæq; diuinitatis participationē nobis intima illa vnione coniunctioneq; communicet, Chriſto hodie dicente: Caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus, &c. Atq; ſane caro Chriſti verum eſt manna in abſcondito, vt ſcribit Iohānes, id quod & dominus apertis hodie verbis confirmat, inquiēs: B

Baruch. 3

Apoca. 2.

Hic eſt

Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut mãducauerũt patres vestri mãna in deserto, &c. Inde & apostolus adfirmat hoc, de quo supra, totũ esse in figura factũ. In cuius figurã? Vtiq; carnis Christi, venerabilissimi sacramenti Eucharistiæ, veri mannæ. 1.Cor.10

C Eapropter dilectissimi fratres, dilectio vestra hodiernũ diem nõ impie ex instituto eccle siæ festiuis cærimonijs, gaudijs & canticis perornauit, pie nimirũ exultastis tã iucũda pigno ris amorosi cõsolatione recte etiamnũ in honorẽ tãti mannæ redoluerũt flores & gramina sonuerũt cantus & organa, purpura & preciosa resplenduerunt vestimenta, & recte hodie à vobis exhibitũ est, quicqd olim Dauid in reductione arcæ figuraliter exhibuit, signis nõ dissimilibus veritati, quã significauit arca. Recte nimirũ hæc, inquã, omnia facta sunt à vobis in reuerentiã nobilissimi mãnæ, si modo cũ exteriore homine interiorẽ obtulistis, si vos totos illi sacrificastis in odorẽ suauitatis. Et væ animis filiquis porcorũ assuetis, qbus in tẽpore veritatis & gratiæ, præsente veritate, vacuæ sunt cærimoniæ & figuræ. 2.Reg.6 1.Para.15

D ¶Si enim filij Israel sub nube tantũ degẽtes, & vmbra futurorũ bonorũ, id vere de deo dixerũt, quod præsentior (vt ita dicã) ipsis erat, quàm quicũq; dij nationum suis cultorib⁹, multo valentiore iure nos Christiani de profusissima Christi in nos & indulgẽtissima benignitate gratias agẽtes, decãtare deo ex intimo cordis adfectu debemus. Nõ est alia natio tã grãdis, quæ habeat deos appropinquãtes sibi sicut deus noster adest nobis. En Emanuel, i. nobiscũ deus, quamuis absconditus, quamuis velatus, vere tamẽ deus. Siquidẽ se nobis ille admirabili dispẽsatione & cõdescẽsione videndũ exhibet & cõtrectandum, & (quod amplius est) pro nostræ peregrinationis viatico degustandũ & manducandũ, vt nos penitus sibi inserat. Habitat item in medio nostri, & inambulat inter nos admiranda dignatione, ne deficiamus in via, socium se præbẽs nobis & ducem huius anfractuosi itineris, quod magni muneris loco, populo Israel ante promiserat, sed id promissum in nobis perfecte compleuit. Neq; id quidem exiguo tempore præstat, quod adsit nobis, sed secundum pollicitationẽ suam nobiscũ est omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi, & secundum suæ diuinitatis omnia circumambientem præsentiam, & secundum preciosi corporis & sanguinis sui mysteriũ in salutarem cibum animæ, & medicinam efficacissimam nobis relictum, approbãte suis verbis hodie ipsissima veritate in Euangelio. Vnde colligimus. Esa.7 Matth.1 Leuit.26 Matth.vlt.

E ¶Primo, carnẽ Christi vere esse cibũ non fictũ, non phantasticum, non figuralem ceu hactenus contra scripturã nõnulli deblaterarũt. Vnde alias ad discipulos: Accipite, inqt, & mãducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Et differt ille cibus & potus à reliquis quandoquidem caro & sanguis Christi reficiunt animã, quæ immortalis est, cibus aũt corporalis, reficit tantum corpus, quod est corruptibile. Ideoq; omnem effectum, quem cibus & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem, scilicet sustentans, augens, reparãs, delectans, hoc totum facit & illud sacramentum animæ, quantum ad vitam spũalem. Hinc & appellari cœpit Eucharistia, id est, bona gratia, quoniam in hoc sacramento nõ modo est augmentum virtutis & gratiæ, sed ille totus sumitur, qui fons est totius gratiæ & origo. Et hoc est quod apostolus monet hunc cibũ diligenter discernendũ ab alijs, dicens: Qui enim mãducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicãs corpus domini. Quare? Quia est caro Christi vere cibus, &c. Matth.26 Marc.14 Luc.22. 1.Cor.11. Ibidem

F ¶Secũdo collige: Manducantem de carne Christi manere in Christo: intellige per spiritualem manducationem & dilectionẽ. Siquidem Eucharistia sit sacramentũ pietatis, signũ vnitatis, vinculũ charitatis: quæ vniuersa membra Christi corporis vnit capiti & sibijpsis. Hinc Paulus: Et panis (inquit) quẽ frangimus, nonne participatio corporis Christi est? Qm̃ vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omes qui de vno pane & de vno calice participam⁹. Eapropter, & dñs sacramentũ Eucharistiæ in eis rebus cõmendauit, quæ ad vnum aliquod rediguntur, vtpote ex granis & racemis multis conficitur, panis & vinũ confluit. Quod propterea figuratũ est per Melchisedech panẽ & vinũ, quæ ex multis collectis & vnitis cõstãt, obtulit. Hinc Synaxis, id est, communio dicitur. Quid proinde melius q̃ digne cõmunicare de tanto sacramento? & quid alicui optatius aut felicius obtingere possit, quam qd in Christo maneat, & Christus in eo? vt non tam ipse viuat quàm viuat in ipso Christus, vt vnus sit cum eo spiritus. Vnde Christus hodie, &c. 1.Cor.10 Gene.14

G ¶Tertio collige: Eũ, qui mãducat panẽ Christi, id est, eius carnẽ, viuere in æternũ. In q̃ nimirũ discrepat à mãna, qd olim Iudæi mãducarũt, qd non vitam æternã, sed temporalem dũtaxat præstitit. Nec mirũ, quãdo manna in deserto dũtaxat figura fuerit huius mãnæ cœlestis, & vitam spiritualẽ eandemq; æternam datum iri oportere in hoc sacramento pfigurarit. Idq; illud non est impossibile, quũ enim possibile fuit sine messe & frumento & alijs huiusmodi quadraginta annis illorũ vitã per manna cõseruare: multo magis nunc cibo spũali hoc fieri poterit, cuius illa erãt figuræ. Siquidẽ manna nostrũ est Chrũs ipse deus & homo, qui est vita æterna & via ad eandem, qui nos ad illam prouehere dignetur. Psal.94 1.Cor.10. Iohan.14

Homi-

HOMIL. LI. DE EO QVOD LEGITVR, Luc.16. Homo quidam erat diues, &c.

Dominica prima post pentecostes.



VO nobis hodierna die occurrunt, quæ proculdubio deberent nos ad amandum timendũq; deum, & ad spernendum mundum & quæ mundi sunt, nedum prouocare, sed & vehementer cogere. A

¶Primũ est appellatio tpis q̃d hodie incipit, vtpote q̃d à sanctissimis illis patribus appellari cœptũ sit, tẽpus peregrinatiõis, atq; ideo
1.Reg.14 vt memores simus, neq; nos, neq; nostra hoc in mũdo posse semper
Eccles.2 aut diu pseuerare, sed demũ desinere & alio pficisci, q̃ nihil nos sit
Apoc.14. secutu℞ prĕter opa nostra, quo℞ bona ad vitã, q̃℞ mala ad mortem
Iohan.5. æternã perducent. Quã vero vtrobiq; dissimilis sit status abunde sa-
Hebre.13 tis, nec sine terrore perdocet hodierni euãgelij historia. Hinc aplus
2.Cor.5 Non eñ (inquit) habemus hic manentẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirimus. Et oportet nos oẽs manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusq̃sq; propria corpis prout gessit siue bonũ siue malũ. s. in hoc peregrinationis tpe. Et hoc est q̃d hucusq; à tpe aduẽtus ecclesia nobis in euãgelijs, quæ hactenus statis diebus sunt audita, proposuit oñia quæ in nostrã salutẽ deus Opt. Max. per filiũ suũ Iesum Chr̃m nobis ita exhibuit, vt nihil supersit, q̃d ipse in eandẽ salutem facere posset, q̃ nihil obmisit, ve℞ posthac rẽ ipsam in nobis esse ac pẽdere, vt videli-
Osee.13. cet & ipsi cooperemur, q̃ oportet. Siquidẽ nemo nunc esse possit causa nostræ dãnationis q̃
Esa.5 nosmetipsi. Ad singulos eñ nunc dicit dñs: Ex te pditio tua Israel, tãtũmodo in me auxiliũ
Ecci.15 tuũ. Quid vltra debui facere tibi, & nõ feci? Vniuersis igit̃ & oĩbus præparatis, nihil restat, nisi vt in hac peregrinatiõe viã arripiamus, quatenus parata gaudia cõsequamur. Siquidem liberi sumus, ceu peregrini, q̃cũq; libet p libertatem arbitrij ambulare possumus. Nobis ipse clemẽtissim⁹ & iustissimus dñs adiecit mãdata & præcepta sua. Si voluerimus mãdata conseruare, cõseruabũt nos, quẽadmodũ idip̃m haud obscure accipim⁹ ex hodierno euãg. q̃d.

¶Secundum est, quoad dei timorem compelli deberemus, vnde inter cætera, quæ alio tẽ- B
pore dedimus, dũtaxat duas colligimus doctrinas, quarum

Matth.16 ¶Prima est, nullũ bonũ manere irremuneratũ, nec vllum malum manere impunitum, si-
Psal.7 ue hic siue aliàs, quandoquidẽ deus ipse sit iudex iustus, q̃ reddit vnicuiq; secundũ opa eius.
Galat.6 Atq; sic certum est (inquit Apostolus) vt quæ seminat homo, hæc & metet. Ita dñs Lazaro pro ei⁹ hic cruciatu & patiẽtia reddidit cõsolationẽ & quietẽ. Diuiti vero Epuloni pro diuitijs oĩm adeo re℞ dedit ægestatẽ, vt nõ habuerit tantillũ aquæ, quo linguã refrigerare potu-
Iaco.1 isset, pro veste purpurea recipiẽs flammã perpetuã, pro cibo delicato famem infinibilẽ, pro familia tartaream societatẽ, pro tenacitate omnis gratiæ & misericordiæ denegationem, vt cui iuste negata est misericordia, qui misereri noluit.

Psalm.72 ¶Non est igit̃, q̃d aliqs murmuret contra deũ, quũ videt sibi probos & iustos hic pati, im- C
probos vero & iniustos voluptuari, & pinde impunes peccare, quandoquidẽ relinquat hoc ipsum diuinæ iustitiæ & sapiẽtiæ, q̃ nouit quo modo, loco & tẽpore q̃sq; sit appremiandus,
Deuter.32 alibi dicẽs: Mihi vindictã & ego retribuã. Etsi eteñ (inquit Valerius) lento gradu ad vindi-
Roma.12 ctam sui diuina procedat ira, tarditatẽ tamen supplicij grauitate compensat.
Valer. de neg. rel. ¶Secũda doctrina est, neminẽ posse simul & semel, hic & alibi lætari, nec quempiam hic pro voluptate carnali tẽporalibus his bonis & alibi æternalibus perfrui posse, verum q̃ hic patienter miseriã tulerũt, alibi lætitia gaudebunt, qui vero hic gauisi sunt voluptate ad nutũ alibi tristabũtur & cruciabũtur, testãte euidẽter hodie Abrahamo qui in persona dei Max. ait ad diuitẽ: Fili recordare, q̃a recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nũc aũt consolatur, tu vero cruciaris. Quasi diceret: Stulte petis, vt hic bonis ad nutũ tuũ possis perfrui, q̃bus in terra abusus es. Siquidẽ iniquũ fit, vt quis vtrinq; eis queat satiari. Dictũ eñ est
Matth.5 olim in terris: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui lu-
Luce.6 gent, quoniam ipsi consolabuntur.

¶Gaudeãt igit̃ pauperes, & tribulati in hoc mũdo, nec desperẽt quasi à deo derelicti, imo D
sciãt se oĩno eẽ in memoria dei misericordis, q̃ propterea ipsas hic tpaliter finit cruciari, vt
2.Timot.4 alibi eos possit æternaliter cõsolari, imo singuli in suis aduersitatibus dicãt cũ Apostolo: Bonũ certamẽ certaui, cursum cõsumaui, fidẽ seruaui. In reliq̃ est mihi reposita corona iustitiæ quã reddet mihi dñs, in illa die iust⁹ iudex. E diuerso timeãt & pœniteãt diuites, q̃bus hic oĩa ex voto obueniũt, ignari malo℞, imemores futuro℞, q̃ necessum ẽ, credãt, si mõ credũt euãgelio, cui si min⁹ credũt, væ ipsis, q̃m nulla eis relicta ẽ spes. Semp meminerint Abrahami, hodie dicẽtis: Fili recordare, q̃a recepisti bona in vita tua, Lazarus vero mala. Ideo hic cõsolatur, tu vero cruciaris. O du℞, o tremẽdũ verbũ, maxime his, quos p̃sentis seculi trãsitoria

bona,

bona, diuitiæ & honores delectãt. Ad quos & horrendũ verbũ dicit alibi dñs: Væ vobis diuitibus, q habetis cõsolationẽ vestrã. Væ vobis, q saturati estis, qa esurietis. Væ vobis qui ridetis nũc, qa lugebitis & flebitis. Caueãt oro ipsi, ne pro præsentibus, quæ amplectuntur, ꝑpetua perdãt, & pro gaudio momentaneo cruciatus sustineant sempiternos. Luc. 6

E ¶Superest, proinde, vt neglectis ijs rebus mũdanis tendamus ad superna, vt illic sit cor nostrum, vbi est thesaurus noster, & patria vera, vnde hic exules peregrinamur, qbus hic non est aliud nisi labor, dolor, afflictioq; spũs, atq; nihil omni ex parte iucundũ: qui & experientia discimus vitæ nostræ breuitatẽ, instabilitatẽ & rerũ omniũ mutabilitatẽ & interitũ, quũ mũdus transeat & concupiscentia eius: qui deniq; hodie intelligimus diuinã iustitiã, cuilibet prout in hac vita meruit siue in bono siue in malo, pœnam vel gaudiũ retribuentem. Matth. 6 Eccles. 2. 1. Iohan. 2

HOMILIA LII. DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ. 14. Homo quidam fecit cœnam magnam.

Dominica secunda post octauas pentecostes.



A E tribus fit mentio in hodierno quidem Euãgelio, quorum est. Iohã. 17

¶Primũ cœna magna ad quã vocati sumus, & est æterna nimirũ beatitudo, quæ consistit in iucundissima diuinitatis visione, fruitiõe & tentione, cœpitq; illa appellari cœna, qm vltima sit hominis refectio, qua vel sola homo ita saturabitur, vt nihil ampli⁹ velit aut possit optare: quæ & ideo magna dicit, qa oĩe satiat desideriũ, vbi oĩm est bonorũ satietas ꝑfectissima, vtpote in qua oĩa sunt parata, quę ad cõsumatissimã pertinẽt cœnã. Cuius propterea magnitudinẽ solus ille ꝑdicet, qui effari poterit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. Cuiusmodi est Chrũs dñs, deus & homo, qui vel solus magnus; qui & solus reficit, & hãc cœnã magnã sic instruxit, vt nihil obmiserit, q ad eã sunt necessaria, nimirũ gratiæ collationẽ, sacramētorũ efficaciã, regni apparitionẽ, spũs sancti missionẽ, edulij cœlestis præparationẽ, nec restat, nisi vt arripiamus viã & cœnã ingrediamur, dignæ cœnaturi, & saturãdi cũ propheta dicẽte: Satiabor quum apparuerit gloria tua. Atq; ideo o vere beati, q ad cœnã nuptiarũ agni vocati sunt, & q venire nõ recusant, se q; eadẽ dignos reddũt. Esa. 64 1. Cor. 2 Psal. 16. Apoc. 19

B ¶Secundum em̃ in Euãgelio est, numerosa multitudo se excusantiũ, atq; habent ij, qui ad oblata beneficia sunt ingrati, cuiusmodi sunt oẽs peccatores & infideles, q in Euãgelio trib⁹ peccatorũ præcipuorũ generibus comprehenduntur: Et sunt in summa.

C ¶Superbi, qui accipiũtur ꝑ eũ, q emit villã. Siquidẽ vere superbi sint, q villã. i. præsidentiã aliquã non accipiũt in cõmissionẽ, sed emũt vel fauore, vel obsequio, vel pretio, vel prece, vel minarũ terrore, vel promissio ꝑ se vel alium. Status em̃ præsidentiæ siue secularis siue spũalis etsi licite ab idoneo acceptari possit, nõ tamẽ emi. Id q̃d (prohdolor) nunc frequenter fieri adsolet. Hinc raro percommodi nũc præsunt, quũ nulla (vt olim) habeat virtutis & probitatis ratio. Nõ ingrediunt ergo cœnã superbi, q per villam ementes intelliguntur.

D ¶Auari q̃q; nõ ingrediunt se excusantes, q intelligũtur per eũ, qui iuga boum qnq; emit: quãdoquidẽ auari relictis virtutũ lucris perpetuis, in caducis diuitiarũ acquisitionibus delectantur. Et fit (vt apostolus scribit) vt qui volũt diuites fieri (quales sunt auari) incidũt in laqueos diaboli. Ideoq; vocati ad cœnã non veniunt, sicut nec veniẽt. 1. Timot. 6

E ¶Libidinosi, q intelligũtur ꝑ eũ, q vxorẽ duxit, q vtiq; significat voluptatũ carnaliũ sectatores. Quãuis em̃ bonũ sit coniugiũ & thorus immaculatus, atq; ad propagandã sobolẽ diuina prouidẽtia institutũ, qa tamẽ nõnulli per hoc nõ fœcunditatẽ prolis, sed desideria expetũt voluptatis, fieri solet nõ immerito, vt per rem significet res iniusta. i. libido. Et sint excusantes se, qm̃ duxerit vxores, q carnalibus sunt & libidinosis amoribus ita irretiti, vt carnalia magis curẽt q̃ cœlestia & spũalia. Cuiusmodi est illa cœna in euãgelio magna. Ad quam ceu indigni nõ ingrediuntur, neq; superbi, neq; auari, neq; libidinosi, atq; hoc genus pc̃tores alij qui ui ijs tribus accipiunt, qm̃ eo, & cæteri referuntur. Hinc Iohãnes: Omne, inqt, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum vel superbia vitæ. Hebr. 13 Gene. 2 Matth. 19 Tob. 8 1. Iohan. 2

F ¶Tertiũ in Euangelio est, conditio obedientium, qui ad cœnam vocati & parati fuere, & fuerunt pauperes, debiles, cæci & claudi.

G ¶Ita nimirũ fratres, si ad cœnã illam magnã & eam quidẽ longe delicatissimã venire, ac ea perfrui voluerimus, ad quã oẽs sumus vocati, quos deus oẽs vult saluatũ iri, quosq; per famulos suos. i. fideles prædicatores indies vocat necessum est. 1. Timot. 2

H ¶Prio, ne sim⁹ ex nũero eorũ, q se excusare cęperũt. i. ne sim⁹ vel supbi vel auari vel libidinosi, vtpote q̃d nemo illorũ beatitudinẽ æternæ vitæ sit possessur⁹, q̃ nihil coinqnatũ intrat. Apoc. 22 Luc. 14. 18

I ¶Secũdo, vt simus pauperes. s. spũ, & sunt vere humiles, quoniam illi vere exaltantũr in

Leuit.14 gloria, q sic se humiliāt. ¶Tertio, vt sim⁹ debiles, idēq; cæci .i. terrena nesciētes cōtra deū
quales erim⁹, quū propter deū hæc inferiora nō aspeximus sed cōtempserim⁹, qibus renun-
tiātes, q̄les vult nos alibi eē dn̄s. Cuiusmodi vtiq; habent pro debilibus & cæcis huic mūdo.
Luc.14 ¶Quarto, simus claudi .i. nō premamur affectu carnali, nescientes carnē & spū viuentes.
Claudi (inquā) illecebroso carnaliū affectu, sed rectæ rōnis vinculo compediti atq; sic parati
simus ad cœnam venire, in qua q cœnāt, indubie beati sunt: nulla deinde re indigētes, quales
nos faciat deus ipse, q illa est cœna, quā & præparauit om̄ibus diligentibus eum.

HOMILIA LIII. DE EO QVOD LEGITVR, Luc. 15. Erant appropinquantes, &c.

Dominica tertia post octauas pentecostes.



Matth. 11. QVum tanta esset Chrūs erga om̄es indiscriminatim humanitate & A
māsuetudine, vt plane adeo neminē vel submoueret vel fastidiret,
vt ad se etiam vniuersos, qui sua indigebant opa, benignius inuita-
ret, dicēs: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego re
ficiam vos &c. & inuenietis requiem animabus vestris, factum est
vt & ipsi publicani & peccatores ad illum accedere ausi fuerint, nō
vt eum obseruarēt, quod peruersi faciūt, verū vt illum audirēt. s. ex
proposito emēdationis per verbū ipsius veluti oēs in p̄sentia debe-
Exo. 23 tis. Quos dn̄s humanissime adeo nō dedignatus est suo adiutorio,
Deut. 7 vt eos etiā deinde conuiuātes habuit, cū eis manducās & bibens. Id
quod videntes scribæ & pharisæi partim fastu, partim permoti scriptura, quæ dehortatur à
malorū cōsortio, partim q̄ Christo infamiā impingerēt, aut ipsius authoritati & nomini de-
rogarent, qa cū infamibus conuersaret, murmurare cœperūt, dicētes: Quia hic pctōres reci-
pit, & māducat cū illis. Q. d. Hic q nouā quandā sanctimoniā profitet, & cæteris habet pro-
batior & sanctior, nō vitat malorū cōsortia, sed notos etiā pctōres admittit ad colloquium,
& adeo nō fugit cōgressum, vt cibū etiā cū illis capiat, nō cogitās, q̄d malorū cōtubernio cō-
taminent boni, argumēto nimirū, q̄d vel ipse talis nō sit, qualis æstimat, vel qualis vult habe-
ri, vel intra tp̄s talis efficiet, quales sunt qbus cū cōuersat, iuxta protritū verbū, q̄ dicūt, qualis
Psal. 17. vnusq; sq; est, tali cōsortio delectat: Cū bono bonus eris, cū peruerso peruerteris.
¶Igit dn̄s hmōi scribarū & pharisæorū murmura animaduertēs, vt illorū inclementē fa- B
stum penitus eximeret, suæq; apud oēs famæ cōsuleret, ostēderetq; se nihil cōtra scripturam
agere duabus occurrit parabolis, qbus haud obscure rōnē adfert, cur cū pctōribus cōuerset,
nimirū nō qa ipsorū vitia vel amet vel ea sequi velit, aut vt alios scādalizet, sed q̄d propterea
aduenerit, vt sua pia cōseruatione, & sancta doctrina malos & pctōres emēdet, alibi ingense
Matth. 9 Nō em̄ veni vocare iustos, sed pctōres, nō em̄ egent, q sani sunt, medico, sed q male habent,
Marc. 2 cuiusmodi sunt pctōres, in aīa ægrotātes. Hinc venit filius hominis, quærere & saluū facere
Luc. 19. q̄d perierat. Id q̄d fit, pctōre p verbū salutis resipiscēte, & pœnitētiam agēte. Quo de maius
est gaudiū angelis dei, quàm super nonagintanouē iustis q pœnitentia non indigent.
¶Quēadmodū agricola illā amplius terrā amat, q̄ post spinas vberes fruges profert q̄ eā, C
Gene. 3 quæ nunq̄ spinas habuit, & semp fertilē messem produxit. Imo quēadmodū etiam q habet
Iohan. 1. cētū oues, &c. Hō qui centū habuit oues est Chrūs theantropos, centū oues sunt nouē ange-
lorū chori, & hoīm genus, q̄d cū per pctm̄ amisit, relictis nonaginta .i. nouē angelorū choris
Iohan. 19 deserto .i. cœlo q̄d forte desertū hic dr̄, quia hō ip̄m peccando deseruit, vadit quæsitū huma
Psal. 67 num genus, quādo venit incarnatus, deinde doctrina & passione idē reducere satagit, quādo
Actorū. 1. ipsum oībus cōsummatis, redemit, sup humeros in cruce sua ponens, deinde venit ad domū
Ephe. 4 cœlestē, quādo cœlos ascendit captiuā secū ducens captiuitatē, ad amicos & vicinos .i. ange
los, dicēs: Cōgratulamini mihi, qa inueni ouem meā quæ perierat, &c. In quē sensum facile
intelligit, & altera parabola. Vnde colliguntur nonnullæ doctrinæ, quarum est.
¶Prima, Chr̄m nō secus ex cœlo ad nos venisse atq; medicū ad ægrotātes, nimirū vt nos D
1. Timot. 1. saluaret & cœlo, vn̄ cecidimus p pctm̄, referret. Hinc aplūs: Fidelis (inqt) sermo & om̄i acce
1. Timot. 2 ptiōe dign⁹, qa Chrūs Iesus venit in hūc mundū, pctōres saluos facere, q̄rū primus ego sum,
vult em̄ deus ipse saluaror noster oēs hoīes saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire.
¶Secūda, nullū pctōrem vel quālibet grauē debere de gratia dei desperare propter pctā E
sua, quæ nō tam sunt grauia neq; numerosa, quin indulgentiā inueniant, dūmodo peccatori
displiceat peccasse nec pctā iterare proponat, ipsaq; sibi desiderat indulgeri. Displicet si per
arbitrij libertatē vellet se nō peccasse propter deū. Etiamsi quadā sensuali cōplacentia rede-
at memoria peccatorū. Hæc veritas vbi firmiter inhæserit, desperatio locū habere nequit.
¶Est autem desperatio motus, quo quis de sua prorsus beatitudine diffidit, cum contem- F
ptu di-

ptn diuinę miſericordiæ,q̃ſi impotẽtis vel nolẽtis pctã ſua dimittere & ſaluare. Ita nimi-
rũ Caimus deſperauit, inquiẽs: Maior eſt iniquitas mea, q̃ vt veniã merear. Deſperauit & Gene.4
Iudas Iſchariotis, dicẽs: Peccaui, tradẽs ſanguinẽ iuſtũ. Et proiectis argẽteis in tẽplo, re- Matth.27
ceſſit, & abiẽs laqueo ſe ſuſpẽdit. Sed impie vterq; fecit. Quõ em̃ de ſua quis ſalute deſpe
ret, q ſe ſaluandũ firmiter, ſi ipſe velit, credat? Eũ vero ſaluatũ iri, q credit ſe ſaluari ſi velit Marc.9
argumẽto eſt pr̃ filio ſalutẽ petẽs, cui dñs dixit: Si potes credere, oĩa poſſibilia ſunt crdẽti.
Nec recte pctõr alleget, nõ eſſe in ſua ptãte ſaluari, ſed tota ſua ſalus ſita ſit in deo, iuxta id
q̃d dicit deus ad Iſrael: Perditio tua ex te Iſrael, ex me aũt auxiliũ tuũ. Siqnidẽ rñdeo dũta Oſee.13.
xat à deo ſaluari peccatorẽ, q ſolus remittit pctã, cui ſoli peccat, ſed ipſe eſt, qui poteſt &
vult ſaluare. Ipm poſſe ſaluare, dubiũ nõ eſt, quũ ſit, q mortis & vitę habet poteſtatẽ, dedu Pſal.50
cẽs ad portas mortis & reducẽs, cuius dicere & velle eſt facere, dixit em̃ & facta ſunt, & oĩa Marc.9
q̃cũq; voluit, fecit, cui ſubeſt, cũ voluerit, poſſe. Ideoq; quũ dñs alibi dixiſſet, apud hoiem Sapiæ.16
ſaluari impoſſibile eſt, adiunxit, oĩa apud deũ ſunt poſſibilia. Ideo Paulus: Ego, inqt, pec- 1.Reg.2
catorũ primus miſericordiã cõſequutus ſum, vt in me primo oſtẽderet Chrs Ieſus omnẽ Matth.19
potentiã ad informationẽ eorũ, q credituri ſunt illi in vitã æternã. Nõne dñs q̃q; latronẽ 1.Timot.1.
in cruce, q vſq; ad extremũ peccarat vitæ, ad vnã dũtaxat petitionẽ. ſ. dñe memẽto mei,
dũ veneris in regnũ tuũ, ſaluauit? inquiens: Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo.
Quod aũt vult ſaluare vnũquẽq;, teſtat ſuis ad peccatorẽ verbis, dicẽs: Et q̃re moriemini Luc.23
domus Iſrael? Quia nolo mortẽ pctõris & moriẽtis. Reuertimini & viuite. Cõuertimini Ezech.18
& agite pœniam ab oĩbus iniquitatib⁹ veſtris, & nõ erit vobis in ruinã iniquitas. Quis em̃
vellet perditũ iri deus, q̃s ipſe, vt eſſent & viuerent. ſ. æternaliter, creauit, q̃rũ aĩas amat, de Sap.11.
qbus vult in æternũ in cœleſti patria laudari? Cuius noĩe ꝓpheta ſibi petit indulgeri pctã,
& ſe ab ipſo ſaluari, inquiẽs: Cõuertere dñe & eripe animã meã, ſaluũ me fac ꝓpter miſe
ricordiã tuã. Qm̃ nõ eſt in morte, q memor ſit tui, in inferno aũt quis cõfitebit tibi? Et ſa Pſal.6
ne qũo nõ vellet ille dare eis ſalutẽ, ſi modo velit, pro qbus ſuũ propriũ dedit filiũ, ei non
parcẽs? Ideoq; nemo dubitet vel quãlibet horrẽdus pctõr de indulgẽtia ſuorũ peccatorũ,
ſi velit, quũ eius ſit ſibi cõuerſio & ſalus tã grata & læta, vt dicat ad angelos: Cõgratulami Roma.8
ni, &c. Eapropter ſi aliqñ pctõri (q̃d abſit) ſuccurrat deſperatio, murmuretq; inſipiẽs co-
gitatio eius, dicẽs: Quis es tu, aut quãta eſt illa gloria, qbusve meritis hãc obtinere ſperas
q toties, tãtopereq; in deũ peccaſti, tuãq; ſalutẽ ꝑdidiſti tua ſpõte. rñdeat dicẽs: Qui deſpe
rẽ de eius gr̃a, q creauit me vt eſſem, q charitate nimia me adoptauit, q me pœnitentẽ ſe
receptũ promiſit, q verax eſt in promiſſiõe, & potẽs in exhibitiõe, licet em̃ ei facere, q̃d
voluerit, cuius miſericordiæ nõ eſt numerus, & charitas ipſius erga me plus q̃ immenſa, Philip.2
imo ineffabilis, vtpote q̃ deus ipſe & oĩm ſuꝑmus, ꝓpter me viliſſimũ pctõrẽ, & in nihilũ
redactũ, ita ſe exinaniuit & cõdeſcẽdit, vt venerit & deſcẽderit à ſummis ad iſima, à gloria
ad opprobria, à requie ad laborẽ, ab abũdãtia ad pauꝑtatẽ, à delitiis ad pœnã, à beatitudĩe
ad miſeriã, ab ęternitate ad mortẽ, & q dẽ turpiſſimã. ſ. crucis, haud ſane crediderim tã piũ
meũ ſaluatorẽ, tãtã ꝓpter me charitatẽ deperditã velle. Et ſcio cui credidi, & certus ſum.

F ¶Tertia doctrina, eũ, qui ꝑfectus eſt, ita poſſe cõuerſari cũ ipſis, etiã malis & pctõribus
vt non palpando vel diſſimulãdo fauere videatur eorũ vitiis, ſed vt eos pia conuerſatiõe
cõuertat & ad emendationẽ prouocet, deq; peccatis illos arguat. Si em̃, inqnit Chrs, lux
veſtra luceat corã hoĩbus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrẽ veſtrũ, qui in Matth.5
cœlis eſt. Sic apoſtoli, qa perfecti cõmunione malorũ peruerti nõ potuerũt, malis ſæpenu
mero cõuerſati ſunt, vtpote quorũ vitia arguerũt, & eos iuſtos reddiderũt. Sic & Chriſtus Matth.9
cũ Matthæo publicano, ſic cũ Maria Magdalena peccatrice, ſic cũ Zachæo publicano, Lucæ.7
ſic cũ muliere Samaritana, & hodie cũ peccatoribus cõmunicaſſe legitur, vt iuſtos dimit- Luc.19
teret, vt qui eorũ vitia arguit, mores vero inſtruxit, vt patet ex decurſu euangelii. Iohã.4

G ¶Atqui nõ ita eſt cũ imperfectis, quibus ſufficit, vt malis cõpatiant, eoſq; apud deũ ora
tionibus adiuuent, nedũ conuerſando alios lucrari & cõuertere velint, ab eis ipſi peruer-
tantur & pereant. Sæpe em̃ ſubmergi incipientẽ erepturus, dũ ipſe neſcit natare, ſeipſum
perimit cũ eo, quẽ eripere ſtuduit. Hinc ad filios Iſrael dictũ eſt: Nõ habitẽt. ſ. idololatræ Exod.23
in terra tua, ne forte peccare te faciãt. Et Paulus ad Theſſ. maxime infirmos: Denuncia- 2.Theſſ.3.
mus (inquit) vobis, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante.

H ¶Quarta, nõ deſpiciẽdos ita à nobis eſſe pctõres, q̃ſi de nr̃a probitate gloriaremur ceu Roma.11.
cæteris meliores, id q̃d foret hypocriſis, q̃ prohibita eſt, imo debemus cogitare ne quales Matth.6
ipſi ſunt, nos q̃q; tales fore poſſe, & ipſos forte poſſe cõuerti & reſurgere, nos vero cadere,
verũ ne vel nos reddãt malos, vel vt ipſi ita deſpecti & vitati erubeſcãt, & erubeſcẽtes re- 2.Theſſ.3
uertant & emẽdent, quẽadmodũ nuper ex Tobia docuimus. Sane diſtrictionẽ (vt ſcribit
Gregorius) debemus vitiis, cõpaſſionẽ naturæ in ipſis peccatoribus, q ſi ſunt inemenda- Ibidem.
biles, omnino ſunt etiã à perfectis vitandi, vt Apoſtolus Timotheo alias præcepit.

HOMILIA LIIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.7.Marc.4.Luc.6. Eſtote miſericordes,&c.

Dominica quarta poſt octauas pentecoſtes.

PRæſens euāgeliū ad id nos dirigit,q̄d ex duobus,vnde prudet lex & pro- A
Matth.22 phetæ,ſecundū eſt,in quo tota lex perficit,nimirū ad proximi charitatem.
Qui eñ(ait Apoſtolus)proximū diligit,legē impleuit, ſiquidē plenitudo le
Roma.13 gis & finis dilectio.Qui eñ proximū recte diligit propter deū,diligit ip̄m,
& ita deū & ſeipſum diligit,& ſic totā dilectiōis impleuit legē,q̄ eſt, vt deū
Matth.7 modis oībus diligamus,& proximū vt noſipſos,quos ita diligemus,vbi eis fecerimus,quę
Lucæ.6 nobis fieri ab ipſis vrlimus,& eis nou fecerimus,q̄ nec nobis fieri velimus. Ad cuiuſmodi
dilectionem proximi iuxta euangelij ſenſum requiritur.
¶Primo, vt proximis,nr̄a ope indigētibus miſericordiā,q̄tū poſſumus,verbo & facto B
exhibeam⁹.Qui eñ(inq̄t Iohānea)habuerit ſubſtātiā huius mūdi,& viderit fratrē ſuū ne
1.Iohan.3 ceſſe habere,& claudit viſcera ſua ab eo,quō charitas dei manet in eo? Filioli mei nō diliga
mus verbo neq; lingua,ſed ope & veritate.Ad hāc aūt miſericordiā p̄ſtandā nos attrahe
re debuerit exēplū dei Opt.Max.q iu vniuerſos,etiā inimicos,miſericors eſt,ſuā opē pla
ne nulli negās:mō ſi p̄r cœleſtis alterius naturæ ſine ꝓportiōe à nobis diſtās in p̄fectione,
nobis miſericors eſt,q̄to magis nos proximo miſericordiā impēdere oportet,eiuſdē no-
biſcū naturæ;nec conuenit,vt filij à patre degeneremus,ſed de miſcdia ſuo in loco plura.
¶Secūdo,ne male de proximo ſine manifeſtiſſimis teſtimonijs,nō aūt leuibus & Incertis C
cōiecturis atq; p̄ſumptiōibus iudicem⁹.Nolite,ait Paulus,añ tēpus iudicare.i.anteq̄ pror
1.Cor.4 ſus cōſtet iudiciū facere.Qua in parte notādū cēſuerim,q̄dā eſſe aperta mala,q̄ ſi qui p̄pe
trāt,eos recte(uō tñ iniquo aīo)iudicamus malos,veluti ſi qs hæreticoa diceret carnales
Matth.7 hoīes,qm̄ aperto doceāt & agāt,q̄ caruis ſunt,de q̄bus veritas ait:A fructib⁹ eorū cognoſ
cetis eos,mala quidē arbor,malos facit fructus,ſi op̄a hoīs mala ſunt aperto,necrſſum eſt
vt hoīem iudicemus malū.Quædā vero eē medis.i.q̄ & in bonā & malā partē fieri poſ-
ſunt,de q̄bus q̄a ignoramus,q̄ aīo.ſ.bono vel malo fiant,nō recte,neq; ſine p̄ctō mortali
1.Cor.13 hoīes iudicem⁹,vtpote q̄ ē cōtra proximi charitatē,q̄(ap̄lo teſte)malū nō cogitat.Profe
cto,de malo mihi nō ſatis certo nequaq̄ aliquē iudicarē,quē vt me diligerē,ſed defēdcrē,
ſed excuſarē,q̄diu in publicū nō ꝓdieet.ſ.p̄ euidētia ſigna,ſed q̄a charitatē p̄didimus,fa-
cile alterutrū iudicamus cōtra p̄ceptū dn̄i,hodie dicētis:Nolite iudicare &c.Peccant igit
Vergilius q tā proni iudicāt, vel ob ſamā,q̄(vt poeta cecinit)tā ficti prauiq; tenax,q̄ nuncla veri eſt
4.æneid. & quidē fallax,iudicās ſine ſufficiēti probatiōe,vel ob leues ſuſpitiōes & cōiecturas plerū
q; falſas,veluti ſi qs ilico eū putet fornicariū,qui cū muliere parū proba locutus ſit,qm̄ po
tuit eē cauſa colloquēdi alia,eadēq; nō mala, vel ſi qs eū iudicet eccleſiæ cōtemptorē, qui
nondū facta meridie interdicto ieiunio comedat, vt q forte ob ſtomachi laſſitudinē veſci
cōpulſus ſit,vel ſi qs eū iudicet tyrānū,q cū ſæueritate tardius indulget, vt q fortaſſis ſerius
indulget zelo diſciplinæ & amore iuſtitiæ, quū ſcriptū ſit:Zelus domus tuę comedit me,
Pſal.68 vel ſi qs eū iudicet ſup̄bū,q pauciloquus ē, vt q forte natura talis ē vel loqui nō profit,bo
nū eñ eſt tacere, cūfari nō expedit.Cæterū,qm̄ ita de proximo iudicare ſit periculo tam
plenū, vt plane iudicet à deo,q iudicat,in rē videri ſolet,vt q̄dā cōtra iudicādi morbū re
media recenſeā,ſiquidē nō profit,ſcire morbū,niſi cōtra ip̄m,quo curari q̄rat,remediū
auferat,at longe optimū eſt remediū auulſio radicis morbi,& cauſæ.Iudicare igit volēs,
Eccl.19 iuſte videat. ¶Primo,ne facile vuicuiq; de quopiam(vt ait ſcriptura) & omni verbo
credat,qui enim cito credit,leuis eſt corde,& facile decipitur.
¶Secūdo,uō ſit curioſus inq̄rēdi de aliorū factis,q̄ ad ſe nō p̄tinēt,qñ quidē in ea inq̄ſitiōe D
multa audire cōtingit,ex q̄bus facile ſuſpitio ſuborit,vnde temerariū ſequit iudiciū,q̄ ſane
pacto ꝓderit abeſſe à cōſortio detractorū,q vana loquit,iuxta ſcripturā dicētē:Cū detra
ctoribus nō cōmiſcearis:nimirū q̄ ipſi peruerſe iudicāt,& iudicare alios peruerſe faciunt.
Prouer.24 ¶Tertio,nō ſit hō inuidus & infenſus,qñ quidē nihil inuidia vel odio duce poſſit vere E
iudicari:ſi qs eñ male ad alterū afficit,vtpote ip̄m odiēs,ex leuib⁹ ſignis mala de ipſo opi
natur,imo ſæpe illius mala requirit,nō vt emēdet,ſed vt infamet,q̄d grāde ſcelus eſt,quia
infamās plus q̄ homicida eſt,quū ſama bona nobilior ſit vita.Qui proinde nō voluerit p̄
ximū iudicare,diſcat eū prius amare,quē cū amauerit,hauddubiū defender,nō iudicabit.
¶Quarto,ſit ipſe bonus & non malus in ſeipſo, qui enim ſe talibus vitijs irretitū nouit F
Eccl.10 quaſi propriæ conſcius malitiæ,facile de alijs malum opinatur.Stultus quidem,inquit ſcri
ptura,in viam ambulans,cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat.
¶Quinto, vt iudicaturus de alijs ſeip̄m priua iudicet & emēdet : q eñ ſemetip̄m prius G
nō iudicat,q̄d in alio recte iudicet,iguorat, qm̄ aliena merita iudicare nequit, cui cōſciæ
innocētia ꝓpriæ nullā iudicij rrgulā p̄bet.Hinc ad Iudęos,adulterā adducētes,aiebat dn̄s:

Qui fine peccato est vestrũ, primus in illam lapidẽ mittat. i. prius propria corrigat, aliena reprehensurus, quo tendit verbũ dñi in euangelio. Quid aũt vides festucam, &c.

H ¶Sic suaserim, si suspitiones vitare nequimus, quia hoĩes sumus, à definitiuis tamen & firmis sententijs continere debemus. Et si quis ergo futuꝝ, q̃d à dño minatur, iudiciũ me- ruerit, & diligenter dictas radices euellere, seq; magis, quem certius cognoscit, iudicare studeat, & proximũ relinquat deo, qui solus hominum corda nouit, cuius iudicium nõ fal lit, ante cuius tribunal omnes stabimus, vt referat vnusquisq; propria corporis prous gesſit, siue bonum siue malum, mercedem secundum opera sua recepturus. Acto.1 Roma.14 2.Cor.5

HOMILIA LV. DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ.5. Cum turbæ irruerent, &c.

Dominica quinta post octauas pentecostes.

Marc.13 dum ip̃m cõtemnendo cũ oĩbus pompis eius. Est & cognominatus Boanerges.i. filius tonitrui, q̃d cæteris altius, vt tonitru Chr̃i euangeliũ & fidẽ toti orbi intonuerit. Quàm ve-
Psal.4 ro magnus sit corã deo & hoĩe, infinita pene & inaudita arguũt miracula, qbus illũ adeo cæteris oĩbus admirabilẽ oñdit deus, vt pene singulariter de eo sis dicturus. Et scitote qm̃ mirificauit dominus sanctum suum, dominus exaudiat me cum clamauero ad eum.

1.Timot.2 ¶ Restat proinde frẽs, vt cum eo si ad dexteram Chr̃i sedere aliqñ desideramus, etiã (vt K
2.Cor.1 ipse) Christum sequamur, Christi calicem bibamus. Si enim (inquit Apostolus) sustinebimus & conregnabimus. Nec est quod qs dicat, quomodo calicem, scilicet passionẽ mar-
Ephe.6 tyrij cum Chr̃o, & Iacobo bibam, quũ ecclesia nunc persecutores vt olim nõ habeat.

¶ Respõdeo, deficiẽtibus tortoribus gẽtilibus, bibere poteris calicẽ dñi ab alijs tribus hosti- L
bus, diabolo.s. carne & mũdo. Calicẽ em̃ dicimus oẽm laborẽ, conatũ & molestiã cõtra diabolum, carnẽ & mundũ, adeoq̃ peccata. Nam etsi gẽtiles defecerint, q nos persequanſ
Iohã. vltio nunqd ideo prompta voluntas fideliũ debet sine fructu et sterilis p̃manere? Nequaquã. In animo nimirũ radix martyrij esse solet. Ita sane et Iohannẽ euangelistã fore martyrẽ
Sapię.5 Christus hodie designat, dicens: Calicem quidem meum bibetis.i. martyrium quidem
Hebr.11 passiõis obibitis etc. quum tñ constet Iohannem non violenta, sed naturali morte vitam
Roma.8 finiuisse, at cuius animus martyrio non defuit, quem tamen dominus sic manere voluit.
Col.3.
Psal.43 ¶ Hinc p̃spicuũ euadit. Primo, calicẽ dñi bibit, qñ à p̃secutore aliquo illata mors pro
Matth.16 Chr̃o patiẽter suscipiſ, quẽadmodũ D. Iacob9 hodie vnà cũ cęteris martyrib9 fecisse tra- M
Marc.8 ¶ Secũdo quum mens ad passionẽ (si tp̃s et loca hoc postularint) prõpta habeſ, (diſ. N
Luc.17 seu cum vita martyrio digna geriſ, sicuti et crux nõ illa tm̃ diciſ, quæ passionis tp̃e ligni adfixione construitur, sed illa quæ totius vitæ curriculo cunctarũ disciplinarũ virtutibus
Gala.6 adaptatur (saluatore teste) quũ ait: Qui vult venire post me, tollat crucem suam et sequaſ me. Qñquidem liqueat, nõ omnes martyres, q secuti sunt dñm, ligno fuisse adfixos, sed neq̃ Paulum, quum ait: Mihi autem absit etc. q̃d dicit vt intelligamus crucem non ligni esse
Roma.12 patibulum, sed vitæ virtutisq̃ propositum. Itaq̃ oĩs Christianus christiane et secundum
Philip.4 deum viuens, martyr.i. Christi testis dici potest. Omnis vero q voluptate volutatur non secundum deum, sed secundum carnem viuendo crucem dñi ferre recusas, neq̃ dñi calicẽ cum diuo Iacobo vult bibere. Quod absit recusemus, verũ potius conemur corp̃a nostra p̃rijs seruitutibus, castigatiõibus, ieiunijs, et tribulatiõibus, iuxta Apl̃i dictũ: Exhibere deo hostiã viuentẽ, sanctã, deo placentẽ, rõnabile obsequiũ nostrũ vt interrogati à dño, an possimus calicem dñi bibere, valeamus nõ modo r̃ndere, possumus ex animo bibere, sed et vt post mortem illam, vel ad dexteram, vel sinistram ipsius sedere queamus.

¶ Homi-

¶HOMILIA XCIX. DE EO QVOD LEGITVR: Hebræorum.1. Nonne sunt omnes administratorij spiritus.

In ferijs diui Michaelis.

A Non arbitror charissimi fratres, prolixa à nobis hodie opus esse in hodierni diei euangelium expositione, vt quod præcedente biennio idipsum ita omni ex parte conatus sum dilucidare, vt vix superesse videam, quod illuc commode posset conferri. Ideoq́ ad alia & fortassis æque euangelica processurus, nihil aliud priori nostræ in hodiernæ diei euangelium interpretationi addam, præter quod pie in Christo Iesu admoneo quācunq́ potestatem, cui non absq́ causa à deo commissus est gladius, vt quàm obliget animaduertere in eos, qui pusillos scandalizat, consideret.

B ¶At pusillos dici eos, qui vel nuper in Christo nati sunt vel tales, qui permanent sine profectu, quasi nuper nati, vel certe simpliciores illi homines maxime idiotæ, qui non arte, sed ambulantes simpliciter procedunt, qui facile persuasionibus fucatis auerti possunt à bono proposito, quos Apostolus passim appellat infirmos & imbecillos & patienter sustinendos, quos & Christus hodie nequaquam vult contemnendos, vt pro quibus æque natus, passus, & mortuus sit, atque pro firmis & magnis, eisq́ pariter dederit habere angelos vti firmiores. Siquidem apud quem nulla sit personarum acceptio, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Roma.14 1.Thess.5 1.Cor.8

C ¶Cuiusmodi infirmos & pusillos, qui scandalizat morte dignus est, vt qui peccat & alium peccare quodam modo cogit. Scandalizat autem ille iuxta hodiernum euangelium perperam, qui ex suo malo dicto vel facto data plerunq́ opera ad ruinam peccandi trahit, illiq́ peccandi causam præbet. qui eo magis peccat, quo maius est peccatum ad quod pertrahit pusillos, ideoq́ & iuxta mensuram delicti scandalizantes sunt puniendi. Et (vt rem breuiter cum veritate dicam) scandalizat ille, qui contra consuetudinem, & ecclesiæ præceptum absq́ necessitate diebus interdictis palam carne vescitur: quod vsqueadeo malum & ideo vitandum censuit Apostolus, vt mallet in æternum non manducare carnes antequàm fratrem suum scandalizaret. Quid ergo ad hoc & ad euangelium isti carnales & voluptuarij Sardanapali? Vtiq́ digni sunt mola asinaria, & in profundum maris demergi. Qui & scandalizarunt pusillos, quod eos ad seditionem sanguinariam suis seditiosis de libertate carnali contionibus prouocarunt. Qua digni pœnas? Vtiq́ vt viui subtus terram fodiantur, quemadmodum seditiosi isti Chore, Dathan atq́ Abyron, eorumq́ complices viuentes descenderunt ad infernū, quos & terra cum omni eorum substantia dirupit, & deglutiuit. Scandalizarunt & isti pusillos, quod eos ecclesiæ, & ecclesiæ summi sacerdotis imperio inobedientes reddiderint, vnde tota ecclesia negligi cœpit. Qua ergo pœna digni? nimirum moriantur ex decreto iudicis, vt in posterum discant obedire, & nō intumescāt. Merentur vtiq́ iuxta scripturam, vt qui & pusillos multos scandalizarint, non modo, sed & varie fecerint trucidari, vt & ipsi multipharium interficiantur, scriptura dicente: Pellem pro pelle &c. Et hoc est quod dominus hodie confirmando inquit: Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et ideo concludens ait: Videte ne contemnatis vnum ex ijs pusillis. Id quod & sedulo debuerint potestates animaduertere, vt ne istos contēnerent, sed æque pro ipsis facerent quod pro magnis, quos æque diligere debent, & eis æque pro defensione administrare iustitiam contra scandalizantes. Siquidem quos tanti deus æstimet, vt & eis suos contulerit angelos, qui semper vident faciem patris, qui est in cœlis. Acto.10 Roma.2 Ephe.6 Deute.25 1.Cor.8 Numer.16 Deuter.19 Iob.2

D ¶De quibus sane angelis vt aliqua depromamus certe dies ipsa hodierna admonet, quæ sub nomine archangeli Michaelis omnibus sanctis angelis ab ecclesia rite & ideo cū omni solennitate est dicata; quod ij omnes sint administratorij spiritus. Vtpote (authore Paulo) in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. In quibus quidem verbis arguit Apostolus. Apo.12 Hebr.1

E ¶Primo, quid sint angeli? Nimirum spiritus, vt qui immortales sint & intellectuales carne & osse Christo alias teste, carentes. Huius testis est diuinus Psaltes, dicens ad deum Opt. Domine deus meus magnificatus es vehementer, qui facis angelos tuos spiritus, ideoq́ partes non habentes in diuersis quoq́ locis quodammodo simul & semel esse possunt, vt qui pusillis hic in terris pro custodia sunt, interim tamen semper vident patris, qui in cœlis est, faciē, & tamen ad eos & ad nos veniunt, qui & ad nos speciali præsentia foras exeunt, et tamen ibi se vnde recesserant per internam contemplationem seruant, neq́ enim sic à diuina visiōe foras exeunt, vt internæ contēplationis gaudijs priuentur. Et hoc est, quod verbo præsentis temporis angelus ad Zachariam ait: Ego sum Gabriel, qui adsto ante deū, et missus sum loqui ad te. Vides ergo quod simul steterit ante deum angelus et fuerit æque cū Zacharia. Lucæ.24 Psal.103 Lucæ.1

Qua de

Marc.16 Qua de re, superis fauẽtibus, suo loco plura disputabimus. Iam vero scies q̃ misere & im
Coloss.3 perite hęretici minus tribuatur q̃ angelis Iesu Christo glorificato, vt quem, quia sedeat ad
Hebr.10.15 dexteram patris, negent simul esse nobiscum posse & in sacramento, quum tamen ille sit,
Luc.1 apud quem non est impossibile om̃e verbum, cur & apud patrem & nobiscum modo esse
Acto.9 nequeat, qñ & dudum ascenderat cœlos, quum ad Paulum ex Hierosolymis in Damascũ
ad equitantem & prostratum diceret: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. An tũc ad dexte- A
ram patris haud sederit? Facessant igit calumniatores isti scripturarum, quas non satis perlu
strarunt: quandoquidem angelus ferme simul esse possit, & semel in cœlis & in terris. Ita
Hebreo.1 & magis Christus, angelorum creator & dominus, qui (vt Paulus ait) tanto melior ange-
Philip.2 lis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, vt in cuius nomine omne
genu flectatur infernorum, scilicet & terrestrium & cœlestium. Quorum cœlestiũ? Vti-
q; angelorum, quos spiritus fecit. Sed quales spiritus? Nimirum respõdet Apostolus.
1.Timot.6 ¶Secundo administratorios, id est, qui ministrent, quo sane verbo subindicat Paulus F
angelos, vel ideo creatos, vt ministrent.
Apoc.9 ¶Primo quidem deo Max. vti regi regũ dño dñantium in exhibendo illi laudes & hy-
mnos perpetuo diuinos. Hinc Daniel in visione inqt: Millia millium ministrabant ei, &
Danie.7 decies millies centena millia adsistebant ei. Et dñs ipse de se ait: Vbi eras cum me lauda-
Iob.38 rent astra matutina, & iubilarent om̃es filij dei. Sane per astra matutina & filios dei ange-
Neem.9 los intelligens. Et in Esdra scriptum est: Exercitus cœli te adorat. Porro cõmune est su-
pernorum spirituum oim officium assiduo, sempiternaq; laude diuinam maiestatem conce-
Psal.69 lebrare. Hinc ad illos propheta: Adorate (inqt) eum oẽs angeli eius. Et alio in loco: Lau-
Psal.148 date eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Est aũt in eorum hymno hęc
Esa 9 vox (teste Esaia) laudis: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus exercituum, plena est omnis ter-
Apoc.4 ra gloria eius. Et in Apocalypsi: Dignus es (inquiunt) dñe deus noster accipere gloriam
& honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuã erant & crea
ta sunt. Et hoc est ministeriũ, q̃d deo nõ propter indigẽtiã (qa ipse sibi sufficit, nullius in-
Psalm.85 digens) sed ob dominationis maiestatem angeli citra finẽ exhibẽt laudando & canendo. G
¶Beati ergo dñe, angeli tui sancti, q habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt
te. O speciosa laus eademq; vere casta & virginea, q̃ nõ procedit à peccatorum, sed ab eorum
ore, qui omni sunt sydere puriores, vtpote nulla infecta labecula, qui & ideo semper vidẽt
faciem patris cœlestis. Dignare igitur domine deus, nos laudare te quoque, nostras obse-
cramus iubeas voces cum angelis tuis admitti supplici confessione proclamantes: San-
ctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua, O sanna
Hebr.1 in cœlis, Benedictus qui venit in nomine domini ò sanna in excelsis. Hoc nimirum & cõ
Iohan.1 simili laudatione sancti angeli iugiter deo sunt spiritus administratorij.
¶Secundo, & quidem maxime (teste Paulo) ꝓpter nos ministratorij sunt spũs, qui he- H
reditatem salutis capere debemus, qui ex regeneratiõe per fidem facti sumus filij dei. Esse
Psal.90 autem veros nostros ministros ipsos angelos propheta clare hisce arguit verbis: Angelis
suis deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In quibus quidem ver-
bis propheta ostendit, nobis angelos esse ministros præcipue in duobus.
¶Primo, q̃d ab hostibus tam visibilibus q̃ inuisibilibus nos defendunt, qm̃ in manibus su- I
is portant nos, tam em̃ vndecũq; multo grauiq; hostium periculo expositi sumus, vt nisi
Roma.7 deus ille Opt. clementia suam per custodiam angelicã custodiret & defenderet, ilico ho-
stis contra nos pręualeret. Intus nãq; (Paulo scribente) impugnat lubrica caro, quam de-
Gala.5 ponere nequimus, sed cogimur circũferre nolentes & volentes, itemq; dormientes & vi-
gilantes. Semp em̃ caro aduersat spiritui, & spũs carni. Ex his sibi inuicẽ aduersantibus fit
Roma.7 vt q̃cũq; volumus nõ facimus. Et hoc est, q̃d Paulus ex aĩo cõquerebat, inquens: Video aliã
legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ in me legem peccati.
Et sequit: Infelix ego homo, quis &c. Foris aũt blandicijs et terroribus inuadit nos mun-
dus. Amicitia huius mundi inimica est deo, q ergo vult esse amicus huius seculi, inimicus
1.Iohã.4 dei constituit. Adde demũ, q̃d intus et foris artibus mille insidiat nobis diabolus, q quidẽ
aduersarius noster, tanq̃ leo rugiens (ait Petrus) circuit, quærens quem deuoret. Ideoq; re
cte dicit Apl'us: Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinẽ, sed aduersus po
1.Pet 5 testates et principes aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spũalia nequitiæ
Ephe.6 in cœlestibus. Quomodo igitur inter hos tuta mortalium vita esset, nisi contra hos forti-
or potestas angelica defenderet, vt cui de nobis mandatum est, vt nos defendat. Ipsi em̃
Psal.34 (inqt propheta) dæmones fiãt tanq̃ puluis añ faciẽ terræ, et angelus dñi coartans eos.
¶Secũdo, sunt nobis ministri, qa nos solicite ad salutis cõsecutionẽ dirigunt, ne offen- K
damur (inquã) nos caute dirigunt ad ea, quæ nobis salutaria existũt. Et hoc est, quod ipse
Danie.10 angelus in Daniele ait: Veni, vt docerem te, quæ ventura sunt pp'lo in nouissimis diebus.
Hinc

Hinc & Apl'us ait: Legem Mosi ordinatā fuisse per angelos in manu mediatoris. Et sane nos angelus non modo in spūalibus, sed & secularibus defendit, vt satis euidenter in Tobiæ filio declarat, cui angelus eundo & redeūdo comes fuit fidelissimus. Eapropter ad matrem eius flentē senior Tobias ait: Noli flere: Saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quod angelus dei bonus comitetur ei, & bene disponet omnia, quæ circa eum geruntur, ita vt gaudio reuertatur ad nos. Gala. 3 Tobiæ.5

L ¶Quis igitur (frēs charissimi) vnq̃ satis dei Opt. Max. clementiā & mīam erga nos exprimet, vt qui non modo facit suos angelos nobis defensores spiritus, sed & pædagogos nostros. Quis etiam non summa deuotione & reuerentia illos ipsos angelos, quia nostri sunt ministri à deo missi, semperq̃ patris in cœlo faciem vident, obseruet & colet.

M ¶Sane (inquā) sane perdecet & oportet, vt in posterũ ampliorem erga beatos angelos fiduciam habeamus, ac perinde familiarius in omni necessitate nostra eorum inuocemus auxilia, sed & dignius in eorũ præsentia conuersari, & magis ac magis eorum nobis conciliare grām, captare beneuolentiam, exorare clemētiam studeamus. Summa nimirũ nobis solicitudine opus est, vt vitæ sanctimonia, & morū castitate dignos nos exhibeamus eorum frequentia, & eo modo cōuersemur in conspectu angelorũ, ne forte peccatis nostris & iniquitatibus sanctos offendamus obtutus. Væ enī nobis, si quando prouocati peccatis nostris & negligentijs indignos nos iudicauerint p̄sentia & visitatione sua, nimirũ alias oīno in periculo hostium deplorando destitutos, q̃ solos à deo habemus sanctos angelos, quos idem (Apostolo teste) spūs administratorios misit in ministerium propter nos, qui hæreditatem salutis capere debemus, ad quam deus optimus sua clementia per custodiam & defensionem angelorum perducat, Amen.

¶HOMILIA C. DE EO QVOD LEGITVR: Ad Hebr. 13. Quorũ intuentes exitū cōuersatiōis imitamini fidē. In ferijs omnium sanctorum.

A 

Vm dñs deus olim in veteri testamento (vt tradit scriptura) Mosi in monte sancto, vbi ille quadraginta diebus & totidem noctibus cū dño solus fuerat, duas tabulas lapideas & legē & mandata, quę ipse dñs scripserat, vt is filios Israel doceret, tradidisset, informasset'q̃ illū de tabernaculo simul atq̃ sanctuario in oībus & ad oīa construendo, tandem & eundē de ministris ad cultū tabernaculi deputandis, & in primis de ornatu vestituq̃ eorũ: maxime summi sacerdotis edocuit, inquiēs inter cætera ad Mosen: Sumesq̃ ad superhumerale, .f. sacerdotis celebraturi duos lapides onychinos, & insculpes in eis nomina filiorũ Israel, sex nomina in lapide vno & sex reliqua in altero, iuxta ordinē natiuitatis eorũ, & pones in vtroq̃ latere superhumeralis filijs Israel. Et portabit Aaron nomina eorũ coram dño super vtrunq̃ humerum ob recordationem, portabit (inquam) ea in rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram domino in æternum. Id quod deinde Moses executus parauit in superhumerali duos lapides onychinos astrictos & inclusos auro & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel, posuitq̃ eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israel, sicut præceperat dominus. Exo.28 Exod.39

B ¶Sed quorsum hęc fratres charissimi? Nimirum huc, vt intelligatis, quam certo ipa vmbra quā habuit vetus testamētū veritatē aliqñ subsecuturā præsignauerit, & q̃ vere synagoga ecclesiam ipsam eiusq̃ vsum ac ritum præscripserit, & deniq̃ (inquā) vt intelligatis q̃ vere & recte nos instruent In ecclesia, quæ in synagoga quondā Iudæis in figura (Paulo scribente) contigerunt, & apostolum vere vt omnia dixisse, quæcūq̃ scripta sint, ad nostram doctrinam esse scripta. Quod si ita nequaquā dubitabimus vt quod Israelitæ quasi in figura de memoria filiorum Israel seruarunt, id nobis, apud quos veritas est noui testamenti, rite seruari posse. Si igitur (inquam) Iudæi ex præcepto domini memoriam habuērunt filiorum Israel, iam dudum ex hac vita demigrantium, quanto magis & ipsi veritatem, quæ Christus est, sequentes, memoriam habemus omnium sanctorum, eorundemq̃ vere beatorum, qui in domino dudum mortui sunt, qui nos in vera fide prædecesserunt, vt qui requiescunt nunc à laboribus suis, & quos sua opera sequuta sunt. 1.Cor.10 Roma.15 Iohan.14 Apoc.14

C ¶Et cur (inquam) illos dei sanctos non æque in memoria habeamus, atque Iudæi filios Israel, quum nos viuimus in sole veritatis, ipsi vero in vmbra figuræ vixerunt? & maxime, quod ad illorum memoriam inter multas scripturas, quas hic, quum aliās recensuimus, silentio transeamus serio Apostolus hortetur, inquiens.

Memen-

¶Mementote præpositorum vestrorum, qui locuti sunt vobis verbum dei. Quibus vtique D
verbis Paulus pie monet, ne obliuiscamur eorum qui nos in vera fide & Christiana do-
ctrina antecesserunt, cuiusmodi nimirum præcipue fuerunt pij illi patriarchæ, prophetæ,
apostoli, martyres, confessores, virgines, hocque genus electi dei, qui nobis partim verbo,
& partim facto, nempe vt in exemplo per vitam euangelicam locuti sunt, quandoquidē
1.Timot 5 ipsi certo sint de numero illorum, quos hodie beatos appellat dominus, vtpote qui pau-
Matth.5 peres spiritu fuere, contenti ijs, quibus alerentur & tegerentur, temporalia susque deque ha-
Lucæ.6 bentes, qui & mites fuere, patienter cædentes improbitatibus in malo non resistentes, sed
in bono malum vincentes. Itemque fuere lugentes, scilicet peccata aliorum, vti Samuel Sau-
Roma.1 lem, & Paulus luxit eos, qui post immūditiam, pœnitentiam non egerunt, qui & aliàs ana
Roma.7 thema pro fratribus esse volebat, lugētes (inquam) & pro miserijs huius mundi, & pro de-
Philip 3 siderio cœlestium singuli cum Dauide dicētes: Hei mihi, quia incolatus meus prolōgatus
Psal. 119 est, habitaui cum habitantibus cedar, multum fuit incola anima mea. Et rursus: Quemad
Psal.6 modum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus, qui &
esurierunt iustitiam, vt qui se nunquam satis iustos æstimauerunt, sed semper iustitiæ ope
2.Petr 1 ra adfectarunt, consumare satagentes iuxta Petrum, suam vocationem & electionem per
Luc.12 bona opera certam facere, non immemores domini dicentis: Si & vos feceritis omnia,
quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus, qui
Roma.12 & misericordes fuere, nimirum malo alterius compatientes, cum flentibus flentes, onera
Matth.5 alterutrum portantes, miseriæ & paupertati aliorum propter deum verbo & opere subue
Luc.6 mientes: memores verbi domini: Estote misericordes &c. qui & mundi corde fuerunt, vt
1.Cor.5 qui cum Apostolo nullius mali sibi fuerint conscij, nectamen interim se iustificatos puta-
Roma.12 runt, qui & pacifici fuere, quoniam & in corde suo primum, deinde inter fratres dissiden-
1.Pet.3 tes pacem fecerunt, vt qui cum hominibus omnibus, quantum ex ipsis fuit, habuerunt, se-
metipsos non defendentes; sed locum iræ dantes, deo vindictam concedentes, qui & pas-
si sunt propter iustitiam, scilicet, ob virtutem, ob defensionem aliorum, ob pietatem, ob
1.Cor.4 Christum (inquit Apostolus) spectaculum mundo facti, & tanquam purgamenta huius
Matth.10 mundi, & omnium peripsima, de ciuitate in ciuitatem (veluti leprosi) fugati, in solitudini-
Hebr.11 bus, & cauernis terræ degentes, quorum mundus non erat dignus, qui & à mundo ad
mortem vsque persequuti sunt, passi propter Christum falso omnia opprobriorum,
Sap.1 & tormentorum genera, quorum aliqui distenti, aliqui incarcerati, aliqui lapidati, aliqui
Apoc.7 secti, aliqui submersi, aliqui combusti, aliqui suspensi, aliqui excoriati, aliqui decollati, &
occisi sunt. Ideoque nunc beati, quoniam in cœlis copiosa beatitudinis mercede perfruun-
tur, qui neque amplius esuriunt, neque sitiunt, neque æstuant, neque frigent, neque lugent
neque patiuntur, quorum deus omnem lachrymam ab oculis eorum detersit, & ipsi per-
fruuntur eo ac tanto bono felicitatis, quantum nec oculus vnquam vidit, nec auris audi-
1.Cor.15 uit, nec in cor hominis ascendit, & sic profecto omnis eorum luctus in gaudium est con-
uersus. Illorum (inquit Paulus) mementote, qui vobis dei verbum sunt locuti.
Matth.16 ¶Quare? Respondet: Vt quorum exitum intuemini conuersationis, fidem imitemini. E
Fidelis vtpote sermo & omni acceptione dignus, vt quos solenni memoria prosequimur
etiam simili conuersatione & fide sequamur. Siquidem ait Christus: Qui vult me sequi,
tollat crucem suam, & sequatur me. Quæ fuit illorum fides? Hæc (inquam) quod in fide in
omnibus angustijs ad finem vsque perstiterunt in nullo bono opere deficiē
tes, stantes in magna constantia aduersus eos, qui se angu
stiauerunt. Ita & vos fratres stabiles esto-
te & immobiles &c.

¶FINIS HOMILIARVM NAVSEAE
Centuriæ Tertiæ.

¶SEQVITVR QVARTA CENTVRIA
nunc recens adiecta.

FRIDERICI NAVSEAE

BLANCICAMPIANI QVARTA EVANGElicæ veritatis Homiliarum Centuria.

HOMILIA .I. DE EO QVOD LEGITVR

Cum appropinquasset,&c. Matth.21. Marc.11. Luc.19

Dominica prima Aduentus domini nostri Iesu Christi.



A I,fratres charissimi,ex animo,vt debemus, Idipsum corde perce
peeimus,cuius hodie ex ecclesiastica institutione cõmemoratio-
nem agimus,nesciemus plane,sit ne nobis hodie magis gauden-
dũ,an gratias agendũ,an lugendũ,an sperandũ? Quãquidẽ hodi-
erna die cõmemorationẽ agimus eius aduentus,in quo(iuxta pro
phetã)vt & ex lectione euangelij audiuimus,ad nos,filios olim Zacha.9
Sion,scilicet supernæ illius Hierusalẽ,quæ sursum est, mateis no- Gala.4
stræ,venit benedictus in noĩe dñi.s.patris sui cœlestis,eex ille no
ster,& dñs noster,idem'q; redẽptor nostee,cũ mãsuetudine non
indignatione nos eedẽpturus ex misera illa captiuitate peccati,
quã nos propter peccata nostea,æternę morti obnoxij eramus,nec erat qui nos potuisset Ephe.2
ex ea captiuitate eedimeee,pter vnũ illũ regẽ regũ,& dñm dominãtiũ,Iesum Christũ,vt- Apoc.19
pote,q solus erat & est,q(teste propheta)iniquitatẽ nõ fecerat, in cuiusq; ore dolus non Esaiæ.53
fuerat:hoĩes vero quotquot fuere intra quinq; millia annoꝝ,oẽs facti erant (vt ait pro- Psal.13
pheta)inutiles,& ab ipso deo suo p peccarũ in primis parẽtibus declinarãt,nec erat q fa- Roma.3
ceret bonũ.s.q̃d pro redẽptione sufficisset,nõ erat vsq; ad vnũ.s.Iesum Christũ benedi-
ctũ,regẽ illũ mãsuetudinis & misericordiæ,q nobis perditis & captiuis,venit in noĩe dñi.
Sane ipsi omnes abieramus in regionẽ deserti longinquã, errauimus, & penitus seducti
peeieramus,perditos'q; captiuos nos tenuit & possedit,seductor callidus,fortis armatus.

B ¶Incepit errare primus parẽs nostee,propter q̃d mors intrauit in omnẽ suã posterita-
tem,& qui oĩbus esse debuit vitæ principiũ,factus est omnibus author mortis, siquidẽ in Roma.5
Adam oẽs moriuntur.Adde & processu tẽporis auctũ esse errorẽ,multiplicata esse pecca 1.Cor.15
ta.Nec valuit educere lumen naturæ,sed neq; lux,neq; prophetæ.Recesserat dies diuinę
cognitionis,feruor charitatis refrigiuit,& nox peccatoꝝ profundabat.Iam nõ apparebat
angelus,nõ loquebat propheta,cessabãt velut desperatione victi peæ nimia duritia homi
nũ & obstinatione.Dũ itaq; mediũ silentium,in quieta peccatoꝝ voluptate,tenerẽt oĩa,
& nox,s.peccatoꝝ,in suo cursu mediũ iter peragerer:omnipotẽs sermo tuus,dñe exili- Sap.16.18
ens de cœlo à regalibus sedibus,e regno cœloꝝ in hãc miseriæ & lachrymaꝝ vallẽ venit
& q̃a nec herba,nec malagma sanare poterat,sermo tuus dñe,qui oĩa sanat,sanauit.Tuus
inquã,dñe deus,ab æterno vnigenitus,rex ille noster mãsuetus,sola misericordia permo
tus,nõ cõtra nos,vt nos,licet merito potuisset,cõdemnaret & iudicaret, sed venit mãsue-
tus nobis.i.ad nostrã salutẽ,vt nos suas creaturas deperditas quæreret,errãtes reduceret
captiuos redimeret ac saluaret,mortuos in peccato viuificaret & saluaret,inquiẽs:Venite Iohan.12
A ad me oẽs,qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos.Tollite iugũ meũ sup vos,& Matth.11
discite à me,quia mitis sum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus vestris.

C ¶Istius,fratres, hodie aduentus commemorationem agimus, in quo rex ille noster,
Idem'q; dominus Iesus Christus mansuetus venit ad quærendum,ad reducendum, ad re
dimendum,ad restituendum,ad saluandum nos.

D ¶O mitissime,o pijssime rex & domine Iesu Christe,quis vnquã tuam illam immẽsam
charitatis pietatẽ,satis posset vel exprimere,vel excogitare? Nos indignissimi serui,ex tua
sola bonitate de nihilo creati fuimus,& æternæ beatitudinis promissa recepimus, conti-
nuo tibi creatori nostro peccãtes repugnauimus,tui facti inimici,& debitores facti,nõ so
lum nõ habuimus vnde solueremus,sed sponte nos auertimus, te magis atq; magis offen
F dendo contempsimus,et corda nostra penitus obdurauimus.Et tu tamen.

¶O mitissime rex,interim offensus,quũ te vindicare potuisses,qa omnipotẽs inimicos
tuos ita dilexisti,vt ipse deus,rex et dñs noster summus,de cœlo per incarnationẽ venire
non es dedignatus,te exinaniens,formã serui accepisti,ouem perditam quæsiuisti,voca- Philip.2
sti verbis,allexisti beneficijs,portasti in humeris,debitũ mortis,quod debebas,moriendo Luc.15
exoluisti,vt nihil tibi,sed nobis inimicis tuis et contemptoribus vitam æternã,nostra spõ Psal.68
te perditam,recuperares,et non iuxta merita nostra per iustitiam damnares.

Iohan.3 Roma.8 ¶Quis vnquã, fratres, talia audiuit, imo nec cogitare potuisset, sed audita vel cogitata desiderare quis psumeret? Quis fur vel latro morte plectendus rogare auderet regem, vt pro sui liberatione filiũ naturalem pœnis victimis exponeret? Et deus tamen ille summus rex & imperator, nõ rogatus, sed contemptus, ita nihilominus dilexit hunc mundum, vt vnigenito filio suo nõ pepercerit, sed pro nobis ad salutem nostrã tradiderit illum. Quis vnquã sat gratias pro tam ineffabili beneficio agere deo queat? Nullus, etsi omnibus omnium sanctorum meritis polleret? Quis deniq; de tanta sibi per aduentum Christi data salute & felicitate, non ex animo gaudeat & tripudiat? G

Psal.11 Matth.24 Psal.13 Roma.3 1.Iohã.3 ¶Gaudendũ vtiq; est fratres, sed ijs qui recto sunt corde, quiq; suã per Christũ iustitiã adeptam conseruarunt. Sed qui sunt tales? Ah vereor paucissimos, vel plane nullos esse, quũ certe nunc in nouissimis illis diebus, ita (iuxta Christi prophetiã) apud nos oẽs abundet iniquitas, refrigescatq; charitas, vt plane simul omnes à deo p peccatũ rursus declinauerimus, & inutiles facti simus, vt vix vnus inueniri possit, qui faciat bonũ: & si dixerimus quoniam peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. An (obsecro) non summe nobis sit lugendũ, quod ita nos à deo recessimus, & ipse à nobis tam longe discessit, scilicet per gratiã suam? Si profecto antiqui illi patres, ita assiduo luxerunt & clamarũt de absente domino per gratiam ipsius, aduentũ eius in hæc verba postulantes: Esaiæ.45 Esa 64 Psal.84 Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustũ, aperiatur terra & germinet saluatorẽ. Et rursum: Vtinã dirumperes cœlos & descenderes, Inclina cœlos tuos & descende. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. H

¶Ardorem (inquit Bernhardus) desiderij patrũ suspirãtium Christi in carne pſentiam, cogitans, compungor & cõfundor in memetipso, & nunc vix cõtineo lachrymas, ita pudet teporis, torporisq; miserabilium horũ tempoꝝ, in quibus certe abundat iniquitas contra deum vsqueadeo, vt plane longius à dei gratia simus, q̃ fuerint illi olim ante domini aduentum: vtpote multo peiores peccatores. Quod vt dico & sentio, permouent verba 2.Petr.2 Petri dicentis: Si refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri Iesu Christi & saluatoris, ijs rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius em̃ erat illis non cognoscere viam iustitiæ, q̃ post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. I

Psal.129 Psalm.31. Psalm.78 ¶Quid igitur fratres agendũ? Nunquid de gratia dei desperandũ? Absit. Siquidẽ apud dominũ misericordia fit copiosa, & maior q̃ iniquitas nostra, in quam misericordiam bene sperandũ est pro recuperanda gratia: siquidẽ propheta dicit: Sperantes in dño misericordia circumdabit. Sed dicis: Quomodo sperandum de ea? Nimirũ, si de peccatis nostris pœnitentes, cũ antiquis illis patribus clamauerimus ex animo: O pijssime rex & deus noster, reuertere mãsuetus ad nos: Inclina cœlos tuos & descẽde, Ostẽde nobis faciẽ tuã, & salui erimus. Adiuua nos deus salutaris noster, & ꝓpter gloriã nominis tui dñe, libera nos & propitius esto peccatis nostris propter nomen sanctũ tuũ. Quod si ex corde fecerimus nõ dubitabimus, quin nobis iubeat dici: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus. K

HOMILIA II. DE EO QVOD LEGITVR, Erunt signa, &c. Matth.24. Marc.13. Lucæ.21.

Dominica secunda Aduentus.



Dmiranda nimirũ dei Opt. est bonitas, qua nos vel sola ex nihilo ad suã similitudinẽ & imaginẽ, id est, immortales, intelligentes, & beatos ita quidẽ creauit, vt si in eius voluntate stetissemus, non quã fuissemus facti, neq; mortales, neq; infelices, sed fuissemus tñ deo perpetui, ipsum vt creatorẽ cũ summo gaudio veneraturi, Gene.2 Sap.10 scriptura dicẽte: Formauit dñs hominẽ de limo terræ ad imaginem suã, & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vitæ, & factus est homo in animã viuentẽ. Et tulit dñs deus hoĩem, & posuit eũ in paradisum voluptatis, vt operaretur & custodiret illũ, præcepitq; ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno aũt scientiæ boni ac mali ne comedas. In quacunq; em̃ die comederis ex eo, morte morieris. A

¶Admiranda deinde dei Opt. charitas, quod idem eundẽ hominẽ, ab ipso sponte per peccatũ inobedientiæ, superbiæ, & gulæ, deflectentem, offendentẽ & irritantem, suamq; imaginẽ, scilicet immortalitatis, intelligentiæ, & beatitudinis amittentẽ, rursus ita recuperare suo tẽpore dignatus sit, vt filio suo vnigenito & proprio nõ pepercerit, sed eum pro Iohan.3.12 Roma.8. nobis nasci, viuere, pati, moriq; demũ voluerit, vt nos per peccatũ mortales, insipientes, infelices et perditos, denuo redderet immortales, sapiẽtes, beatos et saluos, vt q nõ miserit illum B

rit illum, vt tum iudicaret mundũ, sed vt saluaret mundũ. Hinc Apostolus: Quũ essemus Gal. 4
(ait) paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis, mi-
sit deus filium suũ, factum ex muliere, factũ sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret,
vt adoptionem filiorũ reciperemus: & ita quidem, vt alio in loco idem scribit Apostolus: Ephe. 2
Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiã charitatem, qua dilexit nos, & quum
essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia sumus saluati: magna
vtiq; & nunquam satis admiranda charitas, qua nos à peccato, per quod mortui & perdi
ti eramus, semel suo salutari aduentu liberauit.

C ¶Admiranda tamẽ est & ineffabilis illius dei Opt. misericordia & pietas, qua nolit no
bis in æternũ irasci, vt antea, si rursus peccaremus, modo velimus pœnitere de peccatis,
& ipsius misericordiã ambire per sacramentũ pœnitẽtiæ, ex animo ad nos, denuo pecca
tores constitutos, clamãs: Cõuertimini, & agite pœnitentiã ab oĩbus iniquitatibus vestris, Ezech. 18
& nõ erit vobis in ruinã iniquitas. Proĳcite à vobis oẽs iniquitates vestras, in quibus p̃ua
ricati estis, & facite vobis cor nouũ & spiritum nouũ. Et quare moriemini domus Israel?
Quia nolo mortẽ morientis, sed magis vt cõuertatur & viuat. Quia vero deus ipse Opt.
nos oẽs esse cupiat saluos, & secũ vita aliquãdo æterna vsuros, & quales tamẽ fore nequi 1. Timot. 2
mus, nisi à peccatis immunes fuerimus, qbus ipsum offendimus, nec velit suã indignatio-
nem in nos remittere, nisi per pœnitentiã, alibi dicẽs: Nisi pœnitentiã habueritis, oẽs simi Matth. 4
liter peribitis, sicut illi decẽ & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Ma- Marc. 1
gna vtiq; & admiranda misericordia, qua nos per pœnitentiã iterũ dignatur recipere. Lucæ. 13

D ¶Sed magna etiamnũ & admiranda prorsus pietas, quod nos sponte malos & pœnite
re nõ curantes, tantopere, tamq́; multifariã, tamq́; paterne ad pœnitentiam cohortetur,
idemq́; quasi compellit, nũc beneficia sui nobis aduentus, & præmia deniq; æternæ beati Iohan. 3
tudinis ob oculos ponẽs, modo terribile suũ nobis obĳciens, in suo secundo aduentu, iudi
cium, quo impœnitentibus ineffabile daturus est iuxta demerita suppliciũ. Nouit enĩ de- Luc 19
us (ait Petrus) pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicĳ reseruare crucian- Iohan. 5
dos, quibus iudiciũ iam olim nõ cessat, & perditio eorũ nõ dormitat. Sic sane deus Max. Matth. 25
more pĳssimi patris semper nobiscũ agit, qui si filios emendari nõ sentit beneficĳs, mina- 2. Pet. 2
tur demũ illis supplicium, vt quoquo modo illos possit saluare, quos vtiq;, quantum in se
est, nolit perditũ iri, vtpote, qui omnes ad salutẽ creauit & conseruat, æque tamen iustus
& misericors, in ipso est salus nostra, in nobis est perditio. Hinc ad illũ scriptura inquit: Osee. 13
Misereris omniũ, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominũ propter pœnitentiã. Sap. 11
Diligis enĩ omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ, quæ fecisti, nec enĩ odiens aliquid consti-
tuisti aut fecisti. Parcis sũt omnibus, quoniam tua sunt dñe, qui amas animas.

E ¶Et hoc est, q; ecclesia catholica eius instinctu duplicem dñi aduentũ celebrandũ in- [illegible]
stituit. Primũ, quo venit per Incarnationẽ ex virgine Maria, rex mitis et benignus, idẽq́;
misericors, inquiens: Venite ad me oẽs, qui laboratis et onerati estis, discite à me, q; ma mi-
tis sum et humilis corde, et ego reficiam vos, et inuenietis requiem animabus vestris. Et Matth. 11
omnis qui ad me veniet, non eĳciam foras. De quo aduentu ante octiduum. Iohã 6

F ¶Instituit et secundum, de quo hodie in euangelio, in quo dñs venturus est in vltimo
huius seculi die, iustus, austerus, implacabilis, idemq́; summe gloriosus, non mãsuetis ver
bis, sed admodũ terribilibus ad peccatores dicturus: Surgite mortui ad iudiciũ, receptu-
ri, quod singuli vel meruistis vel demeruistis. Qui dilexit maledictionẽ et veniet ei, et no Psal. 108
luit benedictionẽ et elongabitur ab eo. Et sic quidẽ ad secundũ aduentũ nos disponit ti-
mor, sicut ad primũ amor, in quibus vera hominis innouatio consistit. Proponit vero ec-
clesia cũ deo patre vero timorem post amorem, vt si quem adueniens in primo aduentu
amor non trahit, qui est in carne, in benignitate & humanitate, trahat saltem aduenturi
timor, qui est in iustitia et æquitate inflexibili & in maiestate tremenda.

G ¶Quemadmodum huius diei euangelium plane arguit, in quo.

¶Primo colligimus, terribilia signa, quæ dominũ venturũ præcedunt, testantia terribi-
lius iudicium, quod sequitur in omnes peccatores. Et sane sicut magnus dies ille futurus Iohel. 2
est dñi et terribilis valde, ita terribile erit iudicium. Primo, quod etiam nõ modo pro mi-
nimis erit peccatis, sed et pro ĳs quodammodo, quæ nobis iusta videntur, quoniã in eo iu
dicio sæpe culpa deprehenditur, quod à nobis bene gestũ putatur, et vnde expectabatur
pia merces operis, inde iudiciũ sequetur iustæ vltionis, domino per prophetã dicẽte: Ego
iustitias iudicabo. Siquidẽ, dũ de omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, red Psal. 74
dent rationẽ in die iudicĳ. Secundo, terribile erit iudiciũ, quia supplicium, quod pronun Matth. 12
ciabit, ineffabile et æternale erit damnatorũ, qui die ac nocte in secula seculorũ cruciabun
tur: et vermis eorũ non morietur, et ignis eorũ non extinguet. Tertio, quia desperabile in Apoc. 20
dilatione & venia, quandoquidem et si tum pœnitebunt quidã, lugentes amarissime, an- Esa. vlt.

 gustiati,

Matt.9 gustiati, quod hoc in seculo bene non fecerint, sine tamen spe veniæ, quoniam tunc san-
Sap.5 cti nobis nō subuenient, transacto miserendi & intercedendi tēpore, sed contra nos futu
ri, Maria contra deficientes, Abraham cōtra inobedientes, Isaac contra impatientes, Ia-
cob contra negligentes, Ioseph contra incontinentes. Et tunc enī (inquit Iob in persona
iudicati) clamabo, & nemo audiet: Miseremini mei, miseremini mei, saltē vos amici mei,
Iob.9 quia manus dñi tetigit me. Hæc est illa manus dñi, in quam (iuxta Apostolum) horrendū
est incidere, qa nulla est vltra spes. Tum enī nox erit, in qua nemo poterit operari. Ope-
Hebr.10 remur igitur (ait Paulus) dum tempus habemus.
Iohan.9 ¶Secundo colligimus ex euangelio, ꝙ aduentus ille domini non erit aliquibus tantum, H
Galat.6 sed toti mundo, sicut enim ad totum mundum primo saluandum venit, ita & ad eum to
eum iudicandum veniet. Siquidem in captione horrenda ciuitatis Hierusalem, gens vna
Luc.19 Iudæorum tantum, in Sodomis quinq; ciuitatum prouincia, in diluuio & si omnes extra
Matth.24 arcam, tamen solum præsentes & viuentes absorpti & puniti sunt. Dies autem iudicij fu-
Gene.19 turi omnes gentes, tribus & linguas, præteritos, præsentes & futuros, ab initio seculi vsq;
Gene.7 in finem, iudicabit, nec viuis parcens nec mortuis. Omnes stabimus ante tribunal dei, iu-
Roma.14 dicaturi viuos & mortuos, quando & mare & infernus dabunt mortuos suos, qui in ipsis
2.Timo.4 erant, & iudicabitur de singulis secundum opera eorum.
Iohan.5 ¶Tertio colligimus ex euangelio, adueniente dño in nouissimo die, veram & rectā fo- I
Apoc.20 re bonis ac iustis redemptionē, & tunc perfecte ipsis datū iri regnum cœlorū, non qa inte
rim in cœlis sancti nō fuerint, quū venturi sint cū Christo iudicaturi, sed quia tunc fiet pri
Esa.3 mum glorificatio animarū & corporū, quia post mūdi ruinā sequatur beatitudo, quæ erit
Iudæ.1 in glorificatione corporis & animæ. Eo quidē tempore, saluator noster dñs Iesus Chri-
stus, quē expectamus, reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori clarita
Philip.3 tis suæ, secundum operationē virtutis suæ, qua etiam possit sibi subijcere omnia: quemad
Esa.19 modum late hac de re, in Catholicis nostris, in vltimo fidei articulo disputauimus.
¶Quarto colligimus, cœlum & terram, id est, omnia elementa in fine seculi & futuri K
2.Pet.3 iudicij transitura, id est, deposita priori forma, omnino innouanda, siquidem omnia ele-
Esa.65 menta ignis conflagratione mundabuntur. In die enim domini (inquit Petrus) cœli ma-
Esa.66 gno impetu transient, elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt
opera, exurentur. Cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Et tum
1.Iohan.2 quidem nouos cœlos, & nouam terram expectamus. Transit enim mundus (ait Iohānes)
& omnis cōcupiscentia eius. Id quod facile arguunt mirabilia & terribilia, quæ (vt Hiero
nymus ait se inuenisse in Hebræorum annalibus) in quindecim diebus, sed nescitur an
interpollatis, ante diem iudicij euentura sunt.
¶Prima quidem die eriget se mare quadraginta cubitis supra altitudinem montium, L
Psal.92 stans in loco quasi murus. Vnde prophetat: Mirabiles elationes maris.
Secunda die adeo descendet, vt vix videri queat.
Tertia, marinæ beluæ apparentes super mare, dabunt rugitus vsq; ad cœlū. Hinc Chri
stus ait: Præ confusione sonitus maris & fluctuum.
Quarta, ardebit mare & aquæ omnes.
Quinta, herbæ & arbores dabunt rorem sanguineum.
Sexta, ruent omnia ædificia.
Septima, petræ ad inuicem collidentur.
Octaua, fiet generalis terræmotus.
Nona, æquabitur terra.
Decima, exibūt hoīes de cauernis, & exibunt velut amentes, nec mutuo poterūt loqui.
Vndecima, surgent ossa mortuorum, & stabunt super sepulchra sua.
Duodecima, cadent stellæ de cœlo, secundum quosdam, quo ad apparentiam.
Tertiadecima, morientur homines viuentes, vt cum mortuis resurgant.
Quartadecima, ardebit cœlum & terra, id est, superficies aeris & terræ.
Quintadecima, fiet cœlum nouum & terra noua, & omnes homines resurgent, merce
dem suorum vel bonorum vel malorum operum recepturi, adueniente iam domino in
forma crucifixi in magna virtute & maiestate.
¶O terribilē, horrendamq; iudicij diem, quā tam pauenda ꝓcedent & prænuncient, M
O dies, (clamat Sophonias) dies illa iræ, dies calamitatis & miseriæ, dies tribulationis & an
Sopho.1 gustiæ, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies terroris & clangoris: quā-
doquidē in ea (ait dñs) tanta & tam terribilis futura est tribulatio, quāta et qualis nō fuit
Matth.24 à mundi exordio cognita, nec postea similis futura. Adeo, ꝙ recte Apostolus dixit, Terri
Hebr.10 bilis expectatio iudicij et ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.
¶Nec est, ꝗd quispiā, quæ de tā horrenda die dicunt, ficta aut minus futura putet, quū, N
¶Quin-

O ¶Quinto colligimus, cœlum & terrã transitura, non autẽ domini verba de eiusmodi die futura, & hoc genus alijs. Licet em̃ nobis incerta sint omnino, futura sunt tamen indubie: nec dubitamus, quoniam de ipsissima veritate, scilicet Christo, dicta. Insuper si omnia, quæ in lege & prophetis scripta sunt, adimplebuntur, quomodo ergo Christi verba, quæ per se personaliter est loquutus, non implerí debeant? Ergo verba Christi nõ transibunt incompleta, sed minima littera complebitur. Hinc Petrus ait: Non tardabit dñs pro missionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Matth. 5 2. Petr. 3

P ¶Si itaq;, fratres charissimi, tam horribilia signa, horribilem huius mundi finem, & tremendũ iudicium certo nobis prætendunt, quod & nemo poterit effugere, & quia sumus omnes peccatores, non moremur, obsecro, à malis nostris desistere, & pœnitentiam agere. Non despiciamus (hortatore Apostolo) diuitias bonitatis dei, & patientiæ, & longanimitatis, scientes, q benignitas ipsius ad pœnitentiam nos adducit, qui alioqui secundum duritiam nostram, & impœnitens cor nostrum, thesaurizamus nobis iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera eius, bonis gloriam & beatitudinem, malis confusionem & pœnam. Roma. 2. Hebr. 10

Q ¶Demus, inquam, operã nunc maxime, ne incidamus in horrendũ dei iudicium, quod vtcunq; nobis incertum, quo fit vel die vel momento, ipsum tamen non longe esse hinc, testantur signa, quæ illud præcessura sunt, iuxta dominũ dicentem, quum esset de aduentu suo ad iudicium quæsitus: Audituri estis prælia, & opiniones præliorũ, Consurget gens contra gentem, regnũ contra regnum, & erunt pestilentiæ, fames, terræmotus, insurgẽt pseudoprophetæ & multos seducent, multi scandalizabuntur, inuicem tradent, & odio habebunt inuicẽ, quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Oportet em̃ hæc fieri, sed nõdũ est finis. Sed quare? Quia hæc signa, de quibus iã diximus, diem iudicij sunt præcedentia, & certissima signa nõ procul esse iudicem, sed de quibus hodie euangelium loquitur, erunt quasi comitantia iudicium, quæ adeo nunc esse propinqua credimus vt omni momẽto ea fiant expectanda, siquidẽ repentina fint, iuxta Paulũ dicentẽ: De temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi em̃ diligenter scitis, quia dies dñi, sicut fur in nocte, ita veniet. Quum em̃ dixerint, Pax & securitas, tũc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & nõ effugient. De die em̃ illa, scilicet iudicij, & hora nemo scit, neq; angeli cœlorũ, nisi pater solus. Sicut autem in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis, &c. Vigilate igitur, dico vobis omnibus, ne quũ venerit repente, inueniat vos dormientes, & vt habeamini digni fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Sed quomodo vigilemus? Matth. 4 Marc. 13 Lucæ. 21 2. Thess. 5 Matth. 24 Lucæ. 17 2 Petri. 3 Marc. 13 Lucæ. 21 Ibidem

R ¶Primo (respondet dominus) caueamus à crapula, ebrietate, & curis huius mundi.
¶Secundo, vt omni tẽpore oremus, vt humili & assidua oratione iusti iudicis misericordiam imploremus. Siquidem (ait scriptura ad dominũ) quum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. Quid orabimus? Nimirum, quod ille summus & iustissimus ipse iudex nos docuit orare, vt sanctificetur nomen eius, vt regnũ eius veniat, vt fiat voluntas eius, vt ipse, qui est summus noster, & aduersarij nostri iudex, liberet nos ab aduersario nostro, carne, mundo, & diabolo. Quod si fecerimus, digni per ipsum inueniemur, vt euitemus illa omnia mala, quæ futura sunt, & vt securi stemus ante conspectum iudicis æterni. 2. Paral. 20

HOMILIA III. DE EO QVOD LEGITVR,
Cum audisset Iohannes, &c. Matth. 11. Luc. 7

Dominica tertia Aduentus.

A 

Aria nimirum, fratres charissimi, dudum subnata est inter ecclesiæ doctores disputatio, de quæstione Iohannis baptistæ in carcere, qua quæsitum mittit duos ex discipulis suis ad Iesum, dicẽs: Tu es, qui venturus est?

B ¶Fuere, qui dixerunt, Iohannem non fide, sed pietate dubitasse, quo quidem pacto Petrus alibi dubitauit, dicens: Propitius tibi esto domine, non fiet hoc. Sed non habent illi causam. Si em̃ ignorauit Christum, quomodo ipsum iam antea digito monstrarat, eum dei agnum esse confessus? Præterea, qui illum ignoret, cuius ipse plus q̃ propheta fuit, nimirũ angelus ille ante Christum missus, vt ante ipsum in hominibus viam præpararet? Matth. 16 Iohan. 1 Matth. 11 Malach. 3

¶Fuere,qui dixerunt, non dubitasse Iohannem de Christo venturo,sed passuro.Sed C
Esaię.53 nec illi nituntur ratione.Quandoquidẽ,quomodo is fuerit plus q̃ propheta,qui,quæ pro
Iohan.1. pheta runt,ignorarit? In Esaia de Christo: Sicut ouis ad occisionem ductus est:quod vti-
Ephe.5 q; nouit,dicens:Ecce agnus dei,qui tollit peccata mundi.Certe hisce sub verbis crucem
Philip 2 diuulgat,per quam,nec aliter,peccatum abstulit mundi.
Coloss.1. ¶Fuere,qui dixerunt ipsum non dubitasse,ꝙ Christus venisset,vel non,sed vt sciret,si D
is,qui per se in mundũ venerat,per se etiam ad inferni claustra descenderet.Q.d.Manda
mihi,quia ad inferna descensurus sum, vtrum te etiam inferis debeam nunciare,an alium
ad hæc sacramenta missurus es? Sed nec illi habẽt rationem: quandoquidem simpliciter
Iohã.9 quærat: Tu es qui venturus es? Præterea,quid opus esset apud inferos ipsum p̃dicare, qñ
Hebr.9 præsens vita,tẽpus sit gratiæ,post obitum aũt iudicium est (Paulo teste)& pœna.Nec eñ
Esa 66 infideles post mortem inibi aliquando credent vel saluabuntur,quorũ vermis nõ morieẽ
nec ignis delebitur.Nec obstat,ꝙ dixere, Iohannem non isthuc descensurũ,prædicaturũ
vt inde non credentes conuerterentur ad fidem,sed vt iustis in expectatione Christi ma
nentibus,ex vicino aduentu consolationẽ adferret. Respondeo,nec illos inibi habere ra-
tionem,quoniam apud claustra inferni prophetarũ multi,scilicet Abrahã, Iacob, Esaias,
Lucæ.16 Hieremias,hoc'q; genus perq̃ plurimi patriarchæ & prophetæ fuere,quos Christi aduen
tus minime latere potuit,nec inibi ignorare,quod hic in terra gerebatur,quum diues ille
epulo sciuerit quales hic sui essent fratres.Necessum igitur fuerit, aliam ipsius quæstionis
subesse rationẽ,quæ non ignorantem admittat dubitationẽ,quando certe constat Iohã-
nem propheeam maximũ,Christum,vt prophetam agnouisse, venturũ,vt præcursorem
nunciasse,adeuntem,vt confessorem veneratũ esse,nec illi aliquẽ errorem obrepsisse. Nec
Matth.10 item credi par est,illi spiritus sancti gratiam in carcere posito defuisse, quum apostolis,
Marc.13 suæ virtutis lumen,in carcere positis esset ministraturus.
Lucæ.12
Iohan.11. ¶Superest proinde (vt & barbatus ille Hieronymus recte sensit) vt non quasi ignorãs E
Iohannes interrogarit,sed quomodo saluator interrogauit, vbi Lazarus esset positus:
hauddubie,vt qui locũ sepulchri indicabant,saltem sic pararentur ad fidem, vt viderent
mortuũ resurgentem.Sic & Iohãnes,interficiendus ad Herode,discipulos suos mittit ad
Christũ,vt per hanc occasionem, videntes signa & virtutes,crederẽt in eum,& magistro
interrogante sibi dicerent: Ee sane mittit ad Christũ discipulos Iohãnes, nõ suæ,sed disci
pulorũ consulens ignorantiæ,vt eñ scirent non alium à se prædicatum,ad opera eius in-
tuenda discipulos misit, vt authoritatem dictis suis illius opera conferrent, nec Christus
Heb.11 alius expectaretur,q̃ cui testimonium opera præstitissent.Hinc est,quod sancta mater ec
clesia in hoc sacro tẽpore aduentus dñi (quod præparatorium est ad futurã festiuitatem
digne celebrandam) firmissimũ salutis nostræ ponit fundamentũ,quod est vera de Chri
sto cognitio,& vera in ipsum fides:id'q; agit studiose in propositione hodierni euangelij
in quo plane per hoc nititur ostendere Iesum Mariæ filium,eẽ Christũ in lege & prophe
tis promissum,dum inibi comprehendantur,quibus docemur hæc esse completa in do-
mino Iesu,quæ de venturo Christo dudum per prophetas sunt prædicta.
¶Siquidẽ testetur hodiernũ euangelium, quomodo dñs Iesus discipulos Iohannis,& F
in eis omnes fideles,se illa operari in languentiũ sanatione doceat,quæ de venturo Chri
sto per Esaiam fuere iamdudum prophetata.Et sic ex hoc euangelio colligimus.
¶Primo,prorsus credi oportere,Christum Messiam in lege & prophetis promissum, G
hodie Symeon ait ad Mariã: Ecce positus est hic in resurrectionē & in ruinã multorũ in Is-
rael. s. secũdũ carnē, & secũdũ spm̃ Israelitis, tã. s. Iudæis incredulis, q̃ malis Chrianis. Q. d.
Roma.9 Et si hic filius tuus in hoc datus sit à deo, vt salutē cõferat oĩbus, tñ hoim vitio fiet, vt quēad-
modũ multos, dei donũ amplectentes, erectur⁹ est ad spem salutis æternæ, ita multi gentis H
Israeliticæ, respuentes obuiã dei beneficentiã, deĳcient in exitiũ æternũ: Veritate per hunc
prodita, cadent, qui prius stare videbantur, exurgent, qui videbantur iacere.
1.Timot.2 ¶Quarto, quũ videamus Christũ, oẽs, quantũ in ipso est, nos velle saluatũ iri, & solum tñ
Matth.22. saluaturus est, q ipso se dignos & salute reddãt, sintq́ multi vocati, pauci vero electi, demus I
operã bene operãdo, vt Christus fiat nobis resurrectio nõ ruina, qualis erit nobis vbi bonis
2.Pet.1 operibus, q̃ fidem sequunt, indulgebimus. Hinc Petrus hortat, dicens: Quapropter, fratres,
magis satagite vt p bona opera certã vestrã vocationē & electionē faciatis. Nos qdē (inqt
Ephe.2 Paulus) creati sumus in Christo Iesu in operibus bonis, quæ pparauit deus vt in illis ambu-
lemus. De bonis vero operibus passim habet in Euãgelio, & apostolorũ epistolis, cuiusmo-
di sunt, viuere caste, ingredi templũ & inibi orare, ieiunare & obsecrare in fide ad deum fir K
ma, qualia habuit Anna illa prophetissa, qualia quoq; habuit Tobias ille, de qbus in Tobia
suo tempore videbimus. Faxit deus vt & nos eadem faciamus.

HOMILIA VIII. DE EO QVOD LEGITVR, Quum factus esset Iesus, &c. Luc 2.

Dominica infra octauas Epiphaniæ.



Erissima sanctorũ patrũ est sentētia, qua dicũt, oẽm Christi actio-
nē nostrã eē instructionē, & ad bene, beateq́; viuēdũ regulã, iuxta
Acto.1 q̃d Lucas ait, cępisse Iesum facere & docere. Quod ē dicere, Chri-
Iohan.13 stũ nõ mõ nos verbo, sed & facto ipso docuisse. Quicq̃d em̃ vt hõ
fecit, non idē facere designauit & voluit, aliàs inquens: Exēplũ dedi
vobis, vt quēadmodũ ego feci, ita & vos faciatis. In q̃tum em̃ filius
hoĩs est, q̃ oportebat, in se pbuit imitãda, quē in eo quisq; sequit in
Iohan.8 quo imitat. Quē q sequtur (inqt idē de se) qa lux est mũdi, nõ ambu
lat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quia vero is oĩbus venit in
lumē vitę & salutis, nullã, neq; ętatis, facturus discretionē: ideo &
in hodierno euãg. à pueritia, rõnis participe, incipit, in seipso pdocēs, qbus puer morib⁹ & A
virtutib⁹ in ętate discretiõis, q̃ vt plurimũ ē in anno duodecimo, pditus eē debeat. Ille qdē.
¶Primo decet esse boni pueri, dũ incipit adolescere, vt plurimũ discat cognoscere & co-
Acto.17 lere vnũ deũ, eũdēq; ęternũ & viuētē, oĩm creatorē, vnde, & in quo, & p quē oĩa sunt & ma-
Roma.11 nēt, cui ipse viuat ac cui moriat, vtpote q sit, penes quē est vitæ ac mortis ptãs. Eiusmodi ve
1.Reg.2 ro esse deum, parentes per scripturam, rationem & exemplũ perdocere debuerint, vti nu-
Sapiæ.16 per ex Tobia demonstrauimus, suo loco latius demonstraturi.
¶Secũdo, vt puer cõiunctus parentibus loca sancta, cuiusmodi dei tēpla sunt, frequentet,
Matt.21 quēadmodũ hodie, iuxta cõsuetudinē diei festi, Iesus cũ parētib⁹ Hierosolymã visitauit, ibi
Marci.11 tēplũ ingressus, q̃ñqdē hodie nõ in loco pphano, veluti diuersorio, sed ĩ augustissimo rept⁹
Lucę 19 est tēplo, à q̃ (prohdolor) nostri tpis pleriq; pueri prorsus sunt alieni, culpa fortassis herorũ
Iohan.2 & parētũ, q & ideo pro ipsis aliqñ cogent rõnē reddere. Est em̃ bonorũ parentũ, vt filios in
Hebr.13 tpe opportuno emēdēt, ne si adulti fuerĩt, iperiũ detrectēt. Hinc scriptura: Filĳ tibi sunt, eru
Eccl.7 di illos & curua illos à pueritia eorũ. Sane cõstat, q̃ horribilr Heli, alioq vir bon⁹, à deo fuerit
1.Regũ 4. punit⁹, qm̃ filĳs suis nimiũ indulserat. Fit em̃ eo pacto, vt qb⁹ pueri eē deberēt ĩ senectute so
latio,

latio,nõnunq̃ fint dedecori & mœrori. Sic alibi fcriptura dicit:Noli fubtrahere à puero dif Prouer.23
D ciplinam,fi eñ percufferis eũ virga,non morietur, & animam eius de inferno liberabis.

¶Tertio,puer ab eo q̃d dei ẽ,nullo neq; amore parentũ & cõfanguineoꝝ,neq; amore & ftudio difcedere debet,fed ipm deũ oĩbus pponere,cõtra quẽ nihil eft faciendũ, caufa vel pa rentũ vel amicoꝝ:fiquidẽ memor effe debuerit,deũ effe patrẽ fuũ primariũ,vnde & vitã & animã & eaꝝ falutẽ fufceperit. Hinc aliás:Qui amat(inqt dñs)patrem aut matrẽ plus q̃ me, nõ eft me dignus. Sic hodie Chrs ftudio patris fui cœleftis,matrẽ, cui erat lõge chariffimus, & patrẽ atq; propinqs reliquit. Rogatus, quur eos tãtopere excruciarat,refpõdit:Nefcieba ris,qa in ĩs,q̃ patris mei funt,oportet me eẽ? Quo etiã refpõfo debemus mũdo,carni,& dia bolo,quoties nos moliuntur à rebus diuinis & bonis operibus retrahere. Matth.10

E ¶Quarto,vt fe puer bonis ac fapientibus adfociet,à qbus melior nõ peior fit futurus, ab eis audiẽs & interrogãs,q̃ vel ignorat vel fcire profuerit. Boni eft qdem pueri,vt magiftros audiat potius,q̃ docere defideret,aut vana oftẽtatione fe iactitet. Vnde fcriptura:Priusq̃ au deas,ne refpõdeas verbo,& ĩ medio fenioꝝ ne adĩcias loqui. Et rurfum:Audi tacẽs,& pro reuerẽtia accedet tibi bona gr̃a. Adolefcens loquere in caufa tua,vix quum neceffe fuerit. Si bis interrogatus fueris,habeat caput tuũ refpõfum. In multis efto quafi infcius,& audi tacẽs fimul & q̃rẽs. In medio magnatoꝝ loqui nõ pfumas,& vbi funt fenes, nõ multũ loquaris. Sic Chrũs hodie in medio doctoꝝ fedẽs,audit & interrogat:nõ vt addifceret,in q̃ erat the- faurus oĩs fapiẽtiæ & fcientiæ,fed vt erudiret pueros, vel quamlibet eruditos. Eccl.11 Eccl.32 Col.2

F ¶Quinto,vt puer proxime fecundum deum honoret parentes, illisq; fit fubditus. Vnde fcriptura:Filĩ obedite parentibus veftris. Et alibi:Honora patrẽ tuũ & matrem tuam,vt fis longæuus fuper terram,& fuperueniet tibi benedictio.f.temporalium & æternorum, Cõ fiftit autem filiorum erga parentes honor & reuerentia. Ephe.6 Coloff.3 Exod.20

G ¶Primo in verbis decẽtib⁹,rogãdo & rñdẽdo,nõ afperis,fed dulcib⁹,vt hodie Chrs ait: Nefciebatis,&c. Sic ait fcriptura:Fili,fufcipe fenectutẽ patris tui,& nõ cõtriftes eũ ĩ vita fua & maledict⁹ eft à deo q exafperat matrẽ fuã. Et fi defecerit,veniã da, & nõ fpernas eum. Deuter.5 Eccles.3 Eccl.3

H ¶Secũdo,in opibus,vt.f.filĩ parẽtes vbi eguerint, fuftentẽt & nutriãt, Paulo dicẽte:Filĩ reddite vicẽ parentibus,hoc eft eñ corã deo acceptũ. Vicem reddimus,quũ nutrimus eos. Hinc ferio arguit Iudæos pharifæos ipfe faluator, q inducebãt filios ad vouendũ oblatiões in tẽplo,quũ interim parentes in neceffitate neglexerint, dicens: Irritum feciftis mandatũ dei propter traditiones veftras,fecundũ illud:Honora patrem tuum & matrem,&c. 1.Timot.5 Matth.15 Exo.20

HOMIL. IX. DE EO QVOD LEGITVR, Simile eft regnum cœlorum,&c. Matth.20.

Dominica feptuagefimæ.

A VVM olim in veteri teftamẽto, regnãte Hierofolymis Sedechia,tefte fcri ptura,Iudæi nõ tã in fe q̃ in regibus fuis cõtra deũ p fuperbiã, idololatriã,cul tũq; diuinũ prophanatũ, peccaffent, illũq; ad indignationẽ irritaffent,venit Nabuchodonofor rex Babylonis potẽtiffimus,ideq; tyrãnus crudeliffimus, & Hierofolyma,deo iuftiff.permittẽte,ita fuo exercitu obfedit & oppugna uit,vt illa in anno obfeffionis vndecimo,fame intus ac foris miferabiliter incrudefcẽte, ex- pugnarit,& intus infinitis pene numero,tã viris q̃ mulieribus & pueris horribiliter trucida tis,regem ipm,effoffis primũ ipfius oculis,& reliquos captiuauit,& poft terga ligatos haud aliter atq; beftias,in Babyloniã trãftulit,ideq; ipfos in fumma miferia in feptuagefimũ vfq; annũ detinuit. Illi vero duriffimã vitã inibi degentes,depofitis feftiuis veftimẽtis & lætitiæ cãticis,organis & citharis,fuorumq; peccatoꝝ memores, fuppliciter à deo gratiã & mife- ricordiã,& ex tã dura captiuitate redemptionẽ,rogarunt,quiq; interim à Babylonĩs(vt eft in pfalmoꝝ libro)interrogati,vt fibi hymnũ cãtarent de cãticis Sion,refponderunt:Quo- modo cãtabimus canticũ dñi,id eft lætitiæ,in terra aliena? Nimiꝝ,q ibi effent vbi nõ erat gaudendũ,fed in omni pro peccatis cõtritione,pœnitentia, & erumna femp lugendũ,vt ita mifericordiã poffent cõfequi. Quã confequuti funt plene tranfactis feptuaginta annis, quũ rex Cyrus,alioqui Chriftus,regẽ Babyloniæ fubiugaffet,dediffetq; Iudæis redeundi Hiero folyma licentiam cum gaudio,vbi tandem in pace vixerunt. 4.Reg.vlt. Hiere.5.52 Pfal.136

B ¶Cæteꝝ,qa & hæc illis in figura,vt Apl̃s fcribit,facta fint,profecto nõ põt Iudaicus ipe populus aliud figurare,q̃ humanũ genus,q̃d quũ in prothoplaftis fuit Hierofolymis.f.quæ furfum eft mater noftra,hoc ẽ,in paradifo voluptatis,peccauit p fuperbiã & idololatriam vtpote diabolo fe tradẽs,& deo fimile fieri volẽs,ipfumq; deũ oĩpotentẽ ad fummã prouo- cauit indignationẽ,adeo vt pmiferit ipm capi & trucidari in anima à Nabuchodonofor di abolo,& abduci captũ & ligatũ in Babyloniã,id eft,in mundũ, vere Babylonẽ, propter in- 1.Cor.10. Gene.3. Galat.4

digestā inibi cõfusionē (Babylonia qdē locus confusionis interpretat̃) vbi coactū est in summa miseria & ærūna vsq; in septuagesimū annū.i.donec post sex mūdi ætates.i. sex millia annoꝝ à mūdo cōdito, Cyrus.i.Iesus ver' Chrs, venit, ipmq; redemit, & ad Hierosolymã superiora redire pmisit. Huius igit̃ catholica ecclesia captiuitatis nos admonet p hosce septuaginta dies, incipiēdo hodie vsq; ad sabbatū in albis paschatos. Colligimus propterea.

¶Primo, in depositiōe lętãç vestiū & cātilenaꝝ, vitã hic nostrã, q̃ reuolutiōe hebdomadaꝝ voluit, & septuaginta plerūq; à natura annis finit, nihil aliud eē q̃ captiuitatem, miseria & ęrūna plenã, olim à parētū nroꝝ pctō subortã, dño dicēte ad Adã & Euã: Maledicta terra in ope tuo, in laborib' comedes ex ea cūctis dieb' vitæ tuæ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Multiplicabo ærūnas tuas donec reuertaris in terrã, de q̃ sumptus es, qa puluis es, & in puluerē reuerteris. Et hoc est q̃d Iob cōquerit, dicēs: Militia ē vita hoīs sup terrã. Hō nat' de muliere, breui viuēs tpe, replet multis miserijs, Qui q̃si flos egredit & cōterit, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodē statu pmanet. Sed de misera vita hoīs suo loco in Tobia, deo duce, dicemus. ¶Secūdo, vt sciamus nullū in hoc mūdo bonū esse tpale, q̃d nō malo misceretur, nec esse gaudiū, q̃d mœrore nō intermisceret: imo quicquid hic est, vel voluptatis vel gaudij, secū trahit dolorem & mœrorem, & sæpe q̃d hic carnaliter per momentū delectat, alibi æternãliter excruciat. Hinc scriptura: Risus dolore (inqt) miscebit, & extrema gaudij luctus occupat. Vnde Ecclesiastes vult nos potius debere tristari q̃ gaudere: nimiꝝ, vt post temporalē hãc tristitiã, supueniat sit lætitia æternalis, ingens: Melior est dies mortis q̃ natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus, q̃ ad domum conuiuij. In illa em̄ finis cunctorum admonet hominum, & viuens cogitat quid futurum sit: Cur ergo nos miseri, hæc vanissima huius mūdi gaudia tãti nobis cōstare sinamus, q̃ perinq; æterna cruciamēta sequãtur? dño alibi dicente: Quid prodest homini, si mundū vniuersum lucret, aiæ vero suæ detrimētum patiatur? Aut quã dabit homo cōmutationem pro aīa sua? Nolite ergo (inqt Iohãnes) diligere mundū, neq; ea quæ in mundo sunt, quæ vel sunt concupiscentiæ carnis, oculorūq; & superbia vitæ. Et mundus transit & concupiscentia eius.

¶Tertio, vt meminerimus nos in hoc seculo nō esse cōstātes incolas, sed plane aduenas, peregrinos & exules, & oīno p mortem alio, siue ad paradisum, vnde sumus depulsi, siue ad pęnaꝝ loca, certo ituros. Hinc ad deū Dauid ait: Nūc igit̃ deus noster cōfitemur tibi, & laudamus nomen tuū inclytū. Tua sunt oīa, & q̃ de manu tua accepimus, dedim' tibi. Peregrini eñi sumus corã te & aduenę, sicut oēs patres nri. Dies nostri q̃si vmbra sup terrã, & nulla est mora. Hinc in cãtico deiparę, vulgo, Salue regina, &c. q̃tidie ad diuã virginē clamam': Ad te Maria, ó regina misericordiæ, clamamus exules filij Euæ, in hac lachrymaꝝ valle ad te suspiram' gemētes & flentes.i. in labore siue requie, in cursu siue pũentione cōstituti, qui de vniuerso labore nro aliud nihil habemus nisi vanitatem. Et nō habemus (ait Paulus) hic manentē ciuitatē, sed futurã inqrimus. Audiētes & semp scientes, qm̄ dū sumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. Et scimus, qm̄ si terrestris domus nr̃a huius habitatiōis dissoluatur, q; ædificationē habemus ex deo domū nō manufactã, sed æternam in cœlis.

¶Quarto, vt sciamus nos nequaq̃ ad patriã redituros, imbiq; bonū amissum post hãc vitã recuperaturos, nisi vel in istis septuaginta diebus.i.p totã vitã nostrã prorsus post baptismum probi & mūdi fuerimus, vel p pœniam, Chrō redēptore medio, mūdati fuerimus in istis diebus añ mortē. Illuc em̄ (dicit Apoca.) nō intrabit aliqd coinquinatū, aut abominatiōnē faciēs. Sic dñs: Nisi (inqt) cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cœloꝝ. Sicut em̄ pctōr fuit e cœlo detrusus, ita peccator isthuc redire nequit.

¶Et ne qs vero fortassis præ inueteratiōe & grauitate pctōꝝ, quasi totã vitã pctis consumens, desperare possit, & nesciret qbus cōstet pœnia, aut quō debeat pœnitere, vt in patriã æternã p mortē sit rediturus: ideo catholica ecclesia statuit hodie legendū Euãgeliū, in quo oīa ista docent, vbi p patrēfamilias intelligit deus, p cōductos hoīes ad æternã vocati vitã, quæ per denariū intelligitur, per vineam vero fides. Et ita nimirum.

¶Primo docet Chrs, q; cū Iudæis olim in captiuitate Babylonica vere pœnitere volūt & redire in superiora Hierusalē, debēt in primis in deū credere.i. totã suã spem & salutē & cōfidentiã in eius misericordiã collocare, ita vt nō dubitent se gratiã cōsequuturos, vbi vere pœnituerint. Id q̃d dñs adfirmar, dicens: Si impius egerit pœnitentiã ab oībus peccatis suis, q̃ operatus est, oīm iniquitatum suarum, quas operatus est, non recordabor.

¶Secūdo, vt pro pctis cōmissis amare doleãt & fleant. Sic Iudæi in Babylone fleuerūt & doluere, dicētes in Nenijs suis: Sup flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dū recordaremur Sion. Sic Dauid pro pctis suis ita diu noctuq; lachrymatus est, vt neq; panem sine lachrymis comederet, nec sine lachrymis dormire neq; surgere cœperit. Sic q̃q; Petrus amare fleuerit foras exiēs. Sic & Magd. pro pctis adeo fleuerit, vt lachrymis pedes dñi lauerit.

¶Tertio, vt à malo cessent, & p fidē opera bona faciãt: siquidem nō sufficit, hodie in euãgelio,

Margin notes: Psal. 89; Gene. 3.; Iob. 7. 14; Prouer. 14; Ecclesi. 6.; Matth. 16; 1. Iohã. 2; 1. Paral. 29; Hebr. 13; 2. Cor. 5.; Apoc. 21; Matth. 18; Ezech. 18; Psal. 136; Psal. 6. 31; Matth. 26.; Luc. 7

Margin letters: C, D, E, F, G, H, I, K

gelio, conductos ire ab otio. i. peccato, qui & in vineam ire coguntur laborare. Sic Dauid ait: Declina à malo & fac bonum. Sic Petrus inquit: Charissimi, obsecro vos tanq̃ aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes bonam habentes. Et rursus: Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Psal. 36. 1. Pet. 2 2. Petr. 1

L ¶Quarto, vt patienter in hoc seculo mala & aduersa (vt Iudæi olim) sufferant vsq; in finem, nō murmurantes quasi non sint ea meriti. Siquidem paterfamilias hodie increpet, q cōqueruntur se ideo minus recipere, quasi per se aliqd & non ex misericordia meriti, qm̃ portauerint pōdus diei & æstus, id est, labores, sudores, ærumnas, & hoc genus aduersa reliqua, quæ patienter ferre debemus: In patiētia enim vestra (ait dn̄s) possidebitis animas vestras. Ad quã patientiã debet nos cohortari Iob, qui, etsi nihil peccarat, nec dn̄m læserat, sed probationis solũmodo causa fuerat tentatus. Nihil stulti contra deũ (vt alioqui fit) loquutus est, sed ait: Nudus egressus sum de vētre matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dn̄s dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factũ est. Sit nomē dn̄i benedictum. Si em̃ (ait ad vxorem) bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Et hoc est, quod ad nos paterne ait Iacobus: Patientes igitur estote, vsq; ad aduentũ domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructũ terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinũ. Patientes igitur estote & vos & confirmate corda vestra, qm̃ aduentus dn̄i appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt nō iudicemini. Ecce beatificamus eos, q sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis. Lucæ. 21 Iob. 1 Iaco. 5.

M ¶Itaq; fratres charissimi, quia & post baptismũ oẽs pleriq; peccauimus, & sumus propterea hic in hoc seculo & breui transitorioq; tempore constituti vt miseri peregrini, confidamus in deũ, cessantes à peccatis nostris, doleamus de præteritis, caueamus à futuris, bona dum tēpus habemus, dum dies est, operemur. Patienter feramus propter amorem Iesu Christi, propter peccata nostra, quæ tũ ab hoc mũdo, tum à carne & diabolo patimur, memores, animas nostras in æterna patria nō nisi per patientiã nos possessuros, nec nos denarium beatitudinis æternæ habituros, nisi pondus & æstus diei sine murmure sustinuerimus vsq; ad tempus serotinum, quo dominus vocabit nos, vnicuiq; secundũ opera daturus, quæ in vinea hic operatus est. Tum enim videbimus nihil frustra hic fecisse, vtpote visuri, q̃d nobis, q̃ hic passi sumus vel quamlibet mala, in bonũ fuisse cooperata, nec esse cōdignas passiones huius mundi & temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Galat. 6 Iohan. 9 Roma. 8

HOMILIA X. DE EO QVOD LEGITVR, Matt. 13. Marc. 4. Luc. 8. Quũ turba plurima conueniret.

Dominica sexagesimæ.

A DIximus nuper præcedentem dominicam ab ecclesia appellari septuagesimã, quoniam ab ea incipientes vsq; ad sabbatũ in albis, singulariter recordamur vitæ nostræ præsentis, quæ septenario numero dierũ voluitur, in qua nō secus sumus in hoc mũdo ac in captiuitate quadam Babylonica, peregrini & exules à vera patria nostra propter peccata nostra, quo redire nequimus, nisi per pœniam pro peccatis veram, quæ cōsistit in vera fide, cōtritione præteritorũ malorũ, & ab ipsis malis cessatione, & bonorũ operũ operatione in patientia. Cæterũ, qa pleriq; ita malitia & peccatorum multitudine & grauitate sunt indurati, vt vix pœnitere possint de peccatis suis, nisi per singularem dei gratiam ad pœnitentiam trahētem intrinsecus: ideoq; ecclesia die hodie dominica, quæ sexagesima dicitur, legendum statuit euangelium, in quo dominus proponit sermonem de semine, quod est verbum dei, quo homo vel quãlibet induratus, si ipsum diligenter & deuote audit ad pœnitentiam salutarem in tempore doceri & trahi potest. Ipsum enim est quod docet.

B ¶Primo fidē, Apostolo dicēte: Fides ex auditu est, auditus autem p verbũ Chri. Ideoq; dn̄s mittebat Apostolos p̄dicare euangeliũ, quo continetur verbũ dei, nimirũ, vt inde hoīes in deũ, adeoq; in Christũ redemptorē, pro salute æterna cōsequenda, crederent, dicēs: Euntes in mundũ vniuersum, prædicate euangeliũ omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nō crediderit, condemnabitur. Est ergo qui seminat Christus, Propheta, Apostolus, & omnis qui dei verbum missus annuntiat. Roma. 10 Marci. vlt.

C ¶Secũdo, verbũ dei sua singulari energia hoīem prouocat ad mœstitiã, & pro peccatis cōtritionē, in hoc q vbiq; homini inculcat, quãtum boni, beatitudinis & gaudij propter pctã amiserit, quãta charitate & amaritudine Chrũs ipsum à primis peccatis redemerit, & q̃ paterne & multiformiter ipsum à peccatis dehortet, dicens: Et quare domus Israel moriemini? Cōuertimini & agite pœniam ab oībus iniqtatibus vr̃is, & non erit vobis in ruinã iniquitas. Ezech. 18

Esa.5 quitas. Quia nolo mortẽ morientis dicit dñs deus. Et aliàs: Quid vltra debui facere tibi, &
nõ feci? Insuper & in hoc q̃ prorsus sine causa, sed sponte toties offenderit deũ ipsum patrẽ
suum, omnipotentẽ & charissimũ, à quo tam nobiliter sit creatus, dotatus, seruatus, nutrit',
Lucæ.12. & quotidie adhuc seruatur sine suis meritis, sed ex sola ipsius misericordia. Et deniq; in q̃to
Luce.3. sit periculo æternæ dãnationis, si in peccatis sit oppetiturus mortem, cui incertæ omni mo
Luc.14. mento est obnoxius, inquens: Nisi pœnĩam feceritis, oẽs peribitis. Id quod filius ille luxu-
riosus, q̃ vnusquisq; peccator à deo auersus significat, secũ animaduertens, pœnĩa amarulẽ-
tissima cõpunctus est, dicẽs ad patrem in reuertendo peccaui sui conscius. Pater peccaui in
cœlũ & coram te, iam nõ sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis
Luce.7.10 Sic itaq; q̃a Magdalena, vtcũq; publica in ciuitate peccatrix, & tã grauis, vt etiã septẽ dæmo
nia habuisse scribatur, sedulo secus dñi pedes sederit, & eius verbũ attente audierit, ad tantã
pro peccatis suis contritionẽ prouocata est, vt vsq; adeo fleuerit, quo lachrymans dñi pedes
lauerit, & deinde in heremum cesserit, ibiq; triginta annos pœnituerit, nec interim hoĩem
videns, nec interim humano sed cœlesti cibo vsa. Vnde isthuc? Nimirum ex verbo dei, q̃d
ipsam vsq; adeo molliuit, & viscera ipsius penetrauit.
Vale lib.8 ¶ Nec mirũ: Si eñ hominis aliquãdo verbũ (vt legimus de Demosthene & Cicerone) ho D
cap.9 minẽ in varios adfectus trahere potest, quantomagis sermo dei, q (vt Paulus scribit) viuus
Plin.lib.7. & efficax est, & penetrabilior omĩ gladio ancipiti, & ptingens vsq; ad diuisionẽ aĩæ ac spũs
cap.30 cõpagum q̃q; & medullarũ? Et sane nihil est verbo dei potẽtius: vtpote, quo vel vnico Apo
Quint. li. stoli illi piscatores, imperiti, & inermes, intra paucos annos cũctas totius orbis regiones oc
10.cap.1 cuparũt. Græcos itẽ & Barbaros, doctos & indoctos, plebeios & reges, ad se & ad fidẽ Chri
Hebr.4 pertraxerũt. Tam in eis verbum dei efficax erat, vt infinita hominũ millia, relictis patrijs le
Psal.18 gibus, relicta maiorũ religione, relictis voluptatibus ac vitijs, q̃bus à cunabulis adsueuerant,
Roma.10 & ex diuersis linguis, diuersis institutis, in eam fidem attraxit, qua nihil humanis auribus est
mirabilius. Et licet totus mundus oĩbus suis præsidijs p philosophos, p oratores, p tyrãnos,
per Magos, per ædicta principũ aduersus fidẽ Chri pugnaret, tñ efficere nõ potuit, quin eo
primum occupata Græcia, Neronis vrbem & aulã inuaderet, moxq; per oẽs Romani im
perij prouincias sese spargeret vsq; ad Gades & Indos, vsq; ad Aphros & Scythas, & peni-
tus toto diuisos orbe Britannos, vtpote quos omnes populos dei verbum sua potẽtia ab in-
fidelitate ad fidẽ traxit, & Chrm Iesum cõcorditer confiteri, & adorare coegit. Quũ nullus
philosophorũ vnquàm eousq; dogmata sua dilatare, nec aliq̃s Cæsarũ leges suas eo ferre po
tuerit. Ideoq; verbum dei recte dicitur penetrabilius omni gladio bicipiti, & recte quoq; à
Solomone ipsum clypeus ignitus appellatur.
Prouer.30 ¶ Tertio verbũ dei prouocat hoĩem ad operandũ bonũ, quãdo nõ modo vbiq; dicit ho- E
Gala.5 minem debere in fide operari p charitatẽ, & fidẽ sine operibus eẽ mortuã: sed etiã q̃a ipsum
Iaco.2. sit scriptura diuinitus inspirata, vtilis ad corripiendum & docendum in iustitia, vt perfectus
2.Timot.3 sit homo ad omne opus bonũ (vt scribit Apostolus) instructus.
Lucæ.21
Sap.5 ¶ Quarto facit hoĩem ad patientiã malorũ & aduersorũ æquanimũ, in eo q̃ vbiq; pdocet F
Hebr.11 dei hoĩes tot mala & tribulatiões sustinuisse, nec aliter nisi per patientiã cœlos fuisse ingres-
Psal.9 sos, & finaliter ipsos nunq̃, si constãtes mãserũt, à deo fuisse derelictos, neq; pauperũ perisse
Acto 14 patientiã. Et hoc est, quod Paulus ait: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta
Roma.15 sunt, vt per patientiã & consolationẽ scripturarum, spem habeamus.
¶ Ex his fratres charissimi intelligitis, quãtæ sit necessitatis & vtilitatis verbũ dei, vtpote G
sine quo q̃s ad pœnĩam puenire nequit, sine vero pœnĩa oẽs necesse est pereant peccatores.
Luc.15 Hinc dñs hodie de verbo dei loquens hortat, vt attente ipm audiãt, dicẽs: Qui aures habet
audiendi audiat, Dent igit operã oẽs pctõres (quales prohdolor oẽs sumus) vt verbũ dei au
diant frequẽter, audiãt (inquã) caute & memoriter cõtra primos in Euãgelio, q̃a negligẽtes
& vagi, fortiter & deuote, cõtra secũdos, q̃a debiles & aridi cũ contẽptu mũdi & rerũ tem-
poralium, contra tertios, quia mundanarũ rerũ serui. Audiant itaq; non malo & inuidioso,
sed corde bono & optimo, retinentes in memoria, & fructũ facientes in patientia.
¶ Quales fructus vel opa, nimirũ sexagesimæ, seruãdo decem præcepta, & operando sex H
Sap.1 opera misericordiæ, de q̃bus suo loco in Tobia. Proculdubio si ad hũc modũ audierint, au
ditores semp aliq̃d vtilitatis deportabũt, nõ eñ ibit sermo dei in vacuũ. Vt aũt in gratia, q̃
Deuter.32 opus est, audiatur, hõ semp in princpio deũ pro gratia orare debet, & cũ seminatore Mose
dicere: Concrescat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meũ, quasi imber sup herbã
& quasi stillæ super gramina. Quia vero (charissimi fratres) hodie arguuntur, q negligẽter
audiunt dei verbum, quid (obsecro) de illis sentiendum est, qui verbum dei omnino non au
1.Timot.4 diunt, sed (vt ait Aplus) à veritate auditũ auertũt, ad fabulas sub sermonibus diuinis & vani-
Iohan.8 tatibus huius mũdi attẽdẽtes? Quid (inquã) de eis sentiendũ? Vtiq; illud Chri. Qui ex deo ẽ,
Luc.10 verba dei audit. Ideo vos nõ auditis, q̃a ex deo nõ estis. Nec illi pdicatorẽ sed deũ in ipo lo-
quentem

quentem contemnunt, dicente Ezechiele: Nolunt audire te, quia nolunt audire me, dicentes: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est omnipotẽs, vt seruiamus ei, & quid nobis prodest, si orauerimus eum? Et statim sequitur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ezech. 3 Iob. 21

HOMILIA XI. DE EÒ QVOD LEGITVR, Matth. 20. Marc. 10. Luc. 18. Assumpsit Iesus &c.

Dominica quinquagesimæ.



A Ogitans quas ob causas catholica ecclesia diei p̃sentis euangelium hodie legendũ censuerit, partim ex aĩo deterreor, partim cõsolor. Sane instituit ecclesia hodie p̃sens euangelium legendum.

B ¶Primo, vt hoc tẽpore in primis simus memores passionis Iesu Christi, nr̃i pientissimi saluatoris, vtpote, quæ sola fuerit tã magna & efficax, q̃ nos ab ęterna dãnatione liberet, & q̃ suppleat nostram pro pc̃tis nostris pœniam, quã hoc tp̃e agere debem⁹, q̃nquidẽ oĩs gloria dei, oĩs salus hoĩm, in Chr̃i morte posita est, nec res est vlla, quæ magis ad salutẽ hoĩm pertineat q̃ mors ipsius. Nec est aliud, propter q̃d magis deo gratias agere debemus q̃ propter mortem ipsius, nẽpe q̃ fuit & innocẽtissima & p̃tiosissima. Hinc Petrus: Scientes (inq̃t) q̃ non corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis de vana vestra cõuersatiõe paternæ traditiõis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, Chr̃i, & incõtaminati. Et hoc est, q̃d ecclesia tam deuote dicit: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, q̃a per crucẽ tuã redemisti mundũ q̃nquidẽ passio Chr̃i vltimũ pœnitẽtibus est refugiũ, singulare remediũ, deficiẽte sapiẽtia, iustitia nõ sufficiente, sanctitatis succũbentibus meritis, illa succurrit. Quis em̃ de sua vel sapientia, vel iustitia vel sanctitate præsumat sufficientiã ad salutẽ? Siq̃dem Paulus ait: Nõ q̃d sufficientes simus cogitare aliquid à uobis tanq̃ ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quis etiã vel quàmlibet magna passione sua existimet se merito gloriam æternæ beatitudinis cõsequi, quũ (eodem teste) non sint cõdignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis? Ideo hoc tẽpore pœnitentes, nostrã fiduciã pro cõplemento pœnitentiæ prorsus ponere debemus in Christi passione, quæ supplet, modo seruemus secundam causam, ob quã ecclesia præsens euangelium hodie legi censuit, & est causa. 1. Petr. 1 2. Cor. 3 Roma. 8

C ¶Sc̃do, q̃ Chr̃i passio eiusq̃ memoria nobis nõ succurrit, nisi & ipsi voluntarie eius amore cũ eo patiamur, ipsiusq̃ passione pro virili imitemur, Petro dicente: In hoc em̃ vocati estis, q̃a & Chr̃s passus ẽ pro nobis, vobis relinquẽs exẽplum, vt sequamini vestigia eius. Et dñs q̃q̃: Si q̃s (ait) vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã & sequatur me. Et nisi em̃ (inquit Ap̃lus) cũ eo patiamur, cum ipso non conglorificabimur. 1. Petri. 2 Matth. 16 Marci. 8 Lucæ. 9

D ¶Patimur aũt cũ Chr̃o, & crucẽ nostrã tollimus. Primo, quum carni, diabolo & mundo Chr̃i causa renũtiamus, corpora nostra p̃ abstinentiam affligentes. Et hoc est q̃d Ap̃lus ait: Mortificate mẽbra vestra, quæ sunt sup̃ terrã, fornicationẽ, immunditiã, libidinẽ, cõcupiscẽtiam malã, & auaritiã. Deponite irã & indignationẽ, malitiã, blasphemiã, turpem sermonẽ de ore vesto. Secundo, quũ in animo adfligimur per cõpassionẽ proximi, quẽadmodum Samaritanus ille mouebat misericordia sup̃ eum q̃ semimortuus inter Hierusalẽ & Hiericho iacebat, cuius alligauit vulnera, infundens oleum & vinũ, & imponens illum in iumentum suũ duxit in stabulũ, & curã eius egit. Sic Apostolus q̃q̃ cõpatiebat oĩbus, alibi dicẽs: Quis infirmat, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Roma. 8 Coloss. 3 Luc. 10 2. Cor. 11

E ¶Sic pariter inuenio antecessores illos olim nr̃os, hoc tp̃e vel maxime Chr̃i Iesu passiõis fuisse memores, pro eo maximas gr̃as egisse, ipsam pro virili imitãtes, in orõnibus, in vigiliis, in ieiuniis, & in hoc gen⁹ piis opibus se exercẽtes castigãtesq̃, & in proximos fuisse solitis subuẽtionib⁹, benignos & misericordes. In cuius q̃q̃ testimoniũ ecclesia hodie legi instituit euãgeliũ, in q̃ passiõis Chr̃i fit cõmemoratio. Sed prohdolor, q̃ nos horribiliter degeneramus à primis illis Chr̃ianis, q̃ hoc sacratissimo tp̃e nõ mõ (vt deberemus) cũ Chr̃o non patimur à vitiis abstinẽdo, imo vitiis plus alio tp̃e, & q̃dẽ ita indulgemus, vt Chr̃m à nouo nr̃is scelerib⁹ deposita oĩ verecũdia, & p̃fricta frõte crucifigam⁹, & (vt Paul⁹ vere ait) filiũ dei nobis ostẽtui habem⁹. Sane tradim⁹ Chr̃m, corpus ipsius (vt nũc fit) indignissime, cõtra Ap̃li doctrinã tractãtes. Illudimus Chr̃o, vota nr̃a, aduersus scripturã, trãsigẽtes, & proximis mẽtiẽtes. Flagellam⁹ Chr̃m, pc̃tã nr̃a iterãtes, ip̃m offendim⁹, ip̃m cõspuim⁹ & faciem eius veritatis cognitionẽ, quã de eo habem⁹, p̃ turpitudinẽ fœdam⁹ vitę nr̃æ. Ip̃m occidim⁹ q̃n per peccatũ mortale ip̃m ab aĩa nostra expellimus. Ip̃m deniq̃ persequimur in eius electis, quũ eos multipliciter & crudeliter adficim⁹. Quę vel singula tã nos nũc frequẽter p̃petramus, Hebr. 6 1. Cor. 11 Psal. 78 Eccl. 5

mus,vt plane videmus eos eē,in q̄s fines seculoꝝ deuenerūt, apud q̄s euidēter nō solum (vt
1.Cor.10 Chrūs p̄dixit) iniqtas abundat,sed & charitas,sed & in deū & apud hoīes fides atq; prorsus
Matth.24. oīs virtus,refriguit adeo nō multoꝝ sed oīm,vt vere de nobis dixerit Propheta:Dñs de cę
Marci 13. lo prospexit super filios hominū,vt videat,si est intelligens aut requirens deum. Oīes de-
Lucæ.21 clinauerunt,simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonum,vtpote quos vel oēs sua mali-
Psal 13. tia obcæcauit,adeo vt vere iuxta prophetæ verbum,quasi absq; oculis.s.animi & corporis,
Sapiæ.2. ambulamus,qm̄ dño peccauimus,alienati(vt scribit Paulus) à vita ipsius per ignorantiam,
Esa 59 quæ est in nobis propter cæcitatem cordis nostri,qui desperantes nosmetipsos tradidimus
Sap 2 impudicitiæ in operationē immunditiæ omnis in auaritiam.
Ephe.4

¶Quid igitur fratres agendum in tanta nostra cæcitate? Nimirum nō aliud q̄ quod egit hodie cæcus iste in euangelio, qui nos figurat. F

¶Primo vt & ipsi sedeamus iuxta viā,vt exules de nostra patria, & cæci, orbati vero lumine fidei & charitatis,amissionē patriæ & lucis,quæ illuc dirigit,ex aio deplangētes, mores,melius eē ire ad domū luctus,q̄ ad domū cōuiuij.In illa eñ finis cūctoꝝ admonetur hominū,& viuens cogitat qd futuꝝ sit.Memores(inquam) plerūq; huius mūdi risum verti in dolorem,& extrema gaudij luctū occupare,adeo vt verendum sit,plerosq; nūc tripudiare,qui paulopost sint lucturi,vti & vidimus anno transacto. G

Eccl.7

Prouer.14

¶Secundo,vt visum dūtaxat,& nō aliunde q̄ à Christo petamus.Ille eñ solus est, q cæcos illuminat,ad quos ait Propheta:Accedite ad eum & illuminamini. Petemus aūt visum quando petierimus nobis remissum iri peccata nostra,quæ nos obcæcarunt. Peccatis proinde remissis,restituetur & visus scilicet fidei & charitatis. H

Psal.145

Psal.33.

¶Tertio,clamātes nō cessemus propter eos q nos à via bene agēdi dehortant,cuiusmodi sunt caro,mūdus,& dæmon,q hodie intelligūtur p eos,q increparūt cæcū,ne clamaret sed taceret. At ille magis clamauit. Ita & nos hoc magis instemus,q̄ magis dehortamur, memores, qm̄ (vt Chrs ait) oportet nos semp orare & nō deficere,velut fecit vidua illa euāgelica.Nō igit obsequemur illis,q alliciētes à dei via nos deflectere satagunt,q̄nquidē dñs q; dixerit:Nemo mittens manū suā ad aratrū & adspiciens retro,aptus est regno dei. I

Lucę.18

Lucæ.9

¶Quarto,illuminati p gratiā diuinā,sequamur & ipsi cū cæco Chrm̄, illū glorificātes & gratias agētes.Sequemur aūt eundē,vbi vt ipe ambulauerimus,quærētes (vt Paulus docet) quæ sursum sunt,vbi est Chrs in dextera dei sedēs,sapiētes q̄ sursum sunt,nō quæ sup terrā, vt nr̄a sit cōuersatio in cęlis.Quod nisi fecerimus,plane cæci manebimus,lumē vitæ ac ęternæ beatitudinis nunq̄ visuri.Siqdē Chrūs inqt:Ego sum lux mundi.s.in oñi virtuoso sanctoq; verbo & facto viā vitę illuminans,q sequit me,nō ambulat in tenebris,sed habebit lumē vitæ.Nos eapropter frēs ambulemus in luce,donec habemus lucē,id est,Chrm̄ bñ operādo sequamur donec dies ē,id est,hęc vita est grāæ & misericordię,qm̄ veniet nox.i. tp̄s districtę iustitię,qñ nemo poterit opari,vtpote qd tum erit tp̄s recipiēdi iuxta merita, nō benefaciēdi,cuius Aplūs memor ait: Bonū aūt facientes nō deficiamus, tēpore eñ suo metemus nō deficientes.Ergo dū tp̄s habemus operemur bonū ad oēs, maxime aūt ad domesticos fidei.Nec interim sinamus nos à malis & carnalibus hoībus seductū iri à bono proposito,sed cū cæco magis ac magis clamemus:O Iesu fili Dauid,miserere nostri & vt videam. K

1.Iohan.2
Colos.3
Iohan.8

Galat.6

HOMILIA XII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.5.&.6. Audistis quia dictum &c.

Feria sexta post diem cinerum.



Via docuit dñs iniuriam inferētibus nō esse resistendū,sed plura p ferenda debere esse paratū,subsequenti loco nūc in hodierno euangelio perdocet iniuriā inferētibus impendendū esse charitatis adfectum simul & effectū.Iam vero qa opera iustitiæ infructuosa sunt sine charitate, Aplo dicente: Et si distribuero in cibos paupeꝝ oēs facultates meas,& si tradidero corpus meū, ita vt ardeam,charitatem aūt nō habuero,nihil mihi prodest.Ideo addit hodie dñs p̄ceptū de perfecta dilectiōe proximi.In quo quidē Iudæi errabāt.Legentes eñ:Diliges proximū tuū sicut teipm.Et iteꝝ:Diliges amicum tuū sicut teipm,arguebāt à contrario,se debere ac posse odire inimicū.Id qd falsum est,quādoquidē oīs homo ex charitate diligendus sit,qm̄ ad imaginē dei factus est,& capax ipsius p cognitionē & amorē.Ideoq; Chrs inqt:Audistis &c. Quāuis in lege non esset scriptū. Et odio habebis inimicū,sed arguendo(vt dixi) scribæ addebāt quum tamen alibi legis verba facile contrarium ostendebant. Ait eñ Moses:Si videris asinum odientis te iacere sub onere,non pertransibis, sed subleuabis. A

1.Cor.13

Leuit.19.

Gene.1.

Exo.23.

¶Primo

B ¶Primo itaq; Chrūs docēt, nos debere mutuo amare propter ipsum, veluti ex ꝓcepto
oīm maximo & primo, sine ꝗ cætera sunt nulla. Hinc ipse ad suos. Mādatū nouū do vobis Iohan. 13
vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicē. In hoc cognoscēt oēs, qa disci-
puli mei estis, si dilectionē habueritis adinuicē. Et iteꝝ: Hoc est ꝓceptū meū, & hoc mādo Iohan. 15
vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et Paulus ait: Qui diligit proximū, legē imple Roma. 13
uit, vtpote nihil in illum mali deinde perpetrabit.

C ¶Secūdo, vt perfecte, id est, vt & inimicos nostros, exēplo patris & suo diligam⁹. Vnde
& in alio Euāgelista ait dñs: Diligite inimicos vestros & benefacite, & erit merces vr̄a mul Luc. 6
ta, & eritis filij altissimi, qa ipse benignus est sup ingratos & malos. Si diligitis eos qui vos
diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se, diligunt.

D ¶Tertio, vt eos nō modo adfectu beneuolentiæ, sed & effectu benefaciendi diligamus. 1. Iohā. 3
Vnde Iohannes: Filioli (inquit) nō diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Ad
verām autem inimicorum dilectionem requiritur.

E ¶Primo, vt eis remittamus iniurias, qbus nos adfecerūt. Id ꝙd alibi dñs de cōseruo mise- Matth. 18
ricorde satis innuit, in fine dicēs: Sic & pr̄ meus cęlestis faciet vobis, si nō remiseritis vnus-
quisq; fratri suo de cordib⁹ vr̄is. s. iniurias: siqdē nihil profit ore dimittere, q iracūdiā mēte
tenet. Id ꝙd deus cū pctōre agit, aliàs dicēs: Qui fecerit iudiciū & iustitiā, vita viuet, & non Ezech. 18
morietur. Omniū iniqtatū eius, quas opatus est, nō recordabor. Sic idē alibi dicit: Dissolue. i. Esa. 58
remitte, colligationes impietatis, id est, iniurias, quas ad vindictā in memoria colligasti.

F ¶Secūdo, vt eis nostra ope indigētibus, benefaciamus, & pro ipsis oremus ac subuenia-
mus. Hinc Aplūs: Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potū da illi. Hoc eñ faciēs, car- Roma. 12
bones ignis congeres sup caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

G ¶Tertio, ne diligamus & bñfaciamus eis iactādo nos de dilectiōe nostra & beneficentia
veluti hypocritæ, dicētes: Ille me offendit, nō ego illum. Ille retribuit mihi multa mala pro
bonis, ꝗ ei cōtuli. Ille cōtra me gloriabit, si voluero secū recōciliari. Adscribet mihi oppro-
brio, si ꝑuenero eū ad indulgentiā. Quod iactauerimus, nullā habebimus mercedē in cœlis.
Et hoc est, ꝙd dñs ait: Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoībus, vt videamini ab eis, Matth. 6
aliogn mercedē non habebitis apud patrē vestrū, q in cœlis est. Debemus vtiq; in hoc adsi- Iaco. 1.
milari deo, q (vt Iacobus scribit) ꝙd ab eo petit, affluenter dat, & non improperat.

H ¶Ad diligēdū vero inimicos eisq; ad benefaciendū. ¶Primo nos ꝓmouere debet, debi-
tum ꝓcepti & cōmissoꝝ nr̄oꝝ delictoꝝ. Pręceptū eñ est (vt audiuimus) vt diligamus inui- Matth. 6
cem, à ꝗ nullus se vnꝗ in veritate excusare poterit. Statuit ꝗq; deus nobis hāc legē iustitiæ, vt Marc. 11
si volum⁹ ꝙ ipse dimittat nobis debita nr̄a, oportet, vt debitoribus nr̄is remittamus, ꝗ cōtra Luc. 11
nos fecerūt, q alioq male & cōtra nos orabim⁹: Dimitte nobis debita nr̄a, sicut & nos &c.

I ¶Secūdo, ꝓmiū æternū, ꝙd nobis dabit, si amore dei dilexerimus inimicos nr̄os, qñquidē Roma. 8
diligētes inimicū nr̄m, efficimur nō amici sed & filij dei altissimi. Si filij, ergo & nobis debe Acto. 7
bit cęlestis hęreditas. Id ꝙd patuit in S. Stephano, q quū orasset pro suis inimicis genub⁹ po
sitis, vidit cęlos apertos, & Iesum stātē à dextris virtutis dei, & sic statim obdormiuit ī dño

K ¶Tertio, exēplū dei adeoq; Chri dñi nr̄i, q quū diligat inimicos suos, solē suū oriri faciēs
sup bonos & malos atq; ingratos, quur idem nos discipuli atq; serui nō facerem⁹, qñ dñs &
magister noster facit, quū vtiq; discipulus nō debet eē maior magistro suo? Sic Chrūs ꝗq;, Matth. 10
relinquēs nobis viuificū exēplū, in cruce ait: Pater, dimittite illis, qa nesciunt qd faciunt. Luc. 23

L ¶Quarto, periculū ipm, ꝙd alioq duplex incurrerem⁹, si inimicos nō diligeremus. Nēpe
periculū tpalis odij. Qui eñ odit, habet in mēte lætale vulnus, ꝗ ardet & cruciat nō sec⁹ atq;
igne ꝗdā, vñ ad irā stimulamur, ꝗ nobis in aīa & corpe, nō inimico nocet. Scđm periculum
est ęterni supplicij, ꝙd nobis futuꝝ ē nō diligētib⁹ inimicos nr̄os. Qui eñ (inqt Iohānes) nō 1. Iohan. 3
diligit, manet in morte. Et oīs q odit fratrē suū, homicida est, q vitā æternā habere nequit.

M ¶Superest igit, fratres charissimi, vt diligamus eos q nos odio ꝑsequunt, eisq; bñfaciam⁹
amore dei, obliuiscamurq; eoꝝ maloꝝ, qbus nos vel offendūt vel offenderūt, sciētes nobis
inde fore æternæ vitę mercedē, illis vero ęterni supplicij. Siqdē in eos deus certo, pro eis cō Deuter. 32
tra nos, malis sit animaduersurus, cui & vindictam relinquamus, qui ad nos dicit: Mihi vin- Luc. 14
dictam & ego retribuam, quod & Apostolus alibi repetit.

N ¶Nec obstat: Primo, ꝙ Chrūs dixerit: Si qs venit ad me, & nō odit patrē suū & matrem
non pōt meus esse discipulus. Respondeo, natura parētes debere nos diligere, verùm odire Acto. 5
vbi nobis impedimentū præbuerint ad perfectionem iustitiæ. Deo eñ magis ꝗ hominib⁹ Matth. 10
est obediendum: siqdem & deus præ omnibus sit diligendus. Psal. 6

O ¶Secūdo nō obstat, ꝙ sancti imprecati aliquoties fuerint mala inimicis, dicētes: Erubes- Psal. 82.
cant & cōturbent oēs inimici mei. Et dñs in Propheta: Cōfundātur (inqt) q me persequū Hebr. 24
tur. Respōdeo, imprecatiōes in scripturis trifariā intelligi. Vel. s. ꝑ modū prænūtiatiōis &
non optionis, vt sit sensus: Erubescāt, id est, erubescēt. Cōturbentur, id est, cōturbabuntur.

Vel

niſs,vel ex captiuitate tẽporali:nos vero à deo ab æterna ſumus liberati captiuitate,& re-
dempti,nõ corruptibilibus auro & argento,ſed filij ipſius vnigeniti ꝓtioſo ſanguine. Re- 1.Pet 1.
ćte igitur(vt ſcriptura dicit)deũ ſolũ vti dñm noſtrũ ſummũ,adorabimus.i.ſumma vene Deuter.6
ratione colemus,eiq; ſoli ſeruiemus.i.ſummã & humillimã ſeruitutẽ impendemus,iuxta
prophetã dicentẽ:Seruite dño in timore,& exultate ei cũ tremore.Seruire aũt deo,nihil Pſal.2
aliud eſt,q̃ ei quicquid vſpiã eſt religionis impẽdere,& cũ eo tandẽ in gloria regnare.Vn
de regina illa Saba ad Solomonẽ,qui Chri dei noſtri typus perinde fuit,dicebat:Beati ſer 3.Reg.10
ui tui,qui ſtant corã te ſemper.i.tibi cõtinuo inſeruiunt.Cæterũ,ad perficiendã vere illã Matth.10
ipſam deo Opt.ſeruitutẽ,requiruntur,iuſtitia.ſ.pœnitentiæ,quæ eſt bonorũ operũ,timor
de amittenda gratia diuina,ꝓparatio animæ ad tentationẽ,ne illi ſuccumbatur. Quæ ni-
mirũ tria in Chriſto hodie ſeruata,perpulchre arguit ſcriptura, dicens:Fili, accedens ad Ecci.2
ſeruitutem dei,ſta in iuſtitia & timore,& præpara animã tuam ad tentationem.

E ¶Primo quidẽ deo ſeruire volentes,ſtare debemus in iuſtitia.i.noſtra peccata per pœ
nitentiam,quæ bonis operibus,vt eſt ieiunare & corpus macerare,conſtat prorſus,dele- Roma.6
re.Sicut eñ(ait Apoſtolus)exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ,& iniquitati
ad iniquitatẽ,ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Hinc
Chriſtus formã ſerui accipiens,& in ſimilitudinẽ hominũ factus,ieiunio nõ indigẽs,quũ Philip.2
in primis erat verbo paulo poſt docturus pœnitentiã,inquiens:Pœnitentiã agite,& ap-
propinquabit regnũ cœlorũ:ſuo ieiunio dierũ & noctium quadraginta, quaſi per exem- Matth.4
plum docuit pœnitentiam,ad ſeruiendũ deo in iuſtitia,non in laſciuia carnis,

F ¶Secundo,timeamus,ne amittamus gratiã dei,qua vel ſola cõſeruamur, qua amiſſa,ni
hil ſumus.Hinc ſcriptura:Si nõ(inquit)in timore dñi tenueris te inſtanter,cito ſubuerte- 1 Cor.4.15
tur domus tua.Ideo propheta obnixe orabat,ne ſibi deus ſuã gratiam ſubtraheret,inqui- Ecci.27
ens:Ne proijcias me à facie tua,& ſpiritum ſanctũ tuum ne auferas à me.Proinde Paulus Pal 50
quoq; nos admonet,dicens:Contemplantes,ne quis deſit gratiæ dei,ne qua radix ama- Hebr.12
ritudinis ſurſum germinans impediat:arguens nos deeſſe dei gratiæ,quum illam peccatis
expellimus & amittimus. Hinc de Chriſto hodie dicitur: Poſtea eſurijt.i. conſeruari in
gratia.Sic & nos ieiunando, & poſt ieiunium debemus eſurire,conſeruari gratia dei in
præſentibus & futuris à diabolo tentationibus,propter quas,vt vere deo ſeruiamus.

G ¶Tertio,ꝓparemus animã noſtrã ad tentationẽ,ne illi,diabolo inſtigãte,ſuccũbamus.
Præparabimus aũt animas noſtras ad tentationẽ,qñ & ipſi cũ Chriſto autore,in iuſtitia
ſtantes & timore reſiſtimus tribus ſcripturis diabolo procurãte ad peccandũ tentatiões.

H ¶Primo,ſi ſuggerit,nos tentãs gula,dicẽs,vt dicamus lapides fieri panes,i.vt luxurie-
mur ac epulemur abũde,obijciamus,nos nõ ſolũ viuere in pane,ſed in omi verbo,q̃d ꝓce Deuter.8
dit ab ore dei,q̃ nutrimur plerũq; etiã corporalr,vbi dei voluntatẽ,q̃ verbo dei in ſcriptu
ris cõtinet, facim',q̃rẽtes eñ primo iuſtitiã dei,nõ dubitabim',qn deus ſatis nos nutriet. Matth.6

I ¶Secundo,ſi tentans ſuggerit vanam gloriam,dicens:Si filius dei es,dimitte te deor- Luc.12
ſum,id eſt,fac hoc vel illud, vnde poſſis ab hominibus habere gloriam vel laudem præ
alijs,dicemus:Scriptum eſt:Non tentabis dominum deum tuum,quem tentaremus vbi
vane & glorioſe velimus rem quampiam attentare,quæ neq; prodeſſet,neq; ſine deo fie Pſal.115
ri poſſet,cui ſoli,& nõ nobis,gloria eſt ac eſſe debet.Nobis autem gloriandum non eſt,ni
ſi cum Paulo in cruce domini,per quam nobis ſalus eſt exhibita. Galat.6

K ¶Tertio,ſi tentans ſuggerit auaritiã.ſ.appetitũ multæ gloriæ, diuitiarũ & potentiæ,di
cens:Si me adoraueris,&c.dabo tibi oĩa regna mundi,dicemus:Scriptũ eſt:Dñi eſt terra
& plenitudo eius,ipſe cœli ac terræ creãtor & dñs,nos vero ſerui eius ſumus,quibus nihil Pſal.23
eſſe propriũ debet,qui & propterea nudi naſcimur ex ventre matris,nudi in terrã reuer-
ſuri,qui propterea(ſcribẽte Apoſtolo)habẽtes alimenta & quibus tegamur,hiſce cõtenti
ſimus:ſiquidẽ radix malorũ omnium eſt cupiditas,quã quidã appetentes, errauerunt à fi 1.Timo.6
de,& inſeruerunt ſe multis doloribus.Id quod ipſe dæmon expertus es olim,quũ adſimi-
lari cupiẽs dño deo,eiq; eſſe par,detruſus es ad inferns.Vade igitur ſatana,& ipſe,mãdan Eſa 14
te ſcriptura,dñm deum adora,& illi ſoli ſeruias.Ille eñ & tuus eſt dñs,tibi dominans,& Deuter.6
nõ tu illi.Quod ſi totũ,fratres(vt dixi)egerimus,certum erit diabolũ cum ſuis tentationi
bus diſceſſurũ,quia non tamdiu homines dei iſte tentat,quãdiu vult,ſed quãdiu Chriſtus
permittit.Et ſi permittit eum paulíſper tentare,tamẽ repellit propter infirmã naturã,cui
ſufficit gratia Chriſti,qui(vt inquit Apoſtolus)fidelis eſt,& nõ patitur nos tentari ſupra 1.Cor.10
id quod poſſumus,neq; nos,eo procurante,niſi humana apprehendit tentatio. 2.Cor.12

HOMILIA XIIII. DE EO QVOD LEGITVR,
Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ, &c. Matth.12. Luc.11.

Feria quarta poſt primam dominicam quadrageſimæ.



Vangelium illud duabus præcipuis continetur partibus,in quarū prima,de signis ad habēdā fidem de re aliqua,mētionē facit.In secunda, Christus de pœnitentia Niniuitarū agit. Cæterū,quia superiore anno,quæ ad tractatum signorum pertinent, copiose disputauimus,superest,vt hodie secundam euangelij partem,quę de pœnitentia est,tractem,siquidē obiter se obtulerit prophetiæ psalmus de pœnitentia.Pro cuius vtiliore disputatione, ex euangelica lectione duas eliciemus conclusiones, quarum. A

¶Prima est,sine pœnitentia neminē posse saluatū iri,qñquidē B
Ionæ 3 nisi Niniuitæ pœnitentiā egissent,plane perijssent.Videns em̄(inquit scriptura) deus opera eorū,quia cōuersi sunt de via sua mala,est misertus super malitiam, quam loquutus fuerat vt faceret eis,& nō fecit.Et Chrs alibi:Nisi pœnitentiā feceritis,oēs peribitis,sicuti illi decē & octo,supra quos cecidit turris in Siloe,& occidit eos.Siquidē deus iustus est,nullum volēs ac debens impunitū relinqui malū,sicut nec bonū sine præmio.Quia vero peccatū est malū,quo volumus,loquimur,agimus cōtra id,qđ vel deus vult vel nō vult,proinde necessum est,vt homo p pœnitentiā se sponte puniat,vt grām de pctō impetret,vel vt æterno supplicio se subijciat,quo luat peccatū,qđ semp mortē æternā & pœnā infligit. Siquidē deus dixerit ad hominē:In quacunq; die comederis ex eo,morte morieris.Ideo q; Iacobus subsequens,ait:Peccatū quum consummatū fuerit,generat mortem.
Lucæ 13
Exo.9
Psal.118
Gene.2
Iaco.1.

¶Secunda conclusio, pœnitentiam non esse simplicem à peccatis resipiscentiam, sed voluntariam quandam ex amore propter peccata pœnam, qua homo se punit,quæ in quatuor consistit,vt facile notamus ex pœnitentia Niniuitarum. C

Psal.6 ¶Primo,vt pctōr cōtritionē & dolorē habeat de pctis,quibus deū clementissimū creatorē,dnm & patrē sponte offendit,à q̄ tot bona recepit ac recipit.Sic Dauid doluit de peccatis suis,vt lachrymis suis lectū suū rigaret.Sic & Magdalena,vt lachrymis suis pedes dni lauerit.Sic lamētante Esdra pro pctis populi,dictū est ei:Sic est pœnitentia in Israel. D
Luc.7
Esdr.10

¶Secundo,vt humillime cōfiteatur peccata sua.Id quod(vt nuper ostendimus)in Dauide patet,qui pœnitens ac plurimum de peccatis suis doleus,humillime incepit confiteri peccatum suum,dicens:Peccaui valde in hoc facto,sed precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui,quia stulte egi nimis.Ego sum qui peccaui,& ego inique egisti,q oues sunt,quid fecerunt?De qua confessione suo loco plura dicemus E
2.Reg.24
1.Para.21

¶Tertio,vt peccator incipiat & perseueret pro viribus suis satisfacere, ieiunando,vigilando,orando,lachrymando,eleemosynas dando,castigādo corpus,pro peccatis suis merito passionis Christi,sine quo nulla nostra est satisfactio.Sic Achab sceleratissimus, operuit carnem suā cilicio,ieiunauit,& dormiuit in sacco,demisso capite ambulauit,quare & dominus temperauit ei pœnā,quam ei inflixerat pro peccato.Sic & sacerdotes induerunt se cilicio & ieiunauerunt,audita potentia Holophernis.Sic Maria Magd.heremum ingressa,triginta annis sine humano cibo(vt credi par est)pœnituit. F
3.Regū.21.
Iudith.4.8

¶Quarto,vt peccator pœnitere non differat,sed q̄primum peccat,ipse q; vel quolibet modo intelligit suū peccatum,debet pœnitere,quādoquidem incertus sit horæ suæ mortis,quæ semper illi est timenda,quasi iam sit præ foribus,nec quū forte velit pœnitere,nō superfit ei tempus pœnitentiæ morte præuentus,vt plerisq;,nō sine dolore,contigisse intelleximus.Hinc recte monet scriptura, dicens:Ne dixeris, peccaui,& quid mihi accidit triste?Altissimus em̄ est patiens redditor.De propitiato peccato noli esse sine metu,neq; adijcias peccatū super peccatum,& ne dicas:Miseratio domini magna est, multitudinis peccatorū meorum miserebitur.Misericordia enim & ira ab illo cito proximāt,& in peccatores respicit ira illius.Nou tardes conuerti ad dominum,& ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius,& in tempore vindictæ disperdet te. G
Luc.12
Ecci.5

Lucę. 11 det grām audiētibus. Serpētes tollamus. i. venenatas diaboli suggestiōes excutiamus, ne fa
Psal. 56 ciant nos recidiuare in pctā, vt sic fierēt nouissima prioribus peiora. Et sic de reliquis, vt
Titum. 1 nuperrime docuimus. Et in summa declinemus in noīe Iesu mala, et faciamus bona, q̄d ni
si fecerimus, nō credētes, sed increduli et minime testes erimus, de q̄bus apl̄us ait: Cōfitent
se nosse deū, factis aūt negāt, cū sint abominati incredibiles, et ad omne opus bonū repro
1. Iohan. 1 bi: q̄nquidem testis debet esse verax, nō falsus vel fictus, inquit Iohānes: Qui dicit se nosse
deū, et mādata eius nō seruat, mendax est, et in hoc veritas nō est. Non erimus igitur testes Christo, si eū factis virtuosis nō sequimur, sed ipsum nomine solū referimus.

¶Secūdo, vt et pro Chr̄o moriamur, vti apostoli ac cæteri martyres fecere, morte di- G
co etiā naturali, sicubi occasio fuerit et necessitas, verū semp moriamur morte spūali, q̄ est
noīe Christi subtractio omniū eorū, quæ putant hic cōferre ad vitā temporalē, eandemq́
voluptuosam, cuiusmodi est corporis castigatio ab ijs, q̄ corpori et carni placēt, et sic oīs
passio et tribulatio, vel homini à dæmone, vel à mūdo, vel à carne procedēs, quā quis patienter noīe Iesu patitur, mors dicitur, qua Christū vere testamur, sic quotidie apostoli
Psal. 43 etiā adhuc viuētes pro Christo moriebant, et ei attestabant in propheta et in Paulo dicē
Roma. 8 tes: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed quæ
erat illa mortificatio et occisio? Nimirū r̄ndet pauloante Paulus: In charitate Christi, tribulatio, angustia, fames, nuditas, periculū, persequutio, gladius. Sic idē Paulus ad eandē
Coloss. 3 mortē nos cohortat, inquiens: Mortificate mēbra vestra, q̄ sunt sup terrā, fornicationē,
immunditiam, libidinē, concupiscentiā malā, auaritiam, &c. Qui quasi interpres ad Corinthios: Quasi morientes, inquit, et ecce viuimus, vt castigati et non mortificati, &c.

2. Cor. 6 ¶Ad hmōi q̄q́ passionē, crucē et mortē ipse dn̄s admonet, dicēs: Si q̄s vult venire post H
me, abneget semetipsum et tollat crucē suā, et sequat me. Qui voluerit animā suā saluā fa
Matth. 16 cere, perdet eā. Qui aūt perdiderit animā suā propter me, inueniet eā. Ad eū modū fratres
Mar. 8 demus Chr̄o testimoniū, minime scandalizādi, vtcūq́ mali nos, tamq́ cōsortio indignos
Lucæ. 17 à sua synagoga abijciunt, q̄nquidē ipsum malorū et iniuriarū, nō nobis, sed deo inferunt,
quē ignorāt, et nosse nolūt, cuius et charitate et causa, pessima quæq́ patiēter sufferamus,
memores, q̄ ille talia nobis p̄dixerit, ne scādalizemur, q propterea nobis pollicitus est spi
Matth. 10 ritū sanctū, eundēq́ paracletū, qui et ipse nobiscū testificat, nos fortificans ne deficiamus,
veluti eius virtutē et potentiā in ferijs eiusdem proxime futuris, deo fauente, audiemus.

Homilia

HOMILIA XLIIII. DE EO QVOD LEGITVR,

Si quis diligit me,&c. Iohan.14

In ferijs sacrosanctæ Pentecostes.

A Vod facit architectus sapiẽs in opere suo perficiẽdo, idẽ fecit pater ille om
nipotẽs in mũdo saluãdo, qñquidẽ ipse sit verus ille architectus, q cœlũ & Gene.1.
terrã & quicquid vtroq; cõtinet bene & sapiẽter creauit, & oĩa in pondere Sap.11.
& mẽsura disposuit. Sane sapiẽs architectus opus à se inceptũ non deserit, Heb.3.
donec ad perfectũ deducat, sic & summus ille artifex, & rerum omniũ opifex Apoc.10
pater omnipotẽs, opus saluationis quod incepit, nõ deseruit, vt qui filiũ suum vnigenitũ
ad hoc misit in mundũ, vt qui prius eramus filij iræ, adoptionẽ filiorum dei acciperemus, & Ephe.2
qui in noĩe filij sui crederemus, essemus filij dei. Quæ fides vt vniuersis pdicaretur, idem Gala.4
dei filius, iã dispensationis suæ mysteria cõsummaturus p passionẽ innocentẽ, triumpha- Iohan.1.
lem resurrectionẽ, gloriosam'q; ascensionẽ, apostolis suis iussionẽ ineuitabilem imposuit,
quatenus euãgeliũ veritatis & salutis, qd ipse in paruis Galilææ & Iudææ partibus pdicarat Psal.18.
toti mũdo annunciarẽt, exiret'q; sonus eorum in omnẽ terrã, & in fines orbis terræ verba eo Roma.10
rũ, ad eos dicẽs: Euntes in mũdũ vniuersum, pdicate euãgeliũ omni creaturæ. Qui credide Marci.vlt.
rit & baptizatus fuerit, saluus erit, q vero nõ crediderit, cõdemnabit. Vos eritis mihi te- Actorum.1.
stes in Hierusalẽ & in omni Iudæa & Samaria vsq; ad vltimũ terræ, vt sic ex vniuersis Iu Ephe.2
dæis & gẽtibus in vnitatẽ fidei cõueniẽtibus, vna cõstitueret ecclesia, Chri spõsa. Ad cui⁹
efficacẽ magnæ cõmissiõis exequutionẽ & moriturus atq; post resurrectionem ascẽsurus
frequẽter spm̃ sanctũ promisit, q eos pusillos primo cõsolaret in oĩbus tribulationibus & Iohan.14
aduersitatibus ne deficerẽt, inquiẽs: Nõ relinquã vos orphanos, sed rogabo patrẽ & aliũ
paracletũ dabit vobis, secũdo, q eos infirmos roboraret, vt in eis tribulatiõibus & aduersi- Lucæ.24
tatibus cõstãtes vsq; in finẽ essent mãsuri, inquiẽs: Ego mittã promissum patris in vos, vos
aũt sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Tertio, q eos adhuc pter eius car
nalẽ pñtiã incapaces & ignaros in oĩbus erudiret, q ad salutẽ cõsequẽdã necessaria eẽnt
dicẽs in hodierno euãgelio, Paracletus aũt spũs sanctus, quem mittet pr in noĩe meo, ille
vos docebit oĩa, & suggeret vobis oĩa, quæcũq; dixero vobis. Id qd sane promissum pror-
sus hodierna quinquagesima post resurrectionẽ die adimpleuit & consummauit. Cũ em̃ Acto.2
(inquit Lucas) cõplerent dies pentecostes, erant oẽs, s. apostoli in eodẽ loco, s. in cœna-
culo in Hierosolymis pariter cõgregati, factus est repẽte de cœlo sonus, tanq̃ adueniẽtis
spũs vehemẽtis, & repleuit totã domũ, vbi erãt sedẽtes. Et apparuerũt illis dispartitæ lin
guæ tanq̃ ignis, sedit'q; supra singulos eorum. Et repleti sunt oẽs spũ sctõ, & cœpere loqui va
rijs linguis, prout spũs sanctus dabat eloqui illis, &c. Et sane cũctis q tunc ex omni natio-
ne, q sub cœlo est, adfuerũt, admirãtibus, q illi quũ Galilæi essent oẽs, omni lingua loque
rentur, impletũ est, primo, qd olim per prophetã Iohelem dictũ est: Et erit in nouissimis
diebus, dicit dñs, Effundã de spũ meo super omnẽ carnẽ. Et prophetabũt filij vestri & fi- Iohel. 2
liæ vestræ. Secũdo, quod dñs in cœna & post resurrectionẽ ad suos discipulos dixit: Nõ
relinquã vos orphanos, sed rogabo patrẽ, & aliũ paracletũ dabit vobis. Et ego mittã vo- Iohan.14
bis promissum patris. Vos aũt sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Cum ve Iohan.16
nerit ille paracletus spũs sanctus, quẽ mittet pater in noĩe meo, ille vos docebit oĩa, quæ- Lucæ.24
cũq; dixero vobis, &c. Et sic, inquã, deus ille verus architectus, idem'q; sapientissimus ar-
tifex, illud qd incepit opus, s. de saluatione hominis hodierna die prorsus impleuit.

¶ Vnde aliq̃ sunt in vniuersum & gñatim colligẽda. Primo, prorsus oĩa fieri vera et im
B pleri oĩa, q deus ipse, dñs adeo'q; nr̃ Iesus Chrs, vel in scripturis, vel p viros sctõs oretenus,
vel scripto reliquit. Ideo'q; q de eis nõdũ facta sunt certo futura eẽ, nec vllã inibi dubitatio
nẽ relinqui: qñquidẽ impossibile sit deũ mẽtiri, qm̃ ipse ẽ veritas, & à q oĩs emanat veritas Hebræo.6
Sta (inqt) Balaam ad Balac, & ausculta, audi fili Sephor, Nõ est deus q̃si hõ, vt mẽtiatur, nec Iohan.14
vt filius hois, vt mutet, de seipso alibi dicẽs: Ego em̃ dñs & nõ mutor. Et hoc ẽ, qd Chrus Numer.23
ait: Amẽ dico vobis, q a non pteribit generatio hæc, donec oĩa fiant. Cœlũ & terra transi Malach.3
bũt, verba aũt mea nõ pteribũt. Hinc est corollariũ, quũ deus ipse vbiq; pœnitẽtibus pro- Matth.24
mittit grãm suã, impœnitẽtibus vero pœnã æternæ dãnationis, nõ sit q pœnitẽs velit des Marc.13
perare de grã dei, quã certo daturus est, nec q impœnitẽs velit negligere eius iustitiã se- Lucæ.21
cundũ quã vt ille nihil boni relicturus est irremuneratũ, ita nihil mali relinquet impunitũ Ezech.18
Matth.16

C ¶ Secũdo coll. tria potissimũ eẽ, ob q orare debemus semp pñtiã spũs sancti, q ipse so
lus in nobis opari pt, & sine qbus nihil plane eẽ quimus nec fore salui. s. cõsolatio in tribu-
lationib⁹, eruditio eorum, q nobis ad salutẽ necessaria sunt, cõsolatio in aduersis vsq; ad finẽ

D ¶ Primo igit, vt nos pter mũdi, carnis, dæmonis'q; ad peccãdũ tẽtationẽ mœstos &
tribulatos sua grã & fortitudine cõsolet. Vnde ipse paracletus. i. cõsolator dictus est. Est 2.Corin.1
em̃, inquit Aplus, deus totius cõsolationis, q consolat nos in omni tribulatiõe nr̃a. Sic ille

Matth.9 Matthæũ, sic Petrũ, sic Paulũ, sic Magdalenã, sic oẽs pœnitẽtes pctõres cõsolatus est, q ꝑ
Matth.16 culdubio ad eũ cũ ecclesia exclamarũt: Veni sancte spũs, pr pauperũ, veni cõsolator opti-
Acto.9 me, dulcis hospes aĩæ, dulce refrigeriũ, in labore requies, in æstu tẽperies, in fletu solatiũ.
Lucæ.7 ¶Secũdo, vt nos erudiat in oĩbus q̃ nobis scitu necessaria sunt, ne à via veritatis & salu E
tis erremus: qñquidẽ ipsi adeo sumus ignari, vt etiã ignoremus (ait Aplus) q̃d oremus, si-
Roma.8 cut oportet, ed ipse spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, q aũt scrutat̃ cor-
da, scit q̃d desiderat spũs, q̃a secundũ deum postulat pro sanctis. Ipse quidẽ spũs dñi, spũs
Esa.11 est (teste Esaia) sapientiæ, intellectus & cõsilij. Vnde scriptura: Sensum aũt tuũ quis sciet,
Sapiæ.9 nisi tu dederis sapientiã & miseris spm̃ sanctũ tuũ de altissimis? Et hoc est q̃d dñs hodie ad
Iohan.14 discipulos ait: Paracletus aũt spũs sanctus, quẽ mittet pater in noĩe meo, ille vos docebit
Matth.10 oĩa, & suggeret vobis oĩa quæcunq; dixero vobis. Idem & alibi ad eosdem: Ad reges, in-
Marc.13 quit, ducemini propter me in testimoniũ illis & gentibus. Quũ aũt tradent vos, nolite co
Lucæ.12 gitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enĩ vobis in illa hora q̃d loquamini. Non
enĩ vos estis q loquimini, sed spũs patris vestri, q loquit̃ in vobis. Id q̃d vtiq; adeo verum
reddidit, vt ipsi discipuli, vtcũq; idiotæ ex magna parte & rudes piscatores, oĩa idiomata
eã diserte, tamq; intelligibiliter loquuti sunt ad oẽs, q tum adfuerũt, vt stupefacti, quære-
Acto.2.3 re inter se cœperint. Nõne, ecce oẽs isti q loquunt̃ Galilæi sunt? Et quõ nos audimus vnus
quisq; linguã nostrã in qua nati sumus? Quidnã vult hoc esse? Imo Petrus, rudior alioqui
cæteris olim, perinde vt caput, tã eruditã ex sacris literis erutã orationẽ ad populũ habuit
Acto.4 vt per eũ prima die circiter tria millia hominũ ad fidẽ traxerit. Quod alij videntes, & com
2.Petr.1 perio, q̃ hoĩes essent sine literis & idiotæ, admirati sunt. Solus ergo spũs sanctus est, q ve
3.Reg.4 rã salutis impartit scientiã & facundiã, & quo (vt scribit Petrus) inspirati sancti dei hoĩes
Danie.1 loquuti sunt. Ille nimirũ sacrorũ ordinũ distributor, reges creat & principes, sacrat ponti
Gene.41 fices, eligit sacerdotes. Hinc sapientia Solomonẽ, intellectu Danielẽ, Ioseph cõsilio, Sam-
Iudich.3 psonẽ fortitudine, Mosen scientia, Dauidẽ pietate, Iob timore, & Stephanũ adeo erudijt,
Acto.6 vt eius sapiẽtiæ nemo resistere potuerit, iuxta veridicũ Iesu Christi verbũ: Ponite ergo
Lucę.21 in cordibus vestis, nõ pmeditari, quẽadmodũ respondeatis. Ego enĩ dabo vobis os & sa-
Lucæ.12 pientiã, cui nõ poterũt resistere & cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Ille etiã spũs est, q ec
Matth.16 clesiã ita regit & instruit in oĩbus ijs, q̃ fidei sunt, vt huius fides nunq̃ sit defectura, & cõtra
quã nec inferorũ portæ sint p̃ualituræ, vtpote q̃ propugnet ꝑ spiritũ veritatis, quẽ Chrũs
Iohan.14 illi semꝑ adfore pollicitus est, inquiẽs: Si q̃d petieritis in noĩe meo, hoc faciam. Si diligitis
me, mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrẽ, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat
vobiscũ in æternũ, spiritũ veritatis. Qui ergo ecclesiæ, adeoq; conciliorũ decretis relucta
tur spiritui sancto, sed incassum reluctatur, vt modo, & olim hæretici factitant.
Matth.10 ¶Tertio orabimus, vt nos corroboret in fide & in aduersis, ne aute deficiamus: qñqui F
Esaię.11 dẽ qui perseuerat in finẽ, hic saluus erit. In tãta vero coustãtia, cõtra tot aduersa, quis nos
corroborare poterit, nisi spũs sanctus, q spũs est fortitudinis? Qui ita hodie apostolos vir
tute ex alto induit, vt deinde ausi fuerint inermes solo verbo dei stare aduersus potẽtatus
Acto.4 & magistratus, eorũ minas, ne nomen Iesu p̃dicarẽt, cõtemnere, & ꝑ Petrũ ad eos dicere:
Si iustũ est in cõspectu dei vos potius audire q̃ deũ, iudicate: Nõ enĩ possumus, q̃ vidimus
& audiuimus nõ loqui. Et dimissi cũ minis inter cætera hisce verbis ad dñm precati sunt,
Et nunc dñe respice in minas eorũ, & da seruis tuis cũ omni fiducia loqui verbũ tuũ, &c.
Et quũ orassent, motus est locus, in quo erãt cõgregati. Et repleti sunt oẽs spũ sancto, &
loquebant̃ verbũ dei cũ fiducia: qui & deinde prohibiti, ne docerẽt in noĩe Iesu, respõde
Acto.5 runt fortiter, Obedire oportet deo magis q̃ hominibus, qui & cæsi & dimissi à cõcilio iue
runt gaudẽtes à cõspectu concilij, qm̃ digni habiti sunt pro noĩe Iesu contumeliam pati:
Roma.8 proculdubio dicentes cũ Paulo: Quis nos separabit à charitate dei Christi, tribulatio, an
angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persequutio, an gladius?
Psal.76 ¶O æterne, idemq; deus omnipotẽs, quãta tuæ dexterę mutatio? O quãta tui spũs for G
Matth.26 titudo & consolatio? Qui enĩ nuper voce vnius ancillæ te negarũt in publico, hodie con
Marc.14 solatione tui spũs te palam coram omni populo, nõ modo sermone, sed & facto ipso con
fessi sunt. Qui nuper timore captiuantium te aufugere, hodie in faciem eorũ restitere, sua
Iohan.20 sponte illis occurrentes. Qui nuper concludebantur in domo propter metũ Iudæorũ, ho
die cũ fiducia extra domũ exierunt, palamq; nõ modo coram Iudæis, sed & coram omni
natione, quæ sub cœlo est, nomen filij tui Iesu p̃dicare cœperũt. Qui nuper tristes ac mœ
Iohan.16 sti fuere, audientes, quas noĩe tuo persequutiones passuri essent, hodie & deinde gauisi
Acto.5 sunt, q̃ digni haberent̃ nomine Iesu cõtumeliam pati, quorũ deinde nonnulli in omni cõ
Hebr.11 stantia fidei lapidati sunt, nõnulli cæsi, nonnulli decollati, nonnulli suspensi, nonnulli secti
& excoriati, nonnulli alio supplicij genere mortui sunt, nimirũ non dubitantes secũ fore
spiritum sanctum in gloria, quem hic secum habuissent in gratia.

¶Sic fra-

H ¶Sic fratres chariſſimi,& nos omni,ſed potiſſimū hæc pentecoſtes tēpore,ſumma deuotione orabimus,vt idem ſpūs ſanctus nos dignetur in tanto omniū rerū diſturbine con ſolari,in omni doctrina ſalutis erudire,& demum in fidei cōſtantia aduerſum quoſcūq;,tā viſibiles,q̄ inuiſibiles hoſtes ita fortificare & cōſeruare,vt oēs tribulationes noie Ieſu patienter ſimus laturi,memores,nos nō aliter animas noſtras q̄ in patientia poſſe poſſidere quā habituri ſumus,vbi ſpū ſancto largitore,charitatē in Ieſum habuerimus,ipſumq; dilexerimus,quē diligemus,quū eius ſermonē(vt ipſe ait)obſeruauerimus,qui & ipſe ventu rus nobiſcum cū deo patre & ſpiritu ſancto habitabit. Amen. Luc.21

HOMILIA XLV. DE EO QVOD LEGITVR, Sic deus dilexit mundum,Iohan.3 In ſecundis ferijs pentecoſtes.

A 

Vt cum propheta regio dei eloquia meditantur,& ſcripturas cū Eunucho penitus intelligere ſatagunt,nō prorſus inique admira bundi hodie poſſint interrogare,quur verba euangelij Iohannis hac die pentecoſtes,q̄ ſpiritui ſancto dicata eſt,in eccleſia legi ſo leant,quū nihil fiat inibi mentionis de ſpū ſancto,qū alioqui plerunq; ſemper verba tēpori reſpondeant?Qui ſcire pro reſponſo debuerint,idipſum & hac die in euangelio obſeruarit,ſiquidē quod ſatis intelligi poſſit de ſpū ſancto,quū de ineffabili illa charitate loquaƭ,qua deus mundū ita dilexit,vt ob eius ſalutē,ſuū filium ab æterno vnigenitum mittere nō ſit dedignatus , quo per ipſum ſaluemur. At ſpūs ſanctus amor eſt patris & filij,quo tantū opus.ſ.humanæ ſalutis effectiuū eſt perſ·ctū.Eſſe ſpm ſanctū ac dici amorē teſtatur Iohannes:Deus charitas eſt & qui manet in charitate,in deo manet,ac deus in eo;qui & ideo ignis.ſ.intraneus appel lari cœpit,quo veluti feruentiſſimo amore ad diligendū deū,homo ita incenditur,vt cum apoſtolis o[illegible] huius mūdi mala pati velit,anteq̄ ab eo diſcedere. De quo quidē igne dñs ait:Ignē ven[illegible] mittere in terrā,& quid volo niſi vt accendatur?Quem ſane ignē.ſ.amoris ſpūs ſancti,h[illegible] in diſcipulos miſit,qbus ideoq; dicunƭ apparuiſſe diſpartitæ linguæ tan q̄ ignis:nimir[illegible] [illegible]o ſpūs ſanctus,amor patris & filij ſignificatus eſt. Quod vero opus ipſius humanæ ſalutis eo.ſ.amore,ſpū ſancto.ſ.cōſummatum ſit,hinc patet,qa in principio eius operis.ſ.in miſſione filij p cōceptionē in vtero diuæ virginis,operatus eſt,angelo teſte,q̄ inquit ad virginē Mariā.Spūs ſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſſimi obumbra bit tibi,&c.Et hoc eſt,q̄d Chrs in hodierno euāgelio de ſuo atq; patris erga mundū amo re loquiƭ,opus ſpūs ſancti intelligēs ac dicēs:Sic deus dilexit mūdū,&c.V nde colligim⁹. Pſal.118 Acto.8 Iohan.3 1.Iohan.4 Luc.12 Luc.1

B ¶Primo,dei amorē erga nos longe maximū vel ex eo demonſtrari, q̄ pro nobis filiū ſuū vnigenitū dederit.ſ.hominē pro nobis naſci dignatus ſit.Vnde & Apoſtolus argumē tatur,illū nihil nobis denegare poſſe,inquiens:Si deus pro nobis,quis cōtra nos?Qui etiā proprio filio ſuo nō pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illū.Quomodo nō etiam cū illo omnia nobis donauit.Et profecto ineffabilis eſt charitas,q̄ ille qui eſt dominus,& de us,& creator immortalis,& æternus, infinitus,puriſſimus, dedit pro nobis.ſ.indeuotis, mortalibus,tēporalibus,finitis,impuriſſimis,ſeruis, creaturis & peccatoribus : dedit,inquam,pro nobis,nō ſeruum,nō angelum,nō archangelum,nō adoptiuum, ſed ſuum pro prium,ſed filium ſuū vnigenitum,Ieſum Chriſtū.Vnde denuo eliciuntur. Matth.1 Luc.2 Iohan.1 Roma.8

C ¶Primo,error eoꝝ,qui negant Ieſum Mariæ filium dei Opt.Max. naturalē eſſe filiū, quibus cōtraria eſt hoc in loco emphaſis in verbo filiū ſuū vnigenitū,ſi vnigenitus ergo non qui fide & gratia & adoptione,ſi filius ſuus,ergo nō alterius filius eſt, quod euidētius Paulus arguit in vocula,proprio,&c.qua de re latius in Catholicis noſtris.

D ¶Secundo,nos ediuerſo ineffabiliter obligari ad amandū deum, natura exigente, quæ cogit,vt amatus reamet.Quem redamamus,quū totis viribus,nō timore vel æternæ vel tēporalis pœnæ,ſed amore ipſius bonitatis & beneficioꝝ,& amoris erga nos ipſius, man data eius ſeruauerimus & proximū noſtrum dilexerimus. Hinc Iohannes:Nos ergo,inquit,diligamus deū,quoniā deus prior dilexit nos.Hæc eſt charitas dei,vt mandata eius cuſtodiamus. Et hoc mandatum habemus à deo,vt qui diligit deum,diligat & fratrem ſuū.Si quis dixerit, quoniam diligo deū,& fratrem ſuum oderit, mendax eſt. 1.Ioh.4.5 Iohan.20

E ¶Secundo collig.deum miſiſſe filiū,vt in eū credamus,& credentes vitam æternā habeamus,Credunt autē in Ieſum,qui credunt in eū,dei,natura, eſſe filiū, & illum nos olim filios ita per humanitatē ſuā ſuo patri reconciliaſſe,vt ſi voluntatem eius bene operando ſeruauerimus,certo ſimus filij dei gratiæ & nō iræ.Hinc Iohānes:Videte(ait)qualem dile ctionē dedit nobis deus,vt filij dei nominemur & ſimus. Si modo(ingt Paulus)filij dei ſu Ephe.2 1.Iohan.3 Roma.8

Iaco.2 Tit.1. Deutero.5 Psal.50 mus,sumus & hæredes dei,cohæredes aũt Iesu Christi.Si tamen compatimur, vt & con glorificemur.Inde à credentibus excluduntur,qui sunt sine bonis operibus, sine quibus fi des est mortua,quos Apostolus incredulos appellat,qui deũ factis negant,plurimũ dcin- dc distat vetus testamentum à nouo,φ illud dumtaxat longitudinem dierum,hoc æter- nam & indissolubilem vitam pollicetur.

Prouer.3 1.Timot.2 Osee 13 Sap.1. Eccli.15 ¶Tertio coll.deũ,adeoq; filiũ ipsum dei,nulli,sed vnicuiq; male operantẽ & nõ cre- dentẽ sibi esse causam dãnationis.Ipse quidẽ dñs venit saluare,nõ damnare.Siquidẽ quã- tum in medico est,sanare venit ægrotũ.Ipse se interimit,qui pcepta medici seruare non vult aut contemnit.Hinc dñs:Perditio tua(inquit)Israel ex te est,tantũmodo in me auxi lium tuum.Et hoc est q̃d scriptura ait:Deus mortem non fecit,nec lætatur in perditione viuoꝝ.Creauit eñ vt essent omnia,& sanabiles fecit nationes orbis terrarum. E

¶Vnde impietatis coarguunt,qui aiunt deũ esse peccati authorẽ,vel nõ esse in hominis voluntate,posse aut velle saluari,quũ tamen ante ipsum deus posuerit,vitã & mortẽ, bo- num & malũ.Quod placuerit ei,dabitur illi,Nemini mandauit impie agere,& nemini de dit spatiũ peccandi.Non eñ concupiscit multitudinẽ filioꝝ infideliũ & inutilium. F

¶Quarto coll. plerosq; esse incredulos & dãnandos,qa tenebras q̃ lucẽ.i.peccata q̃ vir tutes magis amẽt,& sequi vt sua spõte & merito dãnent,maxime φ nolint de pc̃tis suis à luce.i.à Chro & eius pdicatore emẽdationem argui. Siquidẽ impius cũ ad profundũ ma loꝝ venit,cõtemnit.s.moneri & corrigi.Hinc scriptura:Iustitia(inqt) ppetua est & im- mortalis,iniustitia aũt mortis acquisitio.Impij aũt manibus & verbis accersierũt illã.Vn de denuo patescit hominẽ sibi sponte,nõ deũ suæ mortis æternæ esse causam. G

HOMILIA XLVI. DE EO QVOD LEGITVR,

Amen amen dico vobis,qui nõ intrat per ostium,Iohan.10

In tertijs ferijs Pentecostes.



Psal.18 Roma.10 Acto.20 Via Christi ecclesia,quę in principio mũdi(vt in Catholicis nostris docui mus)ab Adamo & Abel incepit,tum primũ augeri & manifestari cœpit, quando apostoli spũ sancto repleti,illam sua fideli prædicatione per totũ terrarꝫ orbem congregare cœperunt.Ideoq; hodierna tertia pentecostes die euangelium legi consueuit,quo dominus notat episcopos & prælatos adeoq; prædicatores,quos post apostolos(vt Paulus ait)spũs sanctus posuit regere eccle siam dei,quam acquisiuit sanguine suo.Subinsinuat igitur Christus,quales esse oporteat, qui vere ac salutariter suo ouili,adeoq; suis ouibus,id est,suæ ecclesiæ,& eis qui in ecclesia sunt,præesse volunt vt episcopi vel prælati. A

¶Primo quidẽ perdocet eos,qui volũt esse pastores.i.prælati ouiũ,oportere ingredi per ostiũ.i.per Christũ.i.ita acceptare sua ouilia,sicut Christus acceptauit suũ ouile.i.ec clesiam.Atqui Christus ad ecclesiã nõ sua sponte.i.ambitione,precario,potẽtia,pecunia vtilitate propria,vel hoc modo ductus,sed vocatione,missione,institutione patris,& vti litate ouiũ.i.vt vitã haberẽt,venit,alibi inquiens:Sicut misit me pater,& ego mitto vos, Ita nimirꝫ suos quoq; discipulos vti veros plātos misit,Marco dicẽte:Et vocauit duode- cim,& cœpit eos mittere binos,& dabat illis potestatẽ spirituum immundoꝝ.Et hoc est quod Apostolus prohibet,ne quis sibi honorem vsurpet, nisi vt Aaron vocatus. Quod quia olim Chore,Dathan & Abyron spreuerunt,murmurantes contra Mosen & Aaro- nem,viui in infernũ descenderunt,operti humo de medio multitudinis perierunt. B

Iohan.20 Marc.6 Matth.10 Luc.9 Hebreo.5 Numer.16

Roma.10 Acto.8 ¶Hinc schismatici & hæretici & alij quicũq;,qui se ad pdicandũ & regendũ in ecclesias vel sua sponte,vel potentia,vel pcario intruserunt,veri pdicatores & pastores non sunt. Qũo eñ prædicabunt.s.salutariter,nisi mittanf,ait Paulus,Nec veri pastores sunt & pla ti,q suas ecclesias pecunia nanciscunf,imo similes Simoni illius nequitiosi,qui donũ spũs sancti pecunia cõparare voluit.Imo similes Caiphæ,qui & ipse aliunde.s.pecunijs in oui- le.i.regimen & episcopatũ ascenderat.Ideoq; pastores nõ erant veri, sed fures & latro- nes,qui nõ per Christũ,sed ante eum venerant,veluti ante ipsum venisse, qui aliter q̃ ipse veniũt,furãtes,mactãtes & perdẽtes.s.Christo salutẽ ouiũ & suã tantũmodo vtilitatem 1.Cor.10 quærẽtes cõtra Pauli pceptum.Væ ipsis de huiusmodi furto,quo nõ est maius,quia deo surripif,nec funestior mactatio atq; immolatio,q̃ quæ fit dæmonib⁹,nec perditio maior q̃ quæ est æterna.Hæc aũt faciunt hæretici & alij qui aliunde in ouile ingrediuntur.Vo- lentes itaq; fieri ecclesiarum vel aliorum hominum prælati,studeant. C

¶Primo,ingredi vocatione,missione,& aliena vtilitate ducti,nec Christum modo pdi cent,sed & eius gloriam et omniũ salutẽ quærãt,sic fiet,vt eis ostiarius.i.spũs sanctus ape- riat.s.ea quæ conducent pro regimine ouiũ,et oues audient ipsoꝝ voces.s.ad salutem. D

¶Secũdo,vocẽt oues suas nominatim,et educẽt eas.i.frequẽter cũ eis sint,et ita illis dili E

gentes

genter studeant docēdo & pascēdo, vt plane sciāt, qd vnicuiq; profit, aut noceat, aut deficiat, ne qua per lupū.i.diabolū vel eos, q eius sunt, rapiat. Hinc ad epos ait Aplus: Attēdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spūs sctūs posuit epos regere ecclesiā dei, quā acquiuit sanguine suo. Ego scio, qm intrabunt post discessionē meā lupi rapaces in vos, nō parcentes gregi. Qui & ad Titū scribena, inqt: Huius rei gra reliquite Crete, vt ea quæ desunt, corrigas, & cōstituas p ciuitates presbyteros, sicut & disposui tibi. Non sunt igit pastores, q cum suis parrochianis non sunt, vel eis sufficienter per alios non prouident. Actor. 20 Titum. 1

F ¶Tertio, vt ante oues præcedant. s. bonis exēplis vitæ, quæ oues plerūq; potius q̄ vocē id est, doctrinā sequunt, quā ipsi facto probēt. Hinc dns ad discipulos vice oim prælatorum: Sic luceat (inqt) lux vestra coram hoībus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum q in cœlis est. Et Paulus ad Timotheū tanq̄ ad prælatum: Nemo (ait) adolescentiam tuā contēnat, sed exemplo esto fidelū in verbo, in cōuersatiōe, in charitate, in fide, in castitate. Et ita nimirū cœpit (inqt Lucas) Iesus facere & docere, vtpote nō ignarus, nihil æque ad bellandū milites prouocare, q̄ cum ipse dux per se bellū sine formidine ingredit. Debet em̄ is rem primo aggredi, qa ad rē capessendā cohortat. Hoc est qd ipse dns hodie ait: Et cum proprias oues emiserit. s. ad docendū, ante eas vadit. s. exemplis bonis, doctrinam demonstrans esse imitandā quam difficulter alioqui sequentes oues nisi pastorem præcedere viderint, quam tñ capessere debuerint, vicissq; vitæ sint malæ pastores dño alias dicentes Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi, omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite, secūdum opera vero eorum nolite facere. Dicunt em̄ & non faciunt. Cæterum, qui suis malis exemplis impedimento sunt subditis, ne viam salutis ingrediantur, dominum dicere audiant: Væ vobis scribæ & hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim nō intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Matth. 5 1.Timot. 4 Acto. 1 Matth. 23 Matth. 23

G ¶Quarto, q per Chrm mō, quo diximus ouile ingrediunt, & hic bonis doctrinis & exēplis oues pauerint, futurū ē, vt & ipsi in fine vitæ ex hoc seculo egredient & ipsi pascent. s. pabulo vitæ æternæ, q minus peribunt fame æternæ mortis. Quæ em̄ seminauerit homo hæc & metet. Qui itaq; seminat in spū, de spiritu metet vitam æternam. Luc. 11

¶HOMILIA XLVII. DE EO QVOD LEGITVR: Iohannis. 3. Erat homo ex pharisæis Nicodemus nomine &c.

In ferijs sanctæ & indiuiduæ trinitatis.

A 

Onstat (frēs charissimi) eum proculdubio in æternū perditū iri, qui fidē catholicā minus integrā seruat, esse'q; hāc præcipuā fidei partē, vt credamus & veneremur vnū deū in trinitate, & trinitatem in vnitate. s. deū patrē, deū filiū, deū spm̄ sanctū, ita vt ij tres vnus plane sint deus & psonarum trinitas, in qua nihil sit prius, aut posterius, nihil maius aut minus, sed totas tres psonas coæternas sibi eē & coæqles, veluti anno supiore ad lōgū p virili disputauimus, & in libro catholicorum in lucē deprompsimus. Quia vero vt liquet, hactenus singulis psonis, singulæ ab ecclesia dicatæ & seruatæ sint feriæ, deo videlicet patri natiuitatis, deo filio paschatos, deo spiritui sancto pētecostes, feriæ institutæ sint. Ne q in Arrianā impietatē laberent, ac crederēt cū Arrio, tres illas psonas, ita scdm substantiā diuisas, vt diuisas habēt ferias, ecclesia ipsa vt fidelissima mater & prouidissima magistra vnicā hodiernā illā tribus psonis id est, sanctissimę in diuinia trinitati festiuitatē instituit, vt doceat vnū prorsus deū in trinitate adorandū, & trinitatē in vnitate venerandā, iuxta Euāgelistā dicentē: Tres sunt q testimoniū dant in cœlo, pater, verbū & spūs sanctus, & ij tres vnū sunt. Et qdē ipsa ecclesia hodiernā de trinitate solēnitatē illico post pētecostes. i. de spū sancto solēnia, vel ideo celebrandā ordinauit, qm post aduētum eiusdem spūs sancti prædicari statim & credi, & in baptismo celebrari cœpit fides, & cōfessio nois patris & filij & spūs sancti. Nam antea præsente in carne dño, nusq̄ nois huius distinctionē aperte traditā vel obseruatā legimus nisi cum post resurrectionem suam ait discipulis suis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in noīe patris & filij & spūs sancti. Sed tūc qdem hæc ecclesia tradita est, nūc aūt primū actu exhibita, vbi ipsa die pentecostes primitus in tribus milibus ecclesiæ baptisma celebratum est. Eapropter idipm hodie euangelium legi solet, in quo maxime necessariū salutaris baptismi remediū cōmendat, qa videlicet sine virtute huius nois, quātacunq; dicas, irritū est lauacrū, neq; per aquam pt quisq̄ renasci, nec aliter hoc noīe signamur, nisi cū illo baptismi sacrm suscipiamus, quod in inuocatiōe sanctissimæ trinitatis sanctificat baptizatos, vt ex euangelio accipitur. Vnde colligimus. Iohan. 3 Matth. vlt. Actor. 2

¶Primo: Duas esse hoim natiuitates, vnã.s.carnalem & mortis, qua carnaliter ex vtero B
Gene.3 matris in hunc mundum nascimur in peccato vnde mors venit, qñ in primo parente deserta paradisi requie, propter peccatum expulsi sumus in hoc exilium. Cuius natiuitatis
Iob.3 infelicitatem vir sanctus mysticen deplorat, dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Alteram vero natiuitatem esse.s.spũalem, qua spiritualiter non per vitam temporalem, sed ex deo in æternã vitam nascimur Chr̃iani, de
Iohã.1 qua hodie in euangelio, & fit per baptismũ. Cuius sane vtriusq; natiuitatis fit mentio in Euangelista dicente: In propria venit & sui eũ non receperunt. Quotquot aũt receperũt eum, dedit eis potestatẽ filios dei fieri, ĳs q credunt in noie eius, q nõ ex sanguinibus neq; ex volũtate carnis, neq; ex volũtate viri, sed ex deo nati sunt.s.p baptismũ, de q̃ euãgeliũ. Et hoc est qđ dñs ait: Quod natũ est ex carne caro est, & qđ natum est ex spũ spũs est.

¶Scđo: Colligimus baptismũ, nihil re ipsa aliud esse, q̃ ex aqua & spũ regenerationem, C qua.s.homo de tenebris peccati & mortis nascit ad lucem virtutis & vitæ æternæ. Ideo non videri nouum debet, quod baptizatus dicat renatus. Quandoquidẽ vt consuete nasci dicit, qui de vtero matris procedens in hanc lucem ingreditur, ita renatus dicit, qui à spirituali morte ad vitam veram eandemq; æternam sublimatur, quæ vtiq; magis vita est ac dici potest, q̃ hæc præsens, vtpote vmbræ & mortis quàm lucis & vitæ multo similior.

1.Para.13 ¶Tertio: Neminem nisi baptizatũ dei regnũ videre, & sic vitã æternã ingredi posse, D
Psal.143 Christo hodie ad Nicodemũ dicente: Amen amẽ dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, non potest introire in regnum dei. Qui eñ (inquit idem alias) crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Nec obstat dicere, ꝙ sancti illi patres, Abrahã, Isaac, Iacob, Moses, Helias, hocq; genus alĳ in veteri testamento regnum dei credant introĳsse, q tamen non fuerint baptizati, quũ cõstet non confestim hoc dicto cœpisse sacramenti huius celebrari virtutẽ, sed nec quãdiu idem dñs noster deus immortalis hõ inter hoĩes deguit, nostram indutus mortalitatẽ. At vbi resurgendo ipse à mortuis regnare cœpit, priorq; in
Mar.vlti regni sui gloriam intrauit, tunc primũ cœpisse renasci, q viderunt regnũ dei, videlicet p
Matth.vlt. baptismũ cõmoriendo & cõresurgendo illis data tunc primũ regula baptizandi ab eodẽ dicente: Euntes docete oẽs gentes, baptizantes in noie patris & filĳ & spũs sancti. Nec
Iohã.19 eñ vel per baptismũ Iohannis, vel per aliquod aliud remediũ, cuiq̃ poterat aperiri regnũ dei, prius q̃ ipse rex per passionem suam acquireret illud prius q̃ aquam & sanguinẽ de latere suo profluentem, ipm conderet sacm baptismi & sanciret vniuersam ecclesiam. E

Roma.4 ¶Rñdeo: Illos q alioqui sancti & iusti in lymbo detinebant, fuisse virtute fidei Christia
Gene.17 næ, cuius ipsi in Abrahamo signũ iustitiæ per signaculũ circũcisionis acceperunt, per san
Coloss.2 guinẽ & aquam Chr̃i in cruce baptizatos, qñ.s.in cruce moriens, Adæ debitum soluit, vni
Iohan.19 uersamq; ecclesiam quæ hactenus fuerat, regenerauit, vbi mortuus mirabiliter sanguinẽ
Gene.2 & aquam de latere suo profudit, vnde illa renasceretur, sicut dormientis Adæ lateri costam subduxit, vñ Eua fabricaret. Sicut eñ nunc infantuli vere dicunt credẽtes & introire in regnũ dei virtute fidei ipsius in qua baptizant, sic pr̃es in veteri testamẽto vere dicũtur baptizati virtute fidei sacramẽti baptismi, p sanguinẽ & aquam Chr̃i in cruce pendẽtis. Vnde baptismus in omnẽ ecclesiam, quæ illũ apud inferos expectabat, virtutẽ accepit.
1.Cor.15 Et ita nimirũ, sicut in Adam oẽs moriunt, ita & in Chr̃o omnes viuificabuntur &c.

Roma.6 ¶Quarto: Vt nemo renasci p̃t, vterũ matris ingrediendo, ita nemo rebaptizari. Quan F doquidẽ baptizati sumus (inqt Paulus) in morte Chr̃i, q vt semel mortuus est, & vltra nõ
Hebr.6 morit, ita nisi semel baptizari possumus, alioqui rebaptizare sit Chr̃m eodem teste crucifigere, quum ait: Impossibile est eos q semel sunt illuminati, gustauerunt etiã donũ cœleste & participes facti sunt spũs sancti gustauerunt nihilominus bonũ dei verbũ, virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœniam, rursum crucifigẽtes sibimetipsis filiũ dei ostẽtui hñtes, de quo alibi plura diximus, vbi de anabaptistis disputatio nobis eẽt.

¶Quinto: Hoiem de ĳs quæ supra eius sunt intellectum, non debere curiosius quære- G rere aut scire velle, quum vix intelligat quæ ante eius sunt oculos, at sufficit ea credere, id quod indicat dominus, dicens: Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & qđ vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Debemus enim inibi Christo
Ecci.3 credere, & eius verbo omni acceptiõe maiori. Hinc hodie Nicodemũ Christus increpat
Sap.9 dicens: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis &c. Et hoc est quod Solomon inquit: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Non enim est tibi necessarium, ea quæ abscõdita sunt videre oculis tuis. Si quoque (inquit scriptura) difficile æstimamus, quæ in terra sunt, et quæ in prospectu sunt inuenimus cũ labore, quæ in cœlis sunt qs inuestigabit?

¶De hoc genus vero rebus esse vel præcipuam sanctissimã illã in diuinis trinitatẽ in- H de patet, qđ trinitas nihil aliud sit q̃ deus ipse, vnus in essentia, et trinus in p̃sonis.s.patris, et filĳ

& filij & spūs sancti, quod vtiq; nomen patris & filij & spūs sancti perfecta & integra est
vnius veri dei definitio, tam profecto cognitu & scitu difficilis, vt ipsa idcirco præteri-
tis generatiōibus ante aduentū Christi tacita fuerit vulgo, qa necdū illam capere potuit, Galat.5
infantia seu iuuentus mundi, nimiū carnalis in Nicodemo sub pædagogo seruiens popu-
lo dei, nēpe quam ne nunc qdem iam grandæuus, postq̄ incanuit Christo adueniente, si- Esa.64
ne magno prædicentiū labore intelligere potuit, cuius (inquam) nomen.s. trinitatis à secu
lo nō fuit auditū, nec hoīes de corde suo cōminisci potuerunt, qa videlicet significatū eius Col.2
oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hoīs non ascendit, qđ solus ipse deus (in q̄
oīes sunt thesauri oīs sciæ & sapiæ) nouit, q hoc sibi nomen.s. trinitatis imposuit per
filium dicens: Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos in noīe patris & filij & spūs san-
cti. Si igitur trinitas est vnus deus & solus & verus in trinitate personaꝝ, qs erit qui ipsam
perscrutari satagets? Quid lutū & vas fictile de creatore disputat, & ad naturæ suæ rōnē nō
pōt puenire, & curiose scire q̄rit de mysterio trinitatis, qđ angeli in cœlis scire nequeūt?
K ¶ Vis scire naturā dei adeoq; trinitatis, hoc scito, q̄d nescias. Hoc sane est deus, quod & Gene.32
cum dicit non potest dici, vtpote quod mirabile est & terribile, quod cum æstimat, nō po Psal.110
test æstimari: cum comparat nō potest comparari, quia simile nō habet, quum definitur,
ipsa definitione crescit, quia cœlum manu sua cooperit, pugno omnem mundi ambitum
claudit, quem totum oīa noscunt & metuendo sciunt. Et qđ mirum si diuinæ essentiæ pe Hiere.32
lagus infinitum à nobis sciri nequit, quum & opera eius ac iudicia, quæ essentiam eius in-
dicare solent in creatura nullo pacto scrutari poterunt. Quorum cum Apostolus aliqua
tractare concepisset in admirationis stuporem versus exclamauit: O altitudo sapientię & Roma.11
scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Verun-
tamen quod inuestigari non potest, nec inuestigatum eloqui credi potest, & creditum Psal.115
prædicari, veluti fecit Propheta, inquiens: Credidi propter quod loquutus sum.
L ¶ Quatenus vero credendū sit, scriptura pdocet, vtpote tres esse in cœlo.s. patrē & ver 1.Iohan.5
bum & spm̄ sanctum, & eos tres vnum esse.i. patrem & filium & spm̄ sanctum vnum na-
turaliter deum, neq; tamē ipsum patrem esse, q filius est, neq; filium ipsum esse q pater est,
neq; spm̄ sanctum esse, q pater est & filius. Siqdem vna sit, patris & filij & spūs sancti essen
tia, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spūs sanctus, quamuis sit personaliter alius
pater, alius filius, alius spūs sanctus.i. alterius personæ, quandoqdem pater & filius & spūs
sanctus sunt trinitas propter proprietatem personaꝝ & sunt vnus deus propter deitatem
inseparabilem, vbi tria nec plus sunt q̄ vnū, nec vnū minus q̄ tria, quum & trinitas insepa
rabilis sit in psonis sensu, & separabilis voce. Ipsius aūt trinitatis nomina, nō alia causa vi
dent seiuncta, nisi vt hoīes sancti per hoc instruerent, quum plane credendum sit, in dei
trinitate esse vnitatē, & in eiusdē vnitate esse trinitatē, & inibi nihil (vt diximus) esse prius
aut posterius, nihil maius aut minus, sed totas tres psonas sibi esse coæternas & coæquales. Psalm.18
M ¶ Hæc nimiꝝ est fides pr̄iarchaꝝ & prophetaꝝ figurata & edocta, ab apostolis, vsq; in Roma.10
finea orbis terraꝝ prædicata, à sanctis martyribus sanguinis effusiōe testificata, ab oīi-
bus orthodoxæ fidei professoribus firmiter cōfessa, & in nobisipsis adeo in creaturis ma- Exod.3
nifesta. Mens eni nostra meminit sui, intelligit & diligit se, hoc si cernimus, cernimus tri- Exod.19
nitatē nōdum qdem deum, sed magnum dei. Nam dum mens sui meminit, patrē refert, Acto.2
dum se intelligit, filium, dum se amat spm̄ sanctum.s. simul et semel. Sic et ipsa dei trinitas
in igne (in quo et in specie nō alia aliquoties apparere voluit) quadātenus intelligi queat.
In igne qdem tria conspicimus, lumen ignis, splendorem et calorem. Et cum sint tria,
vnum lumē est, simul exurgūt, simulq; cōsistunt. Nec ignis præcedit splēdorem, nec splē
dor calorem, et hoc nō cōfuse vnū sunt, nec distincte tria, sed cū vnū sunt, tria sunt, simul
operant, et cum inseparabilr separant, aliud igni tribuit, aliud splēdori, aliud calori. Nam
quū ad ignē retuleris visionē, ibi opat et splēdor et calor. Et cū ad splēdorē retuleris illu
minationē, simul operat et ignis et calor. Et cum retuleris ad calorem calefactionē simul
operat ignis calor et splēdor. Ita quū dici solet, deū fecisse mundū intelligi solet, pater cū
filio et per filiū et cū spū sancto. Et cū dicimus filiū pro nobis passum intelligimus passio-
nē filij operatū fuisse, et patrē et filium et spm̄ sanctū. Et quū remissio peccatoꝝ tribuit spi
ritui sancto, intelligimus totā trinitatē etiam hoc donū inseparabiliter operari, quæ est
solus, vnus, verus, æternusq; deus ex quo et per quē et in quo sunt oīa, cui (vt cum Aplo Roma.11
collaudamus) honor et gloria in secula seculorum, Amen.

¶ HOMILIA XLVIII. DE EO QVOD LEGITVR: Iohannis sexto: Caro mea vere est cibus &c.

In ferijs gloriosi corporis domini nostri Iesu Christi.

Non sa-



On sane scio(frēs dilectissimi)sit ne aliqua per totum annū dies de A
Iohan.1 qua æque possimus oēs ex animo gaudere, atq; de hodierna die.
Nimirū, in qua eam agimus diem & eius recordamur, in qua gfa,
& veritas(vt scribit Iohannes)per Iesum Christū facta est, & vm-
bram quæ fuit in veteri testamēto, plane lux fugauit, vetustatē no
Deutero.8 uitas, noctemq; lux eliminauit. Hortabat olim Moses, & præcipie
bat, ne Israelitæ obliuiscerent domū dei sui, maxime in eo mirabi
Exod.16 li & benefico facto, quo ipsos penuria pressos in solitudine mirabi
Sapiæ.16 liter in annos quadraginta cibasset & idipsum è cœlo, oīne dele-
Psal.77 ctamentū in se habēs manna ad vescendū dedisset. Illi proinde vt
Psal.104 memoriam haberent mirabilissimi facti. s. mannæ in deserto ad vescendum è cœlo missi
Hebreo.9 impleuerūt vas, qd Paulus vrnā vocat māna & reposuit ipm Aaron sacerdos summis in
tabernaculū reseruandū coram dño cū omni reuerentia in futuras retro generationes, vt
2.Regū.6 nossent panem, quo deus ipse eos in solitudine pauisset quousq; educti de terra Aegypti
1.Paral.13 fines terræ Chanaan attigissent, & in terram promissionis melle & lacte fluentem perue-
nissent. Quod sane vas. i. vrna, aureum, in quo erat manna simul cum arca testamenti ex
Roma.9 omni parte auro circumtexta, in qua vrna aurea cum manna continebat, suo tempore in
1.Paral.29 gaudio deuotisq; cerimonijs in perpetuam rei memoriam circumferebatur.

¶ Sed q sunt Israelitæ? Nimirū rñdet Apl'us, Chriani non scdm carnē sed promissionē, B
qui sumus in hoc muodo nō secus atq; in solitudine peregrini, penuria rerū oppressi.

1.Cor.8 ¶ Quis dominus? Certe solus ipse dominus Iesus Christus, vnus & solus natura domi- C
1.Timo.6 nus, & dominus dominantium per quem omnia & nos per ipsum.

Apoca.19 ¶ Quid manna? Dñi(inquam)caro adeoq; eius corpus, quod ille nobis dedit ad vescen D
Matth.26 dū in vltima sua cœna proprijs manibus, et deinde dat quotidie per manus sacerdotis, di
Marc.14 cens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradet. Et accipiens
Luce 22 calicem, grās agens atq; dans dicit: Bibite ex hoc omnes: Hic est em̄ sanguis meus noui te
1.Cor.11. stamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam cō-
Iohan.6 memorationem: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat
meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.

Psal.36 ¶ Hoc est scilicet non figuratiue sed vere panis, qui de cœlo descendit. Non sicut man E
Matth.5 ducauerunt patres vestri manna & mortui sunt. Qui manducat hunc panē, viuet in æter
Iohan.6 num. Corpus igitur Christi, verum est manna, quod illi Iudæi in figura manducarunt,
quo nos in veritate hoc in deserto vescimur vti viatico vitali, per quod confortati, præ-
sentis vitæ cursum transigimus, & terram promissionis scilicet æternæ vitæ, quam filij dei
hæreditare dicuntur, subimus Christo dicente: Qui manducat meam carnem, & bibit me
um sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Iohā. vltio ¶ Quis est Aaron vel Moses? Nimirum, Petrus & omnis post eum summus sacerdos F
Hebre.5 & pontifex, cui dictum est: Pasce oues meas, qui vt Aaron vocatus est, nō sibijpsi honorē
sacerdotij sumens, qui nobis sua, quam à deo habet, authoritate præcepit, quatenus hoc
supercœleste manna, in vrnam auream colligeremus, & in tabernaculum coram domi-
no q sua maiestate qua cœlum & terram implet, vbiq; est, positis candelabris, & hoc ge-
nus alijs cerimonijs reseruandū poneremus, in futuras retro generatiōes, hacq; die solē-
ni cum gaudio suisq; cerimonijs circumferendo coleremus, memores idipsum esse man-
na, quo euasimus ex Pharaonica & Aegyptiaca captiuitate, & hoc ex deserto sumus itu-
ri, eius refectiōe in terram promissiōis. s. terram viuentiū, nempe vt nox fugeret die psen-
1.Cor.10 te, vetusta abiret nouitate adueniente, figura cessaret præsente veritate quæ est Christus.
Esaie.43 Qñquidē quæ diximus(vt Apl'us meminit)illis. s. Israelitis cōtigerint in figura, quæ nunc
Apoc.21 in nouo testamento cessauit, in quo veritas adest, sedens nūc in throno & dicēat Vetera
2.Cor.5 transierūt. Ecce facio noua oīa. Et facta sunt oīa. i. vera quæ olim fuere in figura, vt ad te-
Hebr.10 stimoniū & ad docendū signa. Qñquidem lex(inqt Paulus)vmbrā habuit futurorum bo
norum, non ipam imaginem rerum. Ex ijs modo eliciuntur conclusiones duæ, quarū est:

¶ Prima sub specie panis & vini cōsecrati verū esse Chri Iesu, nō modo corpus & san- G
guinē, sed et verū animæ nostræ cibū et potum, Chro dicente: Caro mea vere est cibus,
et sanguis meus vere est potus. Accipite et manducate, hoc est corpus meū qd pro vobis
Iohan.13 tradet. Bibite ex hoc oēs, hic est sanguis meus noui testamēti, q pro vobis effundet, in re-
Psal.110 missionē pctōrū. O mirabilissimū eucharistię sacrm, in q vere misericors, et miserator dñs
Iesus Chrus de hoc mūdo trāsiturus, suos diligēs in finē, memoriā fecit iuxta Dauidē mi-
rabiliū suorū, escā tradēs seipm timētibus se. O sacrū conuiuiū, in quo Chrus sumit, reco-
lit memoria passiōis eius, mēs iplet grā, et futuræ glīæ nobis pign' dat, quū Chrs maneat
in nobis māducātibus ipm, et nos in eo. O vere grādis et felix natio, Chriana natio, quæ
non mo-

non modo, vt olim iudaica natio, deum tibi habes appropinquãtem, tuisq; obsecratiõibus
præsentem, sed & q tecum cõuersat, tecumq; vt vitis in palmite cõmorat. En Emanuel. i. Deute.4
nobiscũ deus, quanq̃ absconditus, quanq̃ velatus, vere tñ deus. Sic dñe Iesu nos relinquis Iohan.15
tuos orphanos, viuificans quod visibiliter præsens dixisti: Ecce vobiscũ sum vsq; ad con Esaię.7
summationem seculi, nimirũ sub sacro eucharistiæ. Vbi nunc sunt hæretici Tutistæ, vbi fi Iohã.14
guristæ, vbi sumistæ, & hoc genus alij mendaces, indocti, instabiles magistri, q scripturas Matth.vlt.
ad suã ipsorũ pditionẽ deprauãtes, falso adfirmãtes, panẽ cõsecratũ nõ esse Chr̃i corpus, 2.Petri.3
sed ipm significare & pfigurare, quasi essemus adhuc Iudæi sub vmbra & nõ sub veritate, Iohã.1
quæ nobis per Chr̃m venit, q̃s oẽs supioribus irrefragabilr cõfutauimus per eorũ tela.

H ¶Nec finaliter obstat, q contra ecclesiam catholicam obijciunt, qa Apostolus dixerit: 1.Cor.10
Et oẽs eandem escam spũalem manducauerunt, & oẽs eundem potum spiritualem
biberunt. Bibebant autem de spũali, consequente eos petra. Petra autem erat Christus:
Ecce dicunt. Paulus hic ostendit non secus nos manducare in eucharistia spũalem cibum
& non corporalem, sicut & Iudæi olim. Vnde constabit, nos in eucharistia Christum nõ
corporaliter & præsentialiter, sed solummodo spiritualiter, id est, per fidem sumere, & in
figura, scilicet vt panis ipse figuret Christum, vt petra quondam figurarit Christum.

I ¶Rñdeo, Apl̃m ideo manna ipm, qđ Iudæis de cœlo præstitũ est, vocare escam spũa-
lem, qa in figura spũalis nõ naturali rerum ordine, sed spũali. i. diuina virtute contigerit,
& prodierit, attestantibus Apostoli verbis. Hæc autem oĩa in figura contingebant, nos
vero eucharistiam vocare pariformiter escam spũalem, nõ quia solum sit præstita virtute
verborũ Chr̃i, vel qa exteriore specie panis solũ figuret Christũ subtus latere, sed ideo ma
xime, qa in fide sumpta corpaliter, nõ corporaliter sed spũaliter hoĩem nutriat. Illud tñ
nõ negauerim, quemadmodũ Iudæi manna ipm pro statu & ordine suo spũaliter mandu
cauerunt, ita & nos in eucharistia Christũ in statu & ordine suo ac modo nostro spũali-
ter manducare. Siqdem quotquot fuerint inter Iudæos pij, Christũ fide receperunt & spi
ritualiter, neq; tñ istud eis esus mannæ præstitit, sed fides venturi Chr̃i, q significabant il-
lis per petrã. Nos vero Chr̃iani, q Christũ venisse credimus, & ipm sese nobis in hoc sa-
cramento præbuisse, præter hoc qđ fide Christũ spũaliter edimus eodem etiã corpaliter
vescimur, atq; istud hoc sacr̃m suapte virtute nobis exhibet. Cõuenimus proinde in alte
ro cũ Iudæis qđ eundẽ cibũ spũalem, vtriq; sumimus, verũ in altero longe pcellimus eos,
nempe qđ nos in eucharistia corporaliter Chr̃o pascimur, illi in manna tm̃ spũaliter.

K ¶Nec interim prætereundũ est silentio paulũ hæc verba: Et oẽs eandem escam &c.
Non in hunc sensum dicere, quo velit ostendere eundẽ cibũ in manna, qdẽ nos in eucha-
ristia, manducasse, & nequaq̃ voculam relatiuam eandem vel eundem referri velle ad illã
escam, illumq; potum, de quo ipse dñs: Caro mea vere ẽ cibus &c. Et hoc est corpus meũ Iohan.6
&c. sed referri voluisse ad diuersos. s. tam Iudæos malos, q̃ bonos. Q. d. Eandem escam Matth.26
manducauerunt, & eundem potum biberunt, Dathan & Abyron, quam Moses & Aaron Marc.14
eandem vtiq; Chore quam Caleph aut Iosue. Et Apostolus quidem ea lectione monet, Lucæ.22
ne quis se arbitret iam cõprehendisse vitam æternam, qa cõsequutus sit sacramenta fidei
Christianæ. Et si enĩ oẽs baptizati simus in eodem nomine patris & filij & spũs sancti,
& omnes manducemus idem corpus & sanguinem Christi, non tamen arbitrari debe-
mus, quod æque in omnibus nobis beneplacitũ sit deo quicũq; viuamus, qualiacũq; post
baptismũ operemur, qñquidem & ipsi Iudæi in deserto oẽs indiscriminatim vnam &
eandem escam, quæ eucharistiam præfigurabat, manducauerint, & nihilominus pleriq;
eorũ mortui sunt & damnati, qa interim malefecerint & peccauerint. Sic & pleriq; oẽs
indiscriminatim sumimus eucharistiam, quorũ tñ multi, qa interim peccant, moriunt &
damnant, quemadmodũ & ex illis. s. Iudæis multi fuere mortui, qbus pleraq; oĩa in figu-
ra facta sunt nostri, vt. s. nobis essent monitio, ne & ipsi damnemur. Hinc Apl̃s de eucha-
ristia agens, inqt: Probet aũt seipm hõ, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enĩ
mãducat & bibit indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit, ac reus erit corpis & sanguinis
dñi nõ dijudicans corpus dñi. Ideoq; inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiũt mul
ti, quẽ sequens ecclesia hodie cõcinit. Sumũt boni, sumũt mali, sorte tñ inæquali, vitæ vel
interitus. Mors est malis, vita bonis vide paris sumptiõis, quã sit dispar exitus. Non refert
proinde esca, de qua Apl̃us, ad identitatẽ cibi et potus viuifici, quẽ sumimus in cõmemo-
rationem dñi nostri Iesu Chr̃i. Sin est, q ad eiusdem identitatẽ referendã dixerit, is.

L ¶Primo, contendit aduersum verba Christi, dicentis: Amen amen dico vobis, non
Moses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.
Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Ego sum panis viuus,
qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis
quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita &c.

¶Scđo,

¶Scdo, contendit contra verba Apostoli dicentis: Hæc autem om̃ia in figura cõtinge M
1.Cor.10 bant illis. Si proinde inter alia & manna quoq; Iudæis olim in figura & nõ solum in cibũ
è cœlo cõtigit, in cuius (obsecro) rei figuram cõtigit? Certe in nullius nisi eucharistiæ, quã
illud fore præsignificabat, vt vmbra corpus. Siqdem manna typus fuerit escę spũalis, quę
resurrectionem dñi veritas facta est in eucharistiæ mysterio, & tantum differt manna ab
eucharistia, quantum figura à veritate. Figura fuit manna, ideoq; vitam æternam dare
nõ potuit, veritas est Chr̃us. Panis ille viuus sub eucharistia, de quo q manducat, vitã ha
bet æternam. Et hoc est, qd̃ dñs adfirmat, Mosen ipsum nõ dedisse verum panem de cœ
lo, sed figuratum, verum patrẽ suũ dedisse de cœlo panẽ verũ.s. ipsum adeoq; corpus su
Matth.26 um. Id qd̃ ipse deinde in vltima cœna notabiliter contra futuros suorũ verborũ deprauatores
Marc.14 expressit, inquiens: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis
Lucæ.22 tradetur, non autem addit aut dicit aliquid tale, quale dixit Paulus, vbi quum dixisset: Pe
1.Cor.11 tra autem erat Christus &c. Hæc autem (inqt) om̃ia in figura cõtingebant illis: Qui cum
deinde scriberet de eucharistia, dixit, eũ sibi manducare iudiciũ, qui non diiudicet corpus
dñi. i. qui non faciat inter ipsum, & aliud corpus, veluti fuit figurale manna, differentiam.

¶Tertio: Qui vellet Iudæos idem in manna, quod nos in eucharistia mãducasse, profe N
cto is negaret Chr̃m nondũ venisse, necdũ esse nouum testamentũ, nosq; adhuc sub vm-
bra & nõ sub veritate viuere, id qd̃ foret iudaizare, & cõtra euangelium Iohannis, in quo
Iohã.1 ille ait: Lex per Mosen data est, gr̃a & veritas per Iesum Chr̃m facta est. Itemq; contra
2.Cor.5 verbum Pauli, dicentis: Vetera transierunt. Ecce facta sunt omnia noua. Si om̃ia vetera
sunt nunc mutata in noua. i. om̃es figuræ (vt sic dixerim) in veritatem, ergo vetus manna
& figuratũ est mutatũ in verũ & nouũ mãna, quod est caro Chr̃i, quæ vere est cibus, ho-
minem æternitate vitæ cibans. Dicendo em̃, inqt idem aliàs nouũ veterauit prius. Quod
Hebræo.8 autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Facessant igitur impii fidei Chr̃ianę ho
stes, totũ Christianismũ prorsus extinctum hac obiectione, quam dissoluimus, volentes.

¶Scdo colligimus venerabilissimũ sacr̃m eucharistiæ à nobis, qbuscũq; deuotis cęrimo O
2.Regũ.9 niis & ritibus. s. canticis, organis, or̃onibus eẽ celebrandũ, honorandũ & adorandũ. Quã-
1.Paral.15 uis in hoc præcipue nõ sit institutũ sed in cibũ, sicut nec manna, quod & ipsum ad cibum
erat præstitum, quod tamen honorifice circumferebatur, & oĩbus cærimoniis vti lumi-
naribus honorabat. Si figuram huius sacramenti tanto honore deus est dignatus, cur nõ
Iohã.14 tanto honore, ip̃am veritatẽ, quæ est Chr̃us dñs, deus & homo. Certe tam maiore hono-
re dignus est Chr̃us q̃ mãna, quanto est pręstantius vmbra corpus, & figura p̃stantior ve
ritas, & res signo. Quis em̃ Chr̃m nõ meliorẽ iudicet q̃ eius in tabella depictam imaginẽ.

Iohan.1 ¶Nec obstat, q ip̃m nõ videmus: siqdẽ ip̃m ideo illic adoramus & colimus, qa vere il- P
lum ibidem esse credimus, sic & deum ip̃m colimus, quem tamen nullus vnq̃ hoĩm vidit.

Deute.6 ¶Nec obstat, qa quũ carnẽ adoramus, creaturæ damus, q̃d creatoris est dei q solus est Q
Iohan.13 adorãdus. R̃nderim nõ carnẽ, sed vt deũ & hoiem Chr̃m verũ adoramus, in qua humani-
Iohan.20 tati diuinitas oĩno est vnita, ad ip̃m cum Thoma singuli dicẽtes: Dñs meus & deus meus.
Ita nimirũ tm̃ affuit, vt Chr̃us Chananæam illã muliereculã increparet, qd̃ ip̃m adoraret,
Matth.15 vt etiam eius fidẽ magnopere extulerit dicens: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut
Mar.7 vis. Nec obstat dicere, q in nouo testamẽto cęrimoniæ sint sublatæ, qbus reiudaizamus.

¶R̃ndeo idip̃m ex nulla haberi scriptura, quæ adfirmet cęrimonias eẽ ita sublatas, vt nõ R
eas recte seruare possimus, quæ mẽtes earumq; deuotionẽ ad cœlestia prouocent, mone-
antq; intus seruãdum qd̃ foris signãt. Sane in nouo testamẽto cęrimoniæ nihil aliud sunt
q̃ quædã perinde monitoria & incentiua, quæ monẽt, qd in mente seruandũ sit, & qd in
viroq; tẽplo. s. tã cordis q̃ cœli agat, vel agi debeat, ac interim hoĩes, & in primis qdẽ ru
diores incẽdãt, ad deuotionẽ, qbus nũc maxime indigẽt hoĩes, vtpote q̃s plerosq; oẽs ita
frigere p seductionẽ pseudoap̃loꝝ cernimus, vt nisi cęrimoniis istiusmodi ceu qbusdam
incẽtiuis excitarent, oĩs fidei vigor apud multos ĩteriret. Addiderim & ap̃loꝝ tp̃ibus, vix
eum q nobiscum est in tp̃s canticoꝝ fuisse vsum, eũ tñ postea patres introduxisse nimirũ,
vt torpescentia Christianorum animos ad ampliorem deuotionis alacritatem erigerẽt.


¶Nõ ãt sunt cęrimoniæ ad abusum, sed ad augẽdã deuotionẽ ĩstitutæ, & ad figurãdũ ea S
q̃ sunt in patria, nõ q̃ in via (q̃d olim cęrimoniæ Iudęoꝝ faciebãt) vbi in Chr̃o oĩa sunt cõ
summata, nec opus est figuris, vt suo loco plura, deo dãte diximus, plura deinde dicemus.

¶Interim monentes, vt eucharistiam quibuscunq; possimus, colamus & reuereamur cę T
rimoniis, & syncero quidem pectore tantum audeamus in eius laude, quantum possu-
mus, quia maior est om̃i laude, nec laudare sufficimus. Pangat igitur lingua gloriosi cor
poris mysterium, sanguinisq; pretiosi, quem in mundi pretium, fructus ventris generosi,
rex effudit gentium. Tantum ergo sacramentum veneremur cernui, & antiquum docu-
mentum nouo cædat ritui, præstet fides supplementum sensuum defectui, Amen.

¶Homi-

HOMILIA XLIX. DE EO QVOD LEGITVR, Homo quidam erat diues, Luc. 16.

Dominica prima post octauas pentecostes.



A Olendum est fratres, simulq; mirandũ, ꝙ pleriq; omnes ita superbi-
mus, vt paucissimi nũc sint, q̃ in seipsos descendãt, verũ singuli singu
lis se quasi meliores præferant, & vix inuetiatur, qui per humilitatẽ
sufferre parem velit, nimirũ adeo, quales pleriq; omnes indiscrimi-
natim simus om̃ino obliti. Sane nõ tam superbiremus, si q̃ nihil oẽs
hic sumus, vel certe quàm miseri, ex animo cogitaremus. Quid eñ,
quæso, singuli sub cœlo sumus? Peregrini profecto ex vera nostra
patria olim propter crimen læsæ maiestatis prothoplastorũ in hunc
peregrinationis locum & vallem miseriæ & lachrymarum misera-
biliter expulsi, proscripti & relegati, nullã hic manentẽ ciuitatem ha
bẽtes, sed (Apostolo teste) futuram inquirentes, nec nisi more peregrinorum, q̃bus propter
duros labores in itinerando, & hostes quos inter peregrinandum timere habent, nulla neq;
per diem neq; per noctẽ constãs est requies. Sileo interim quàm res plerunq; semper inter
seipsos adeo inique agi videatur, vtpote quos ex animo dolet, quum videant inibi eos, q̃ pe
iores sunt cæteris, scilicet bonis, habere melius, & ediuerso.

B ¶Qua re vel vna nihil pene videmus in hac nostra misera peregrinatione, quod dolo-
rosius nos habeat, adeo, ꝙ inter paulo pręsertim inferiores, haud desint, qui scandalizari in-
de incipientes, hoc Psalmistæ & hoc quoq; Iobi secum mussitant: Si hæc patimur propter Iob. 21
peccata nostra, quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs? &c. Quomodo scit Psal. 72
deus, etsi est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abundãtes in seculo obtinuerũt diui-
tias, &c. Ceterũ ne quis impie ad hunc modũ scandalizetur, dñs Christus lectionẽ hodierni
Euãgelij proponit. Vnde om̃ibus, qui ad eũ modũ quærũt satisfieri debuerit, siquidẽ huius
Euãgelij parabola, totam illorũ quæstionẽ soluit. Inde quidem docemur inter alia, quæ nũc
transimus, quia sunt à nobis tempore superiore explanata.

C ¶Primo, deũ eẽ æquissimũ iudicẽ, vtpote q̃ vel hic vel alibi vnicuiq; iuxta merita vel de-
merita largiat, aliàs ad Caimũ dicẽs: Nõne si bene egeris, recipies: sin male, statim in foribus Gene. 4
peccatũ tuũ aderit. Hinc ad ipsum propheta: Iustus es dñe, & rectũ iudiciũ tuũ inquit. Psalm. 118

D ¶Secũdo, deũ certo post hãc vitã alibi pro bonis & malis retributurũ, quod hic pro ijsdẽ Matth. 16
nõ retribuit. Filius eñ hominis (inquit Christus) venturus est in gloria patris sui cũ angelis
suis, & tunc reddet vnicuiq; secundũ opa eius: qui (ait Paulus) in die iræ & reuelationis iusti Roma. 2
iudicij dei reddit vnicuiq; secundũ opa eius: ijs quidẽ, qui secundũ patientiam boni opis glo
riam & honorẽ & incorruptionẽ quærẽtibus vitã æternã, ijs aũt qui sunt ex contentione, &
qui nõ acquiescunt veritati, credũt aũt iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in
omnẽ animã hominis operãtis malũ. Ideoq; nemo peccatorũ, de suis adblandiri debet pec-
catis, quasi in ea deus nõ sit animaduersurus, nec hõ pius de remuneratiõe vel dubitare vel Iohan. 5
desperare debet: q̃siquidẽ nouit deus (scribit Petrus) pios de tentatione eripere, iniquos ve
ro in diem iudicij reseruare cruciandos. Sane (ait veritas ipsa) venit hora, in qua omnes qui
in monumẽtis sunt, audient vocem filij dei, & procedent q̃ bona fecerũt in resurrectionem
vitæ, q̃ vero mala egerũt in resurrectionem iudicij. Cuius exemplũ hodie idẽ dñs posuit di
uitem epulonem & pauperem Lazarũ, quorum ille, quia hic malus fuit, alibi æterno est sup
plicio addictus, hic quia bonus, æterna est requie donatus.

E ¶Tertio, neminẽ hic posse simul & aliàs esse beatũ, vel eñ hic quispiã iuxta mundum est
infelix, & alibi (vt sic dixerim) felix, vel hic felix & alias infelix. Et hoc est q̊d Abraham ho
die ad diuitem ait: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala,
nũc aũt cõsolat, tu vero cruciaris. Ideoq; nemo morosior erga deũ sit, quũ hic crucietur &
angustiet, vel inopia, vel ægritudine, vel solicitudine, vel psequutione, vel hoc genus quacũ
que alia tribulatione & aduersitate, imo cogitet se totũ idipsum tribulationis propter pec- Iudith. 8.
cata sua eẽ demeritũ, vel sibi à deo in exercitiũ virtutis ad beatitudinẽ cõsequendã permitti.
Imo memor, inquam, sit, beatitudinẽ iudicio diuino inde incipere, vbi ærumna æstimatur. Matth. 5
Beati eñ (ait dñs) qui esuriũt, q̃ lugẽt, qui persequutionẽ patiunt, q̃m ipsi saturabuntur, q̃m Luc. 6.
consolationem habebunt, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

F ¶Imo, inquam, memor sit verã beatitudinẽ, & verã mercedẽ, hoc in seculo nequaq̃ dari.
Hic nimirũ tẽpus est certandi, aliàs coronã recipiendi tẽpus. Nunq̃d priusq̃ cursus consum-
matur, palma cuiq̃ datur, aut defertur corona? Certamẽ (inq̃t Paulus) bonũ certaui, cursum 2. Timo. 4
cõsummaui, fidẽ seruaui, quod reliquũ, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi
dñs in illa die, iustus iudex, nõ solũ aũt mihi, sed & omnibus qui diligũt aduentũ eius. In illa

I.Cor. 11. (inquit) die reddet nō hic, hic autem in laboribus, in periculis, in naufragiis, quasi athleta bo
Acto.14 nus decertabat, quia sciebat per multas tribulationes, nō vero per huius mundi voluptates
Lucæ.24 & delicias oportere nos introire in regnum dei.

¶ Igitur fratres chariss. discatis in patiētia possidere animas vestras, nec murmuretis, quū G
Hebr.12 nō satis æque vobiscū videatur agi, imo gratias agite deo, q ipse tā paterne vobiscū agit,
1.Cor.11. se tanq̄ filiis offerens, castigans ne alibi dānet. Dū em̄ (inqt apłus) iudicamur, à dño corripi-
Acto.5 mur, vt nō cū hoc mūdo dānemur. Si olim apostoli à cōspectu cōcilii gaudentes iuerint, qa
digni essent habiti contumeliā pro noīe Iesu pati, gaudeatis & ipsi ac exultetis, qa patimini
hic, vel pro peccatis vestris, & sic pariter noīe Iesu, qm̄ merces vestra copiosa est in cœlo, fu
turā, nō præsentē, in cœlo, nō in terra, mercedē promittit esse reddendam.

¶ Nec dicetis, cur impii lætantur, cur luxuriant, cur etiā ipsi nō nobiscū laborant? qm̄ qui H
Luc.6 non subscripserint ad coronā, nō tenētur ad laborē certaminis, sine em̄ ipsis coronæ gloriā
vendicabitis, & ipsi sine vobis æternā cōfusionem habebūt, qui hic oīa pro libitu in malitia
habuerūt, ad quos alibi dñs: Væ vobis (inqt) diuitibus, qui habetis consolationē vestrā. Væ
vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qa ridetis nūc, quia lugebitis & flebitis. Bea
ti vero pauperes, quoniam vestrum est regnum cœlorum. Beati qui nunc fletis, quia ridebi
tis. Gaudete in illa die & exultate, Ecce em̄ merces vestra multa ē in cœlo. Quod vel vtrūq;
tam epulo ille diues, q̄ Lazarus est expertus. Siquidem illius irrequies in inferno, huius vero
requies fit in cœlo. Illius domus in sepulchro, huius in paradiso. Ille quia sua bona hic rece-
Roma.8 pit, alibi nunc cruciatur, hic quia mala recepit in hac vita, alibi consolatur consolatione gau
dii, ad quod non sunt condignæ huius mundi passiones.

HOMILIA L. DE EO QVOD LEGITVR,
Homo quidam fecit cœnam magnam. Luc.14.

Dominica secunda post octauas pentecostes.



Nte verba hodierni Euangelii docuit dñs ad conuiuiū, si quod pa- A
raremus, non esse inuitandos neq; amicos nostros, ne beneficiū co-
gnationi, nō affectui datū videatur, neq; qui de nobis bene meriti
sunt, ne vel referre gratiā, vel captare beneficiū, vel propter pudo-
rem inuitare videamur & ingrati possimus videri, neq; vicinos di-
uites, ne nobis pereat exhibiti conuiuii gratia, vbi nos vicissim in-
uitent, & cōuiuium, aut æquale, aut lautius etiā exhibeāt, sic em̄ pē-
sato beneficio nihil debebūt grǣ. Proinde vocādos esse pauperes,
debiles, cæcos & claudos, & hoc genus alios, q repēdere nō habēt,
sed pro qbus deus est obligatus, vnde merces est copiosissima ex-
pectāda. In qbus ille tanq̄ in suis reficit, & patit̄ sibi imputari, q̄d in illis cōfertur, q cū sit di-
2.Cor.9 tissimus & æternus, copiosissime reddet, nec defraudet, qm̄ iustissimus est & bonæ fidei, re-
stituens procul dubio si nō in hac vita (quanq̄ hic quoq; restituet, qa facit dantē non egere)
certe pro tēporariis æterna dabit in resurrectione iustoꝝ, qn̄ in regno suo paratū est conui
uium longe optimū, in quo vniuersi saturari possunt in omnibus voluptatibus.

¶ Ex quibus hāc nobis dedit doctrinā Chrūs, vt quicqd bonoꝝ faciamus, solius dei hono B
Eccl.51 re & amore faciamus, nec aliunde q̄ ab ipso mercedē expectemus, nō tēporalem, sed æter-
Luc.14 nam. Vnde scriptura: Operamini (inquit) opus vestrū ante tēpus, & dabit vobis mercedē
vestrā in tpe suo. s. dñs, de se alibi dicēs: Ecce ego venio cito, & merces mea mecum est, red
dere vnicuiq; secundū opa sua. Cæteꝝ quū Iesus ita dixisset de cōuiuio nuptiali, deq; resur-
rectiōe iustoꝝ, qdam e cōuiuis, veluti p somniū tactus desiderio cœlestis illius cōuiuii dixit:
Beatus cui cōtinget edere panē in regno dei: veluti subindicans paucos fore, qbus cessura sit
hæc felicitas, quasiq; nō quilibet ad illud cōuiuiū sint admittendi, sed dūtaxat Iudæi, aut Iu-
dæoꝝ primores. Et dñs eundē & qui cū eo fuere, veritatē perdocuit per parabolam. Vnde.

¶ Primo docemur, cœnā illam, de qua Euangeliū, esse beatitudinē, quæ cœna dicit̄, qa in C
ea qui sunt, pascūtur p visionē internā pane æternæ vitæ, q Chrs est, de se dicēs: Ego sum pa
Iohan.6 nis viuus, q de cœlo descēdi. Et sane beatitudo cœna est & magna, qa serio per Christum. i.
istis nouiss. mis tēporibus ita copiose pparata est eius morte, & passione, & oībus sacramen
tis, vt plane nihil inibi desideret, quod ad verā refectiōnē pertinet, vtpote vbi deus pparauit
Esa.64 iis, quis eum diligunt, tot & tāta, quot & quāta nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor
1.Cor.2 hominis ascēdit, adeo quidē, vt recte dixit ille: Beatus qui manducabit panem in regno dei,
Luc.14 tum sane Chrūs, panis verus māducabitur spūaliter intuitione vera, quādo eum videbimus
1.Cor.13 sicuti est, quē nūc fide quasi per speculū videmus, in ea cœna dñi apparebit gloria, à qua satu
1.Iohan.3 rantur omnes beati, Vnde propheta: Satiabor cū apparuerit gloria tua.
Psal.16

¶ Secun-

¶Secũdo, deũ p filiũ suũ Iesum, adeoq́ʒ loco nũc ipsius p vnũquẽq́ʒ fidelẽ prædicatorẽ ad beatitudinẽ, multos.i.oẽs vocasse & vocare.i.nullũ prorsus excludere: qñquidem, qui (aplo teste) oẽs hoies vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, alibi p prophetã de se dicẽs Nunqd volũtatis meæ est, mors impñ, & nõ vt cõuertat à vijs suis & viuat? Et quare morie mini domus Israel? Quia nolo mortẽ morientis. Reuertimini & viuite. 1.Timot.2 Ezech.18

D ¶Tertio, hoies pctores seipsos & sua sponte, cœna illa æterna indignos facere & ab ea se excludere, qñ magis tenebras q̃ lucẽ diligũt, excusantes.i.se magis diligere subindicãtes pec cata, q̃ beatitudinẽ. Sunt aũt tria potissimũ vitia, ad q̃ trahunt reliqua, qbus hoies se à cœna beatitudinis excludũt, videlicet auaritia, & designat per eũ, q villã emit. Curiositas & ambi tio, & notat per eũ, q quinq́ʒ boum iuga emit. Voluptas, & significat per ipm, q vxorẽ duxit Hæc nimirũ sunt pctã, q̃ plerosq́ʒ auocãt à vocatiõe cœnæ, quã vilipendũt, nec curãt, & stulte se per pctã excusant, sed nihil proderit illa excusatio, à qua Dauid precabat se custodiri à dño, dicẽs: Nõ declines cor meũ in verba malitiæ, ad excusandas excusatiões in peccatis. Iohan.6 1 Iohan.2 Psal.140.

E ¶Quarto, vtcũq́ʒ Iudei pcipue ad cœnã beatitudinis fint vocati, qa tñ vocati magis tenebras.i.diabolum, q̃ lucẽ.i. Christũ & eius verbũ diligẽtes venire noluerũt, admissi sunt gen tiles, q vocant in Euãgelio pauperes, debiles, cæci & claudi.i.oĩno despecti & publici pctõres, cuiusmodi erãt & habebãtur apud Iudæos. Hinc Paulus & Barnabas dicebãt ad Iudæos: Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei, sed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Sic fratres vocati, toties non recusemus venire, non diligamus magis hæc vana & transitoria q̃ optima illa & æterna, ad quæ semper vocamur. Satagite (ait Petrus) vt p bona opa certã vestrã vocationẽ & electionẽ faciatis. Quod nisi fecerimus, certe & ipsi de numero excusantiũ existẽtes nõ gustabimus cœnã dñi in æter na patria, sed excludemur cũ Iudæis in ignẽ æternũ. Scriptũ enim est: Arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matt.15 Acto.13 2.Petri.1 Matth.3.

F ¶Quinto, eos qui nolũt venire.i.facere, quæ attinent ad cœnã.i.bona opa, debere cõpelli.i.superioritate, qm̃ multi pereũt, q cõpulsi ad bonũ nõ perijssent. Et hoc est, q̃d dñs hodie dixit: Cõpelle intrare. Hinc propheta: In chamo & freno (inqt) maxillas eoʀ cõstringe, q nõ proximãt ad te. Cuius exemplũ reliquit dñs, vendẽtes & emẽtes de tẽplo proijciens flagello, Paulũ in via strauit, filiũ prodigũ fame redire coegit. Sic nimirum potestas secularis malos ad bonũ cõpellet, quæ propterea gladiũ portat in timorem mali, q nisi id fecerit, audiet dñm dicentẽ: Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Psalm.31 Iohan.2 Actorũ.9. Luc.15 Hier.48

HOMILIA LI. DE EO QVOD LEGITVR, Estote misericordes. Matth.7. Luc.6.

Dominica quarta post octauas pentecostes



A Lus q̃ notum est, fratres, nos sola dei misericordia saluari, nec meritis & operibus nostris, vel quamlibet multis & bonis, vtpote quæ prius deo clemẽtiss. in gratiaʀ actione debemus, qui illa ex misericordia & propter repromissionem remunerat, domino dicente: Sic & vos cum feceritis oĩa quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus. Iam vero cõstat, deum nobis nequaq̃ suã pstare misericordiã, nisi nos illã prius erga proximum habuerim' Iacobo dicente: Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. Atq́ʒ hinc dominus: Beati (inquit) misericordes, quia misericordiam consequentur. Roma.9 Titum.3 Lucæ.17 Iacobi.2 Matth.5 Luc.6

B ¶Et hoc est, q̃d idẽ tantopere ad misericordiã, vtpote tanq̃ ad rẽ omnino necessariã, hodie hortat in Euãgelio, dicẽs: Estote misericordes. In qbus quidẽ verbis duo admonet. Primo, vt simus misericordes. Secũdo, vt simus misericordes, vti pater noster qui in cœlis est, proinde ad veʀ huius Euãgelij intellectum, duo sunt diligenter animaduertẽda. In primis, quid sit misericordia, & qbus constet. Deinde, qũo simus misericordes sicut pater cœlestis.

C ¶Est aũt misericordia, miseriæ siue propriæ siue alienę in corde nostro cõpassio, cui vtiq́ʒ si possemus, subuenire cõpellimur. Ex dilectione procedẽs, qua volumus bonũ ei, q̃d diligimus. Queadmodũ proinde dilectio nõ est tantũ respectu proximi, sed etiã sui, ita & misericordia, nõ tantũ est respectu alienæ, sed etiã propriæ miseriæ. Nec vere ẽ in aliũ misericors, qui erga seipsum nõ est, quũ oĩs ordinata charitas incipiat à se. Alioqui (inquit scriptura) q sibi nequam, cui bonus? Et hinc alia dicit scriptura: Miserere aĩæ tuæ placens deo. Quã sane sententiã dñs approbat, docens: Primũ esse trabẽ eijciendũ de oculo proprio, & sic eijcere festucã de oculo fratris alieno, &c. Qua nimiʀ similitudine perdocet, misericordiã, quã proximo impẽdere præcipit, primo sibimet ipsi debere impendi. Ipsa vero misericordia fit. Eccl.14 Eccl.30

D ¶Primo, remotione maloʀ, vtpote ne nobis vel alijs illa velimus aio, nec faciam' verbo vel facto. Et sic hodie prohibemur, ne iudicemus alios, q̃d fit animo. Iudicare aũt hac in par

te est, q̃ media sunt, & nobis nõ oĩno nota, in partẽ malã vertere. Id q̃d est cõtra charitatẽ, q̃
1. Cor. 13. (Paulo teste) nõ cogitat malũ. Ideoq; ea, de qbus dubiũ est, q̃ fiunt aĩo in meliorẽ partẽ vertere debemus, nec (vt aplus pcipit) ante tps iudicare. Prohibemur q̃q; condẽnare, q̃d fit verbo & opere. Est aũt cõdẽnare hoc loco, de ijs, de qbus vt incertus iudicam⁹ suspiciẽtes, mox
Hebr. 4 definire atq; apud alios ceu vera prodere & adfirmare. Id q̃d plane horrẽdũ est, & dãnabile
Eccl. 18 cõtra proximi charitatẽ, cũ & hoc modo iudicãs proximũ, spũalis fit occisor, qm̃ famã illi⁹
Gene. 18 falso denigrat. In cuius admonitionẽ deus, cui tñ oĩa sunt aperta, Sodomitas noluit iudicare nisi prius, vt euidẽter factũ sciret, e cœlo descẽderet, inquiẽs: Clamor Sodomorũ & Gomorrhæorũ multiplicatus ẽ, & pctm̃ eorũ grauatũ est nimis. Descẽdã & videbo, vtrũ clamorẽ, qui venit ad me, opere cõpleuerint, an nõ est ita vt sciam. Id q̃d propter nos, ne incerta iudicaremus, dixit, nõ propter se, q cũcta, anteq̃ fiunt, nouit. Itaq; de certis dũtaxat qs potest iudicare & condẽnare, nec tamen nisi zelo iustitiæ, non impuro adfectu.

¶Secũdo misericordia fit, exhibitiõe bonorũ, vt. s. ea nobis & alijs faciam⁹. Hinc q̃ alij cõ E
Matth. 6. tra nos fecerũt, dimittere debemus, q̃d est bonũ, qa & deus nobis remittet, q̃ cõtra ipm̃ feci
Marc. 10 mus, nec aliter, dño alias probãte, quũ ait: Cũ stabitis ad orãdũ, dimittite, si q̃d habetis aduersus aliquẽ, vt & pr̃ vester, q in cœlis est dimittat vobis pctã vr̃a. Debemusq; dare. s. indigẽti-
Matt. 5 bus. s. cõsilio & facto. Addit dñs rõnẽ & huius retributionẽ, dicẽs: Et dabit vobis. Quantũ?
Marc. 10 Plus, tinqt, q̃ dedistis dabũt ipsi. s. q à vobis receperũt, nõ per sesed p me, q illorũ sum & ero
Luc. 18 fideiussor: Pro ijs em̃, dicit alias, q̃ hic indigẽtibus noĩe meo dedistis, cẽtuplũ recipietis, & vi
2. Cor. 9. tã æternã habebitis. Dãtibus q̃dẽ paupibus, nõ solũ de⁹ dat bona spũalia in psenti & cœlestia in futuro, imo etiã tẽporalia & naturalia bona ei multiplicant. Propter opus em̃ misericordiæ & pietatis, cõcedit dñs mẽsurã bonã. i. bona fortunæ. Et mẽsurã cõfertã. i. bona naturæ. s. sanitatẽ & hmõi. Et coagitatã. i. bona gratiæ. Et supereffluentẽ. i. bona gloriæ. Et hoc ẽ
1. Timot. 4 quod Aplus ait: Pietas ad oĩa vtilis est, promissionẽ habẽs vitæ, quæ nũc est & futuræ.

¶Ideoq;, frẽs, estote misericordes, vt hæc & tot & tãta bona cõsequamini, atq; vnusq̃sq; F quãtũ põt, tãtũ misereat: q̃nq̃dẽ eadẽ mẽsura, qua mẽsi fueritis, remetiet & vobis. Iuxta em̃
2. Cor. 9. quãtitatem pietatis erit & merces tãta. Qui em̃ (inqt Aplus) parce seminat, parce & metet.
Marc. 12 Quãuis hæc quãtitas nõ ex opere, sed ex volũtate metiat. Sic dñs eleemosynã minutilam viduæ ptulit gazis diuitũ. Nõ em̃ q̃ offerunt (ait Hieronymus) suo põdere, sed offerẽtis volũtate pẽsant. Sed inquis, qũo simus misericordes? Respõdet dñs: Estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Et qũo pr̃ cœlestis in nos misericors est? Nimirum,

¶Primo, q subuenit primo miserijs aĩæ, quã à pctõ absoluit, vitã gr̃æ illi restituit, atq; eã G percipiẽdæ hæreditati coaptauit. Deinde & per aĩæ beatitudinẽ corpori q̃q; resurrectionẽ meruit, ac illi propter animã hic animã necessaria cõfert, qm̃ propter hoiem oĩa creauit.

Esa. 43 ¶Secundo, quod nostris miseretur calamitatibus & miserijs propter solam & vnicã bonitatẽ suam de se dicens: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Ita & nos debemus esse misericordes. H

¶Primo quidẽ miserijs aĩæ tanq̃ ptiosiori, deinde corporis. Secũdo, vt & moueamur ad re I leuandã miseriã proximi propter bonitatẽ patris nostri qui in cœlis est, cuius si erim⁹ similes, sufficerit nobis. Cuius intuitu debemus oĩa opa bona facere, nõ intuitu gloriæ seu bonorum temporaliũ, quãuis nobis de ijs nõ cogitãtibus hæc ipsa dentur à deo patre. Simus pro inde misericordes exẽplo magno. s. patris, nõ cuiuslibet, sed eius q in cœlis est. Non pigeat facere, sed delectet, q̃ dñs, q̃ pater facit. Id q̃d eẽt cõtra naturã. Siqdẽ natura inclinet filiũ ad imitationẽ paternã. At q declinant, recte degeneres vocant. Iam qs est filius tã degener, qui optimi patris mores imitari refugiat? Quis seruus ita segnis, vt otiosus adspiciat suũ dñm operantẽ? Simus ergo misericordes, vt pater noster, qui in cœlis est, misericors est, &c.

HOMILIA LII. DE EO QVOD LEGITVR,
Cum turbæ irruerent in Iesum. Lucæ. 5.

Dominica quinta post octauas pentecostes.



Ictu prorsus est & auditu horrendum, quod plerunq; semper verbi A dei fuerint negligentiores, qui esse debuerint studiosiores ex officio quo alijs in omni virtute & sanctimonia præesse deberẽt, quales ab initio pene mundi fuere pharisæi, scribæ & sacerdotes, atq; hoc ge-
1. Cor. 11. nus (Apostolo teste) huius mundi sapientes, potẽtes & nobiles, q̃ pauciffimi ob eorum indurationem à deo ad vitam æternam sunt
Esa. 6 electi ceu indigni, quod ipsum & eius in hoc seculo verbum spernũt mundi voluptatibus, rebusq; terrenis ita irretiti, vt videntes nõ videant, & audientes non audiant.

¶Quia

B ¶Quia enim Christus ex officio boni prædicatoris in veritate & iustitia pharisæos, scri- Matth. 14
bas, & sacerdotes, tanquam eos, qui cæteris præstare debent, & in quibus res pendere vi- Acto. 28
detur, communiter & acriter, auaritiæ, superbiæ, inuidiæ, impietatis, incredulitatis, ac hoc
genus scelerum, monitore propheta, increparit & corripuerit. Ipsi vero veritatis & iustitię Esa. 58.
perfidissimi hostes nihil minus ferre potuerint quàm veritatem & iustitiam, factum est vt Sap. 2
odio veritatis, Christum non modo vbiq; coram populo neglexerint, aduersusq; eũ omne Matth. 12
malum dixerint: nimirum falso vocantes ipsum potatorem, bibulum, manduconem, publi
canorumq; amicum & socium, sed & eius verbũ & sermonẽ, qa eis ille erat cõtrarius & eo-
rum operibus, ita spreuerint, vt nunquã eum audire dignati sint, nisi vbi existimabãt eũ cõ- Matth. 22
prehendere in sermone, vt illum mortis reum facerent, eligentes sibi prædicatores, auribus 2. Timo. 4.
prurientes & placentia, vt ait propheta, dicẽtes: Turbæ aũt, quia humiles & simplices, veri- Esaię. 30
tatis & iustitiæ auidi, Christũ semper studiose audierũt inuitis etiam pharisæis & scribis, q̃-
niam paruulis deus ob simplicitatem sui verbi dulcedinẽ reuelauit & sapientibus & poten- Matth. 11
tibus huius mundi abscondit. Pro quo Christus alibi suo patri gratias agit.

C ¶Hinc est quod Euangelium hodie adserit turbas irruisse in Christum, non vtiq; vt eum
vel obseruarent vel cõprehenderent vel irriderent, sed vt audirent (inquit Euangelista) ver
bum dei, quod ipse dominus gratioso nimirum vultu & eloquio prædicauit, cuius eloquiũ Psal. 5
(iuxta prophetã) castum erat, & eius dulcedo super mel & fauum. Quod vt om̃es præ mul Psal. 118.
titudine facilius audirent, Christus conscendit nauem paululum à terra reductã, quẽ turbæ
& eius verbũ, non modo, vt decuit, audierunt, sed quomodo idipsum verbum sit audiendũ,
subindicarũt, vt non obscure ex historico Euangelij contextu patet.

D ¶Primo quidẽ Euangeliũ ex facto turbarũ docet, verbũ dei esse audiendũ cũ auiditate, si-
quidem turbæ irruerint in Iesum tanquam famelici pauperes ad distribuentem eleemosy- Deutero. 8
nas panis, quale vtiq; est dei verbũ, in quo viuit homo ad vitam æternã. Atq; vtinã omnes Matth. 4
esuriretis hunc panem. Sicut enĩ fames & appetitus cibi corporalis signũ est sanitatis, fasti-
dium vero ægritudinis, ita quoque fames verbi dei signum est salutis, & fastidium signum
mortis & ægritudinis spiritualis. Ita nimirũ pharisæi, scribæ & sacerdotes, lætaliter fuere Psal. 106
infirmi & morte proximi, quoniã non esurierunt verbũ dei, de q̃bus Psaltes diuinus: Oẽm
escã abominata est anima eorũ, & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Psal. 53.

E ¶Secũdo, verbũ dei esse audiendũ velociter & obedienter, quoniã deus voluntariũ sacri-
ficium accipit. Siquidẽ Petrus mox hodie dño iubenti obediuerit. Quod aũt dominus Pe-
tro præcepit, partim cõcernebat obsequiũ Christi, ne. s. ipsum cõprimerent, partim conso
lationẽ populi, vt is illum cõmodius audirent, partim vtilitatẽ Petri, vt subducta in profun-
dum nauicula aliquid piscaretur. Vnde doctrina saluberrima elicitur.

F ¶Prima, prælatum. s. nihil debere præcipere, nisi quod concernit honorem dei, ædifica-
tionem populi, & communem vtilitatem subditorum. Non enim quod suum est, authore 1. Cor. 10
Apostolo, sed quod aliorum est, quærere debet.

G ¶Secunda, subditos mox & libenter cum Petro obedire debere prælato huiusmodi p̃ci-
pienti: non prætendere fatigationem corporis, apparentem frustrationem laboris, difficul
tatem operis. Tunc autem aliquis obedienter audit verbum dei, quum quod prædicat, in- Lucę. 11
telligit, intellectũ diligit, dilectum opere complet, domino alibi dicente: Beati qui audiunt
verbum dei, & custodiunt illud.

H ¶Tertio, audiendum esse cum neglectu terrenorum, quia Petrus nauiculam ex iussu dñi à
terra pusillum reduxit. Siquidem terrenorum voluptates verbum dei, atq; spinæ rosas suf- Marci. 4
focant. Habentes igitur terrena, sint tanquam non habẽtes. Lucę. 8.

I ¶Quarto, audiendum esse cum reuerentia ob eius dignitatem. Ipsum enim dei verbum 1. Cor. 7.
est illud nobile margaritum, quod non est proijciendum ante canes. Ipsum est malagma il-
lud pretiosum, quod omnia sanat. Ipsum est gemma illa pretiosa, quam propheta dilexit su
per aurum & topasion. Eapropropter charissimi idipsum verbum dei (quo non maius est Matth. 7.
Christi corpus) cum summa reuerentia debetis audire cum turbis, quæ hodie silentes Chri Sap. 16
sti prædicationem non interruperunt, sed summa cum solicitudine ac reuerentia in finem Psal. 118.
vsq; audierunt. Quod deniq; si & auide & discrete audierimus, absq; dubio ipsum nos cor-
pore & anima sanabit. Siquidem audientes olim vocem filij dei in monumentis viuent. s. vi Iohan. 5
ta æterna. Quod superest, annis superioribus late reddidimus.

HOMIL. LIII. DE EO QVOD LEGITVR,
Amen dico vobis, nisi abundauerit, &c.
Matthæi quinto.

Dominica sexta post octauas pentecostes.



Væ ab aduersarijs hactenus in hodierno Euangelio deprauari cœ A
pta sunt dei iustitia hominum & oblatione ad altare superioribus
annis pro virili ex sacris literis adeo restituimus, vt nihil inde pute
mus hodie repetendum. Iam vero quia dominus tam simpliciter
quàm priuatim iustitiæ pharisæorum & Christianorum in Euan-
gelio mentionem facit, operæpretium videmur facere, si paucis di
xerimus quid in genere sit, & quæ pharisæorum & quæ Christia-
norum iustitia, vnde deinde sumemus regulam & doctrinam lon-
ge optimam.

¶Est igitur in genere iustitia virtus vniuersalis, quam qui habet B
1.Iohan.3 (Iohãne teste) iustus est & appellat. Sic Noe iustus dici cœpit, quoniam coram deo & ho-
Gene.6 mine virtuosus fuit. Iustitia vero speciatim, & quidem pharisæorum erat virtus ipsa apparẽs
forinsecus, simulata, non recta intentione fundata, vtpote ad interiora nullum habẽs respe
Iose.lib.17 ctum. Siquidẽ pharisæi, vt etiam de ipsis testatur Iosephus.
ant.cap.3 ¶Primo, de scrupulositate & subtilitate paternæ legis gloriabantur & culturam diuinita C
tis magnopere certis cęrimonijs simulabant, non vt essent deo grati, sed vt hominibus iusti
Theophy- apparerent, ideoq; more monachorum à consortio hominũ (vt ait Theophylactus) alieni,
lactus sup perinde alijs præstantiores, quũ interim cæteris intus essent multo deteriores. Id quod ve-
Iohan.11 ritas ipsa alibi testatur, ad eos dicens: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes
Matth.23 estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparẽt hominibus speciosa, intus vero sunt plena os-
Luc.11 sibus mortuorum & om̃i spurcitia. Sic & vos à foris quidem apparetis hominibus iusti, in-
tus autem estis pleni hypocrisi & iniquitate.

¶Secundo, pharisæi reputabant duntaxat pro malo culpæ factum exterius, non aũt ma- D
Matth.15 lum & interiorem affectum, credentes sibi sufficere, si facto exteriore non male agerent, de
Esaię.29. mente nihil soliciti. Hinc de ipsis deus omnipotens in persona prophetę inqt: Populus hic
labijs me honorat, cor aũt eorum longe est à me. Atq; huiuscemodi pharisæorum iustitia vtcũq;
foris splendida, non fuit vera iustitia, nec ad vitam æternam sufficiens. Siquidẽ constet, nul
Matth.6 lum opus externum esse de se bonum ac virtuosum, vtpote quod potest bene vel malefieri,
ceu patet de ieiunio, eleemosyna, vocali oratione & hoc genus alijs: tum quod opus extrin-
secum de se liberum non est, quum possit agens quantũ ad illud cogi & violentari. Modo,
vt opus sit virtuosum & deo gratum, necesse est, vt habeat bonitatẽ suã ab interiore opere,
& vt libere producatur: quoniã in inuolũtarijs neq; laudamur neq; vituperamur. Sola autẽ
voluntas est simpliciter libera in actibus interioribus elicitis, quoniam quanta ad illos nec
Psal.23 impediri potest nec violentari. Non fuit igitur pharisæorum vera iustitia nec ad vitã æter-
nam sufficiens. In montem enim domini non ascendit, nisi qui est innocens manibus & mũ
do corde. Et hoc est, quod Christus hodie ad discipulos suos, id est, ad nos oẽs dicit: Amen
dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Vult enĩ, vt nostra iustitia, id est, virtus vni-
uersalis nostra, i. Christianorum sit melior & perfectior q̃ pharisæorum.

¶Sed qualis est, quæris, ac esse debet Christianorum iustitia?

¶Primo, inquam, si iusti esse volumus, debemus esse iusti & virtuosi non apparẽter, vt vi E
deamur, sed & intus coram deo & hominibus, facientes omnem nostram virtutem & iusti
Matth.6 tiam recta intentione nomine & amore dei. Siquidem intentio dirigit totum opus extrin-
Romanõ.12 secus, cuiusmodi enĩ illa est, cuiusmodi est & opus ipsum forinsecum, Christo alibi dicẽte:
Si oculus tuus simplex ẽ, totũ corpus lucidũ erit. Et hoc est, quod aliàs ait Apostolus: Pro-
uidentes bona nõ tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hoĩbus. Non autem debet
à nobis iustitia nostra fieri intentione alia, quàm vt deo placeamus, non vt hypocritę vide-
Matth.6. ri velimus ab hominibus, Christo in hæc verba hortante: Attendite ne iustitiam vestrã fa-
ciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedem nõ habebitis apud patrem
vestrum qui in cœlis est.

¶Secundo, vt nedum caueamus à malo facto, & quidem extrinseco, sed & à malo adfe- F
ctu: quandoquidem & cogitatus ipse dominus est iudicaturus, & nedum quæ foris, sed &
Matth.15 quęintus geruntur male in corde, vnde, (vt ipse ait) procedunt quæ contaminant hominẽ.
Et hoc ipsum declarat hodie per homicidium actuale, quod olim pharisæi putabant dũta-
xat esse peccatum mortis ex lege, quæ dicit: Quicũq; effuderit humanum sanguinem, funde
Gene.9 tur & sanguis eius. Et alibi: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed Christiana iustitia
Exod.21 est, vt nõ solũ nõ occidamus actualiter, sed ne etiam fratri irascamur, ipsum male cognomi
nantes, qui alioqui rei simus iudicio. Siquidem dominus hodie non modo manum, sed & a-
1.Iohan.3 nimum à malo prohibet, dicens: Quicunq; irascitur fratri suo, &c. Q.d. non solum ille pec-
cat, qui manum mittit ad illicita, sed & ille qui consensu aut etiam verbo perpetrat nepha-
ria. Hinc Iohannes: Qui odit (inquit) fratrem suum, homicida est.

¶Ex

G ¶Ex iis modo colligimus hanc regulam & doctrinam. Accedentibus ad deum & ad eius regnum plane opus esse nō pharisaica, id est, apparente sed perfecta iustitia, qua declinat ab omni culpa, non solum foris, sed & intus nomine dei optimi. Atq; soli vere sunt iusti, q hāc habent iustitiam, qui & soli regnū dei intrant, & in perpetuum viuunt, quibus dominus regnū dei ostendit. Inde dicitur: Nos vbi sumus lecturi, cantaturi, oraturi, audituri, eleemosynas largituri præ oībus, primo nos debere discutere cordis intentionem, & ea rectificata procedere ad opus, vtpote prius meditari, quid, cur, pro quo facimus. Nam alioqui non recte colemus deū nostris exterioribus cærimoniis, si intus mens non gerit, quod illę foris agunt, id quod pharisæi faciebant. Ad quos propterea dominus dicebat: Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor aūt longe est à me. Sine causa aūt colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et recte nimiꝝ, quandoquidem veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Sapiæ.1 Ecci.37 Matth.15 Esa.29 Iohan.4

HOMIL. LIIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.15. Marc.8. Cum turba plurima esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent.

Dominica septima post octauas pentecostes.



A Irca diei præsentis Euangelium duo plane sunt & quidem non sine fructu consideranda.

B ¶Primum est litera, quæ habet rem vere gestam, subindicās cōtra Eutychen hæreticū, non modo Christum dominum fuisse verum deum, sed & hominem simul, distincta nimirum operatione, diuinitatis, scilicet & humanitatis. Quia eñ ille compassus est inediæ, & labori longioris viæ turbarum certe testimonium est, Christum fuisse ac esse verum hominem. Is etenim quamuis (Apostolo teste) in forma dei esset, semetipsum tamen exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinē hominū factus & habitu inuētus vt homo, nobis compatiens, nostrisq; infirmitatibus tentatus per omnia pro similitudine absq; peccato. Quia vero idem Christus dominus noster quatuor milia hominum septem panibus & paucis pisciculis saturauit, profecto testimonium est ipsum esse ac fuisse veꝛ deū, cuius solius est, propheta teste, miracula facere propria nimirum virtute. Philip.1 Hebr.4

C ¶Secundū circa præsens Euangeliū, consideratione dignū est mysteriū, nihil pene aliud notans, quam nos viam seculi præsentis incolumes transire non posse, nisi Christus nos reficiat panibus, & pisciculis in typo, quibus de in Euangelio: Hoc ad hunc modū se habere, non obscure intelligimus, ex mystico ipsius literę sensu hoc se pacto habente.

D ¶Desertum in Euangelio est ipse mundus à deserendo appellari cœptus, vtpote in q̄ nō sumus æternaliter mansuri, sed quē omnes in tempore deseremus, Apostolo dicente: Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Scimus eñ, quoniā dum sumus in hoc corpe, peregrinamur à domino, & habebimus, hac domo terrestri soluta, domum in cœlis æternam non manufactā. Et est hic mūdus, non solū desertū, sed & solitudo, quæ dicitur locus vbi nihil veri est boni, quo posset homo aliquātisper sustentari, cuiusmodi profecto est mundus, in quo nihil est constans & solidum, sed dūtaxat apparens. Siquidē horrent omnia in hoc mundo, si ex animo considerauerimus, Ecclesiaste dicente: Vidi quę cuncta sunt sub cœlo, & ecce vniuersa vanitas vanitatū & afflictio spūs. Præterea præterit figura huius mūdi, transitq; mundus ipse & eius concupiscentia. Hebræ.13 2.Cor.5 Eccles.1 1.Iohan.2

E ¶Triduum quo dominū hic sustinemus, est dies ingressus vna, progressus altera, egressus tertia. Vnde si volumus ex hoc deserto, ex hac solicitudine trāsire, & redire ad domum nostram, quę est cœlestis patria, ex qua ob peccatum sumus à longe scilicet ex paradiso huc expulsi, ne deficiamus viribus necessum est, vt dominus nostri misereatur, nosq; reficiat septem panibus, qui sunt septem dona spiritus sancti, scilicet timor, pietas, scientia, fortitudo, consilium, intellectus, sapiētia, quibus reficimur in hac via ne deficiamus. Oportet enim vt in periculoso huius vitæ cursu per timorem à malo recedamus, per pietatem domino appropinquemus, per scientiam temporalia regamus, per fortitudinem impedientibus resistamus, per consilium legem requiramus, per intellectum credamus, per sapientiam diuina sapiamus. Illis panibus sunt addendi pauci pisciculi, & sunt exempla diuorum, quæ vt vestigia sequamur, quādoquidem facile habebimus panes præfatos, vbi sequemur quod illi sunt sequuti. s. dominum in præceptis suis, qui à nobis est rogandus, vt nostri misereatur, ne ieiuni deficiamus in via ad patriam, quo tendimus.

HOMILIA LV. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.7. Attendite à falsis prophetis,&c.

Dominica octaua post octauas pentecostes.



Cimus charissimi fratres hãc vitam nostram (vt Iob ait) plane eẽ A
Iob.7 militiam,in qua comparatum est natura,deo sic constituente,vt ne
mo coronetur scilicet corona huius vitæ,nisi(teste Apostolo)q le-
gitime certauerit.Ita nimirum scire cõuenit nos haudquaquàm in
alio seculo coronatũ iri,scilicet corona æternæ vitæ,nisi pro ea vita
comparanda legitime & vsq; in finem constantes certauerimus cõ
tra hostes & inimicos dei & nostros lõge offensissimos diu noctúq;
Acto.14 contra nos colluctãtes,quorum tres sunt,vtpote diabolus,caro,mũ
dus,quos deus ille omnipotẽs,in exercitium virtutis aduersum nos
permisit,vt nobis aduersentur varijs tentationibus & tribulationi-
bus sine quibus nemo ingressurus est regnum cœlorum.

¶Quia vero illi quidem hostes aperto Marte nos cõtra tam manifesta , iusta & salutaria B
dei præcepta inuadere non audent,fit vt nos impugnant & tentant vincere per ea quæ do-
lo sunt sic plena & simulata quasi bona,vt nemo eos facile possit præ falsitate & fictione ca
uere.Ideoq; illos hodie dominus cognominat falsos prophetas,dicẽs:Attẽdite à falsis pro-
phetis.Nominat prophetas,quia vt propheta℞ est vera dicere & suadere,sic & ij videntur
nobis vera dicere & suadere,falsos nominat,quia quod dicũt & suadẽt ve℞ non est,sed fal-
sum & fictũ.Ipsi em̃ vt nos à deo nostro & ab eius beatitudine certius abducere queant, no
bis ea plerũq; semper ob oculos ponũt,quæ carni & sensui grata sunt & blandiuntur, spiri-
tui vero repugnãt,atq; sic nos haud aliter decipiũt,atq; falsa quæpiã & improba moneta, q̃
pariter difficilis est cognitu,quẽadmodum & prædicti hostes & falsi prophetæ. Vnde do-
minus monitor perinde fidelis ait:Attendite à falsis prophetis.

¶Sunt in hac parte falsi prophetæ,quæcũq; nobis obtrudere volũt carnalia, mollia, vo- C
Gene. 3 luptuosáq; sub specie honestatis,virtutis & bonitatis,quasi vitæ æternæ minus cõtraria. Id
quod diabolus olim(vti & hodiernis temporibus)fecit ad prothoplastos,inquiens:Nequa
Iohan. 3 quam de ligno illo comedentes moriemini.Scit enim deus,quod in quocunq; die comede-
Ephe. 5. ritis ex eo apetientur oculi vestri, & eritis sicut dij, sciẽtes bonum & malũ. Sic & caro facit
Roma.6 quotidie,dicens:Quid agis,abstinendo tantopere à carnalibus.Quãdoquidem caro deceat
1.Timot.2 carnem,quum caro sis sitq; tibi impossibile,vt caro viuas sine carne,,quam nemo odio ha-
bet.Sic quoq; facit mundus,omnis homo mũdanus,siue sit paganus,siue hæreticus, siue ma
lus Christianus,inquiens:Quid vsq;adeo abstines à mundo,quum ipse sis in mundo, & de
mundo & eius peccato Chrũs te redemit,qui omnes homines vult saluos fieri,qui in eũ cre
dunt,pro quibus & sanguinem suum effudit,quibus ab initio mũdi regnum cœleste,nõ an-
teribus præparauit.Hæc & hoc genus alia,quasi prorsus mundi(quũ vtiq; sunt verisimilia)
hostes prædicti nobis non aliter prætendunt,quàm piscatores rhetia & hamos piscibus , q̃
propter veri similitudinem,quam præ se ferunt non facile agnoscuntur,proinde q ea præ-
tendunt falsi.i.ficti hostes,& falsi prophetæ nominantur,à quibus monet diligenter atten-
dendum dominus quasi difficillimis cognitu.

Matth.24. ¶In præsenti igitur Euãgelio dominus:Primo,monet ab huiusmodi falsis prophetis at- D
Marci.13. tendendũ,ne dolis,phalaris,fictis,& insidijs suis nos vincat & seducãt.Eodem dño aliàs di-
Luce.17.21 cente:Videte ne quis vos seducat.Multi em̃ veniẽt in nomine meo,dicẽtes:Ego sum Chri
stus,& multos seducent,id est,multi venient,q dicent vobis,quod quæ ipsi nos docent,mea
sint,sed cauete,quàmuis enim quæ prætendunt,meis doctrinis videntur esse verisimilia, ta-
men nec mea,nec vera sunt,sed plane falsa sunt.

¶Secundo docet dominus,quomodo debeamus ea cognoscere,quod non sint Christia- E
1.Iohan.2 na,nec vera.Quandoquidem si eorum fructus mali sint,certum est ipsos esse malos,ac ideo
Iohan. 3 nequaquam esse audiendos.Siquidem illi Christi essent,ambularent, vt & Christus ambu-
laret,cuius omnia opera sunt bona,non mollia,non carnalia,non mũdana, sed dura,sed spi
Matth.7 ritualia,sed cœlestia,ad falsos prophetas alibi dicens:Discedite à me oẽs qui operamini ini-
quitatẽ. Angusta est porta quæ ducit ad vitam.

¶Tertio,docet pœnã falso℞ propheta℞ & eo℞ q ipsos,& eo℞ suasiones sequũtur, quan F
doquidem omnis arbor.i.omnis homo,q nõ facit fructũ bonũ.i.qui nõ bene operatur,ex-
cidetur.i.damnabitur,& mittetur in ignẽ.s.æternum.Ipso alibi quoq; dicẽte: Venit hora
Iohan.5. in qua oẽs q in monumẽtis sunt,audient vocẽ filij dei,& procedẽt,q mala egerũt in resurre-
ctionem iudicij,& ibũt in suppliciũ æternũ,lata in eos sentẽtia in hęc verba:Discedite à me
Matth.25 maledicti in ignem æternũ,qui paratus est diabolo & angelis eius.

¶Quarto,

G ¶Quarto, remouet præsumptionē, qa mundus, id est, mūdanus homo & malus Christiānus plus æquo præsumit de misericordia dei, & de sua fide nuda, quoniā (inquit) non omnis qui dicit mihi, domine domine, id est, qui nude credit, intrabit in regnum cœlorū, sed q facit voluntatē patris mei q in cœlis est, id est, q fidē quam tenet & ore profitetur, ipsis operibus comprobat. Fides em̄ vera est, quę operatur p charitatem scilicet bona opera, fine qbus ipsa fides est mortua. Hinc fratres charissimi si quis vestrum tentatur. Galat.5 Iacobi.2

H ¶Primo, à diabolo praua suggestione qua sub specie boni pellicit ad malū à quo deus dehortatur, quodq; prohibuit, resistat, dicēs: Vade retro satana, falsus es propheta, idēq; mendax, qui in lucis angelū te transfiguras, malus es & falsus, nec potes nisi mendaciū suadere & malū suggerere qui nunquam stetisti in veritate. Non est quod tibi credam contra deum, q aliter me docet, qui non mentitur nec mentiri potest. Matth.4 2.Cor.11 Iohan.8. 1.Iohan.3 Hebræ.6

I ¶Secūdo, si quis à carne tentatur illecebra inclinatione, resistat, dicens: Nihil proficis caro, quoniā quum caro sis, non potes nisi carnalia docere, nec aliud quàm malū, ad quod ab ineunte ætate prona es. Non est quod te audiā, quum caro & sanguis regnum dei possidere nequeunt, secundū quam si quis vixerit, certum est eum mori scilicet morte æterna. Nec est quod inquis me carnē esse, quandoquidem simul & deus mihi spiritum dederit ac inspirauerit, cui oportet obedias, ille tibi dominetur, hic est q cœleste regnū possidet. Carnem non odio, si abstineo à carnalibus, sed eam odio, vbi carnalia sequor, qui tum ipsam cū spū damno. Et hoc est, quod veritas ait: Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animā suā in hoc mundo custodit eam in vitam æternam. Iohan.3 Gene 8. Roma.8 Matth.10 Marci.7.

K ¶Tertio, si quispiam tentatur à mundo præsumptuosis verbis vt supra, resistat, dicēs: Nihil agis apud me, quoniam falsus es propheta, mentiris quod ais, me posse saluari in nuda fide, quū veritas hodie dicat: Non omnis qui dicit, &c. Fateor vtiq; deum nō anseribus sed hominibus, scilicet fidelibus creasse cœlum, sed non illis fidelibus, qui se deū nosse fatentur verbis, illum vero factis negant, sed eis fidelibus qui quod credūt, facto testantur, id est, operantur fide per charitatem scilicet voluntatem. Lucæ.17 Iohan.12 Titum.1

L ¶Nec est quod dicat se aliquis Christianū, qui Christi opera scilicet bona non facit dicēte aliis Christo: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Imo qui baptismo fidem suscepe rūt, & facti sunt Christiani, nec agūt quod Christianorū est, plus alijs punient, domino dicē te: Seruus q cognouit voluntatē domini sui, & non fecit secundū voluntatē eius, vapulabit multis. Atq; ideo Petrus dicit: Melius fuisse eiusmodi viam iustitiæ non cognouisse quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illi traditū est, sancto mandato. Vnde dominus ipse Iudæis, & malis Christianis anteponit Sodomitas & Gomorrhæos in die iudicij. Verūtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij q̄ tibi. Proinde charissimi non blandiamur nobis de misericordia domini qui æque iustus est, nec obijciamus ridicula dicta, quoniam deus irridetur minime, q eos deridebit in furore q deridēt. Anseribus vtiq; cœlū non cōstituit, sed neq; peccatoribus & obstinatis, conuerti nolētibus. In summa cesset oīs à nobis p̄sumptio. Siquidem veritas ipsissima hodie dixerit: Arbor nō faciens bonū fructū, excidetur & in ignem mittetur. Et non omnis qui dicit, &c. Luce.12 2.Petri.3 Matth.11 Psal.73

HOMILIA LVI. DE EO QVOD LEGITVR, Luc.16. Homo quidam erat diues qui habebat villicum, &c.

Dominica nona post octauas pentecostes.

A 

Vem hodierni euangelij parabola nō deterret, nullus sit in deū fidei, necessum ē, vtpote qui vel deū esse in corde negat, vel si illū esse fatetur, ipsum tamen non credit tā fore in nouissimo iudicio iustū, quàm scriptura ipsum futurum adfirmat. Sed qui talis est impietatis plane conuincitur per horrendā hodierni euangelij parabolam vt quæ summatim & quidē non obscure arguit, nos suo tēpore de omnibus rebus & dotibus quas à deo recepimus rationē serio reddituros, interprete Apostolo in hæc verba scribēte: Omnes em̄ stabimus ante tribunal Christi, vbi nos manifestari oportet, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonū siue malū. Id quod apertius ostendit hodiernæ parabolæ interpretatio. Psal.13 Ecci.3 Roma.14 2.Cor.5

B ¶Nam qs est ille hō in euāgelio diues, nisi deus maximus, q vtiq; homo dicit, propter ei⁹ humanitatē nostri causa susceptā, q deus homo factus. Diues & idē merito dici cēptus, qm̄ ipsius sunt oīa, q oīa creauit, & oīa ad nutū suū gubernat, cuius est terra & oīs plenitudo eius & vniuersi q habitāt in ea. In cuius q̄q; domo gloria & diuitiæ. Ille deus & hō diues villicū habet & est villicus iste quilibet hō, cui deus ad gubernandā commisit villam aiæ, corporis & for- Iohan.1 Deute.10 Psal.23. Psal.111 Psal.8

& fortunæ, vt vniuscuiusq; villæ bona nō dissipet, sed bene, hoc est, in dei dñi sui gloriam, & D
1. Cor. 4 proximi suamq; salutem dispenset, siquidem nihil habemus, quod non recepissemus à do-
1. Petr. 4 mino deo, in cuius nomine tanquā fideles dispensatores debemus dispensare, Petro in hæc
verba hortante: Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut
boni dispensatores multiformis gratiæ dei.

¶Male igitur & stulte nonnulli garriunt, dicentes: Quid tua interest quod mea dilapido, C
vel consumo, nunquid non mea sunt, & de ijs haud queam iuxta arbitrium meū disponere?
Quibus hodie responsum velim ex Euangelio: Bona nostra non esse nostra propria, sed au
1. Timo. 6. thoritate dei, qui illa solus dare & auferre potest. Nos autem minime, quoniam nihil (inqt
Iob. 1. Apostolus) in hunc mūdum tulimus, haud dubium, quia nec auferre quid possimus. De ter-
Eccl. 3 ra nudi venimus in terram nudi reuertemur. Quandoquidem villici solum sumus, vt ea bo
na ad dei, cuius sunt illa, gloriam dispensemus.

¶De dissipatione illorum coram deo diffamamur, quando vel remorsu conscientiæ, vel D
euidentia operum malorum apud deum accusamur, quum abusus eorum bonorum, nō se-
cus super nos ad deum, quam olim peccatum Sodomitarum clamat.

¶Nos vocat homo ille diues, quando eius abusus serio nos admonet vel inspirationibus E
Gene. 18 internis vel prædicationibus vel beneficijs vel aduersis, vel timore extremi iudicij, aut æter-
næ damnationis. Idem ad nos dicit.

¶Redde rationem villicationis, quando adest in morte nostra, vel certe cum appropin- F
quat dies nostra nouissima. Tum enim præ cæteris semper in auribus morientium resonet
vox illa tremenda: Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim vltra villicare non poteris.
O verbum plane horrendum, quod & tempus horrendum arguit. In quo vtiq; non pote-
rimus amplius villicare, id est, bonis quæ nobis prius fuere commissa, vti, nec bene, nec ma-
Iohan. 9 le. Venit enī nox, in qua nemo poterit operari, nec tēpus erit mḡrēdi, sed recipiendi secun-
Matth. 16 dum q̄d quisq; vsus vel abusus est suis hoc in mūdo bonis. Tum dico: Tempus erit rationis
reddendæ, sed nō villicationis exercendæ. Siquidem ratio à nobis ab æquissimo iudice exi-
getur de occultis cordium cogitatiōibus, de ociosis sermonibus, de operibus nostris, tumq;
aperietur liber cōscientię nostræ, in quo legetur memoria nostra, quicq̄d hic mali vel quā-
libet occulte cogitauimus, diximus ac fecimus.

¶O deus æterne, vbi & q̄uo tum nos peccatores stabimus, quū vix iustus saluabit? Quid G
faciemus iniusti dissipatores, quū dn̄s etiam tunc iustitias est iudicaturus, quū nostræ iustitię
sint quasi pannus menstruatæ. Heu nobis quia tum faciemus, quando nobis omniū rerum
1. Petr. 4 dispensatio erit ablata, q nec fodere nec mēdicare, id est, nihil boni vlterius operari poteri-
Esa. 64 mus, nec locus erit gratiæ, sed rigorosæ iustitiæ, quā nemo nec in cœlis nec in terris flectet.

¶Quia proinde (fratres) pleriq; oēs sumus villici infideles, q bona dn̄i nobis cōmissa, ma- H
le dissipauimus, nimirū qui res nostras tēporales in illicitis & superfluis expēdimus, corpus
voluptati exposuimus, animam immūdis cogitationibus polluimus, & plane nihil prout de
bebamus in vsum nostrū & dn̄i dispensauimus, adsitq; iam pr̄ foribus hora villicatiōis red
dendæ, ad quā multoties & multifariam sumus vocati, q̄d (inquam) fratres faciemus? Certe
domino hortante sequemur villicum euangelicum & dissipatorem prudentem.

¶Primo nō negligamus, sed iam tandē audiamus vocē dn̄i, toties nos per admonitionē I
Roma. 2 pœnitētiæ ad rationē de cōmissis serio vocātis. Quēadmodū Apostolus monet, dicēs: Exi-
stimas (o homo) qui hæc facis q̄a tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis eius, & patiē-
tiæ & longanimitatis cōtemnis? Ignoras, q̄m benignitas dei ad pœniām te adducit?

¶Secūdo debitoribus qui propter offensam in nos fortassis vindictā merentur ex animo K
Matth. 6. & propter deum remittamus, q̄m sic & quibus offendimus deū, nobis remittentur, dn̄o di-
Marc. 11. cente: Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & vobis peccata vestra pater vester.

¶Tertio, remittamus (si vllo modo sine periculo nostro fieri potest) debita ipsa (vt sic di- L
Matth. 18 xerim) realia eis, qui sine damno suo euidenti soluēdo nō sunt ob summā (qua sine sua culpa
premuntur) ægestatem, simus memores q̄ male cesserit ei seruo qui cum cōseruo suo patiē-
tiam habere noluerit, quum ei dominus longe plus remiserat. Quandoquidem iste torto-
toribus fuerit traditus, donec redderet vniuersum debitū. Sane decet, imo oportet nos esse
misericordes, si misericordiam & ipsi consequi voluerimus.

¶Quarto, distribuamus de bonis nostris temporalibus (quæ dicūtur mammona iniqui- M
Matth. 5. tatis, quia alioqui non secus atq; iniquitas ad æternam pertrahunt damnationem) pauperi-
Luc. 6 bus, quorum causa nobis sunt collata, vt per eos recipiamur in regnum cœleste quod illorū
Lucæ. 11. est. Sic dominus alibi dicit: Quod superest date eleemosynam, & omnia mūda erūt vobis.
Luc. 15 Siquidem pauperum spiritu sit regnum cœlorum quod nobis pro eleemosynis suo tempo
re per deum sunt daturi. Et quoniam hic illi retribuere non habens in resurrectione iustorū
deus pro ipsis se promittit retributurum.

¶Quinto

N ¶ Quinto, vt demus eleemosynas adhuc viuẽtes non expectãtes mortem, ita vt velimus datum iri eas post mortem ex testamento.

O ¶ Primo, quoniam tum non proprie sumus, neq; domini, neq; dispensatores nostrorum temporalium. Non domini, quia alioqui possemus ea nobiscũ ferre quæ nequimus ferre no biscum, quũ nos relinquunt omnino, & solum quæ fecimus, opera nos sequuntur. Non dispensatores, quia tum (vt ait Euangelium) non poterimus vltra villicare, quũ locus erit & tẽ pus rationis reddendæ non dispensandæ rei. 1.Timot.6 Apoca.14.

P ¶ Secũdo, quod tum data demus coactì, quia aliter nequimus, quum ea prorsus cogamur dare, sed quæ coacte damus, & non cum voluntate & hilaritate, deo grata non sunt, ideoq; non meritoria. Et hoc est quod Propheta dicit: Voluntarie sacrificabo tibi & cætera. Hilarem datorem diligit deus. 2.Cor.9 Philip.1 Psal.53.

Q ¶ Tertio demum, posse nos tum recte largiri, tamen tutum non est, tum quia nescitur an hæredes vel testamentarij aliquid distribuant, vel recte distribuant, vti videmus indies in hoc fieri casu, tum q̃d aliquoties, quæ relinquimus adueniũt in manus pessimorum & indignorum, qui & nobis pessime volunt. Vnde ad diuitẽ alibi dominus: Quæ autẽ (inquit) parasti, cuius erũt? Quasi diceret, non tua, nec fortassis tuorum, nec amicorum, nec bonorum, neq pauperum, sed aliorum, sed inimicorum, sed malorum, sed diuitũ, sed nebulonum, &c. Et sæpe quæ nõ modo summo labore & sudore, sed & cũ dispendio animæ, corporis & honoris collegim⁹, & relinquimus, nepotes & epulones filij seu amici deuorant & dilapidant. Luc.12 Eccles.5

R ¶ Ideoq; sapienter hodie dominus consulit, dicens: Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Quare? Vt recipiant vos in æterna tabernacula. Quando? In præsenti vita, quando estis adhuc dispensatores, quando cognoscitis quibus opus est, q̃bus detur, quando vobis adscribituur opus, vt cũ defeceritis, id est, quando nõ poteritis amplius villicare, id est, quando in tenebris post mortem ad æternam claritatem opus est lumine, vt iam lucerna bonorum operum accensa, vos præcedat, non sequatur.

S ¶ Ne timeatis, ne vobis quicquàm deficiat, sed cogitate, sic charam habere deum eleemosynam, vt semper interim, de quo datum est, augeat. Siquidem deus ipse augebit incremẽta (vt Paulus ait) frugum iustitiæ. Cuius testimonium deus nobis reliquit in vidua Sareptana, quæ cum in necessitate famis Heliæ nomine dei dedit subcinericium panem de farinula sua & oleo, non sensit deinde defectum, sed augmentum in hydria farinæ & lechyto olei, donec dominus pluit super terram. Reliquit quoque testimonium in Euangelio, quũ Apostoli de suo, vt quamlibet paruo, turbis dederunt ad manducandũ. Alibi ex quinq; panibus hordeaceis, & duobus piscibus, de q̃b⁹ quinq; millia virorum comederant, & saturata fuerãt, collegerũt, & impleuerunt duodecim cophinos. Alibi vero de septẽ panibus & paucis pisciculis, de quibus quoq; pasta erant quinq; millia hominũ, sustulerunt septem sportas. Atq; sane nũquam intellexerimus eũ, vel factum esse inopem vel male mortuum, qui amore dei cum pietate indigentibus sua tribuisset, sed semper ditiorem esse factum, & in dño obijsse, cuius nec semen panem mendicauit, quum alioqui parcorum proles interdũ facta sit omni ope indigens. Insistemus proinde operibus misericordiæ, quoniam & in vita nobis multa bona comparamus, & post mortẽ æterna tabernacula, atque sic pro alienis recipiemus propria, pro vanis immobilia, pro terrenis cœlestia, pro transitorijs æterna, Amen. 2.Cor.9. 3.Regũ.17 Luc.4 Iohan.6 Marci.8 Psal.36

HOMIL. LVII. DE EO QVOD LEGITVR, Luc.19. Cum appropinquaret Iesus Hierusalem.

Dominica decima post octauas pentecostes.

A 

Vod boni eiusdemq; iusti est prælati, idem dominus ipse primus omnium prælatus effecit. Siquidem prælati boni est ac vere iusti, vt in ipsa persona propter facinus & demeritum puniendo non aliquo sinistro adsectu lætetur, sed personæ eiusq; perditioni condoleat vitio saltem infensus, quod pro qualitate ipsius inultum nõ relinquat, ne indulgentia nimia in peccandi vertatur licentiam. Ita nimirum dominus noster Iesus Christus, misericordiæ fons, in ira sua vel quamlibet iusta, suas misericordias continere nequit. Ipse quidem ingressurus ciuitatem Hierusalem, simulq; præuidens calamitatem Iudæis, tum futuram, quod videlicet illi secundum demerita, à diuina iustitia venirent plectendi compassionis affectu tanquam pientissimus prælatus super ipsam ciuitatem Metropolim Iudææ fleuit, veluti patet ex Euangelio: In q̃ ipse dominus tria facit, ex quibus deriuatur & quartum.

¶ Primo,

Matth.24 ¶Primo quidē calamitatē tunc Iudæis futurā breui compendio, sed ita tamē recenset, vt B
Marci.13. vix vmbrā illius accipias. Siquidem tāta fuerit hæc ipsa Iudæorum calamitas, quāta nō fuerit à
Luc.21 mundo condito, nec habitura similē, præter eam, quæ futura est circa nouissimū huius seculi
1.Cor.10 diem. Cuius talis erit tribulatio, qualis nō fuit ab initio mūdi vsq; modo, nec fiet. Et nisi ab-
breuiarentur dies illi, nō fieret salua om̄is caro, sed propter electos abbreuiabūtur dies illi, q̄
certo protendūt appropinquare eam ipsam nouissimā cladem. Siquidem videmus iam initia
Matth.24 dolorum quæ fieri oportet, inquit Chrūs, sed nondū finis. Væ aūt prægnantibus & nutrienti-
Lucæ.23 bus in illis diebus. Quandoquidem tum & reges terræ & principes, & tribuni, & diuites, &
Apoca.6 fortes, & om̄is seruus & liber abscondent se in speluncis, & in petris montiū. Et dicēt mon
tibus & petris, cadite sup nos, & abscondite nos à facie sedētis sup thronū, & ab ira agni, qm̄
venit dies magnus iræ ipsorum, & qs poterit stare? Nec mirum, quod ea ipsa calamitas tanta sit
futura, quoniam tanta fuerit eius vmbra & figura, scilicet Hierosolymitana clades à Roma
norum Imp. Tito & Vespasiano illata anno post Christi passionē quadragesimosecundo, quā
nemo facile sit enarraturus. Quis em̄ quæso vel ex parte enarrare poterit, quantis malis Iu-
dæa gēs, tunc vniuersa mulctata sit, vtq; ipsa Iudææ tetra bello, fame, cædibusq; vastata sit,
quāta populorum millia, patres simul cum coniugibus, ac paruulis liberis absq; numero, absq;
discretione trucidati sint, quæ etiā diuersarum vrbium obsidiones, sed & ipsius magnificæ &
famosissimæ ciuitatis Hierusalē, quāta vastitas, & quāta fuerit diuersarum mortiū strages, ma
xime in die solēni paschæ, quū inibi velut exitiali quadā manu cogēte cōuenerant tricies cē
tena millia hominū, iusto.s. dei iudicio tempore hoc vltionis electo.

¶De fame vero & inedia non est quod aliquis dicere queat vel audire, quū om̄ia necessi- C
tas verterit in cibū, etiā illa, quæ ne mutis quidē animalibus edere visus fuit. Ad vltimū ne lo
ris quidē vel angulis, aut ipsis etiā calciamētis abstinuerūt. Portarum quoq; indumēta trahen-
tes, cōficienda dentibus ingerebāt. Nōnulli & fœni veteris festucas edebāt, sed & de quisq-
liis vndecūq; collectis paruissimū pōdus drachmis quatuor distrahebant. Perierūt aūt fame
vltra viginti millia hominū. Gladio vero decies centena millia. Captiuorum & venditorum pe-
ne infinitus numerus, quū interim multi ad monumenta viui, properabāt præ fame & cla-
de. De quo videatur Iosephus libro sexto & septimo. Et Eusebius lib.3.cap.6.

¶Secūdo, recenset dn̄s causam tantæ cladis, quippe q̄d Iudæi ipsi nō cognouerint, id est, D
cognoscere & acceptare noluerūt tempus visitationis suæ. Quæ nimirum visitatio nihil aliud
est, quàm de cessandis peccatis admonitio, vtpote qui noluerūt credere Iesu Christo quod
ipse esset altissimi filius, vt quæ docebat à deo essent, quibus nec voluerunt accedere, sed in
suis manserunt peccatis, vtcunque multipharíam per Christum variisq; signis admoniti.
Matth.23 Adeoq; quod ipse dominus ad eos inter cætera dicebat, Hierusalem, Hierusalem, quæ occi-
dis prophetas & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Quoties volui cōgregare filios tuos, quē-
admodum gallina cōgregat pullos suos sub alas & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus
vestra deseria. Horum aūt peccatis maxime obnoxii erant scribæ & pharisæi, in q̄s octies
inuehitur maledictione væ. Atq; vtinā nec ipsi simus eorundem peccatorum obnoxii & rei,
nec dubitem, quin re melius forte in multis haberet.

¶Tertio, recenset dominus causam, quare non cognouerūt tēpus visitationis, quoniā in- E
quit per intellectum, quæ ad pacem sunt rebus præsentibus dediti ac terrenis voluptatibus
irretiti veritatē & iustitiā, quæ à Christo ipsis in salutē prædicabatur, nō modo nō poterāt
attendere & sufferre, sed & odio contra Christū propter veritatem permoti, nec audire vo
Sap.2 luerunt, sed authori veritatis, scilicet Christo mortē ipsam minabantur, dicentes: Quia ex
nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam non fuerimus. Vmbræ em̄ transitus est no-
strum tēpus, & nō est reuersio finis nostri. Venite ergo fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur
creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ, quoniā hæc est
pars nostra, & hæc est sors nostra. Opprimamus pauperē iustū, & nō parcamus viduæ, nec
veterano, nec reuereamur canos multi temporis. Circūueniamus ergo iustū, qm̄ inutilis est
nobis, & cōtrarius est opibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos
peccata disciplinæ nostræ, promittit se scientiam dei habere, & se filium dei vocat. Grauis
etiam est nobis ad videndū, quoniam dissimilis est aliis vita illius. Videamus ergo si sermo-
nes illius veri sint. Cōtumelia & tormēto interrogemus eū. Morte turpissima cōdēnemus
eum, &c. Hæc cogitauerūt & errauerūt, excæcauit em̄ illos malitia illorum.

¶Quarto, huius Hierosolymitanæ calamitatis historiam, non tā propter Iudæos, quàm F
propter nos, in quos seculorum fines deuenerunt esse scriptam, vt videlicet periculo aliorum
simus cautiores, Paulo dicente: Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concu-
1.Cor.10 piscentes malorum, sicut & illi cōcupierunt. Scripta sunt autem ad correptioem nostram
in quos fines seculorum deuenerunt.

¶Superest igitur fratres, vt eorum memores simus, in timore dei stemus, ne & illa nos cō- G
prehen-

prehendāt, queadmodū plane timēdū est, qm̄ Iudæoꝝ olim peccata, singuli in suo ferme statu, nō mō æquamus, sed & superamus, siquidē (Chr̄o teste) iamiā cœperit tēpus & seculū, in q̄ non solū monstruosa est fames & pestilētia, sed & abundat iniquitas & refrigescit charitas multoꝝ, audiuimusq̄ ꝑlia & opiniones ꝑlioꝝ, q̄ vtiq̄ initia sunt doloꝝ, q procul dubio nobis eueniēt, si Iudæoꝝ perfidissimoꝝ similes māserimus, id quod absit. Ve⁊

H ¶Primo, suscipiamus visitationē. i. admonitionē de peccatis nostrā, & pœniteamus, nō cōtemnamus Christū tot nos in hūc vsq̄ diē doctrinis, prophetijs, miraculis, prosperis & aduersis, & multifariā visitantē, quasi increduli, & q nolimus, q̄ nobis q̄tidie dicunt, audire, vt sic sint abscōdita oculis nr̄is. Non blandiamur nobis ob misericordiā dei, qui & Esai.14
olim misericors, imo ab æterno fuit, interim tn̄ nihilominus propter minora & pauciora Gene.3
q̄ nostra sunt pc̄tā, angelū, creaturaꝝ pulcherrimā, quā ille cōdidit, cū oibus ipsius cohærentibus in profundū inferni deiecit, Adamū & totā propaginē æternæ morti & terrenæ Gene.18
maledictioni addixit. Viuētes tpe Noe, diluuio in vniuersum ꝑdidit, Sodomitas cū alijs Gene.7
ciuitatibus, in cinerē vertit, Israelitas sæpe horribiliter prostrauit, & celeberrimā deniq̄ Nume.20
oīm ciuitatū Hierusalē funditus deleuit, & solo æquauit. Sileo reliqua dei nr̄i maiestatē & Exod.32
seueritatē in misericordia iusta cōmonstrātia, quæ nō oportet negligamus, vt Petrus & 1.Cor.10
Paulus alibi fideliter admonent, nec nobis induratis deū parcere, si nec illis pepercit. Roma.2 2.Petr.2

I ¶Secundo, ne eiusmodi nos exempla terribilia priorum perterreant, abijciamus omnē 1.Iohan.5
huius mundi vanitatem, qui cum sit totus in maligno positus, nihil aliud agit, q̄ vt nos obfascinet, ne intelligamus, quæ sunt vel præterita vel futura. Id quod vsqueadeo lamentabile est & horrendum, vt Christus absq̄ dubio ad nos sit dicturus, quæ ad Hierusalem olim dixit: Quia si cognouisses, & tu, &c.

HOMILIA LVIII. DE EO QVOD LEGITVR,

Dixit Iesus ad quosdā qui in se confidebant tanq̄ iusti, &c. Luc. 18

Dominica vndecima post octauas pentecostes.

A 
Tsi Apostolus vnà cū cæteris passim hortet ad agendū bona opa pro vita æterna cōsequenda, q̄ deus ipse creauit vt in illis ambulemus, quæ nec insnia apud deū sint, sed suā beatā mercedē habeāt, id quod & Christus omni in loco cōfirmat, per prophetā, dicens: Declina à malo & fac bonū, hodierno tamen euāgelio perducet, ea nobis plane nihil ad æternā vitā conducere, sed obesse, vbi de ipsis ꝑsumimus, vel inuanū aliquo modo clàm vel palam iactitemus, tanq̄ propterea cæteris meliores, quia iustiores idipsum per pharisæū sic ostendēs, vt merito ac vere Petrus dixisse videaf: Iustum hominē vix saluatū iri, vtpote cui diabolus & eius operibus (alioqui bonis & iustis) tam subdole & periculose insidiatur per superbiā & vanā gloriā. Ille eñ artifex fraudulētus, quū nec in principio, nec in medio, nec in fine ꝑstare potest impedimentū, ne opus per se bonū perficiatur, saltē molitur per superbiā corrumpere intentionē, ita vt operationis finis cōstituatur peruersus, gloris. s. vana, quū is deus dūtaxat eē debeat, cuius causa & amore finaliter omnia bona opera sic facere debemus, vt interim humiles vereamur, ne minus bene, ne minus recte fecerimus, quemadmodū ex euangelio per publicanū humilem, & pharisæum superbum, facile accipimus. Ephe.2 1.Cor.15 Matth.16 Psal.36 1.Pet.4

B ¶Vnde colligitur, hæc in primis doctrina, nos debere clandestinū dei Max. iudicium, quasi minus iusti semper timere, vel quālibet iusti. Hinc scriptura: Beatus (inquit) homo Prouer. 28
qui semper est pauidus. Et hoc est, quod Paulus, etsi vas esset electionis, de seipso dicere 1.Cor.4
non dubitauit. Sed neq̄ meipsum iudico. Nihil eñ mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et hoc quidem ob aliquot rationes, quarum.

C ¶Prima est, qm̄ nemo vere scire possit, num iustus sit vel iniustus, quoniam multa hominis facta & cogitata ipsum latent. Vnde scriptura: Sunt (inquit) iusti atq̄ sapientes, & Eccles.9
opera eoꝝ in manu dei sunt. Et tamen nescit homo, vtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futuꝝ seruantur incerta. Hinc Paulus: Itaq̄ (inquit) nolite iudicare ante tēpus, 1.Cor.4
quousq̄ veniat dn̄s, qui et illuminabit abscondita tenebraꝝ, et manifestabit cōsilia cordium, et tunc laus erit vnicuiq̄ à deo. Et hoc est quod propheta orabat: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Psal.19

D ¶Secūda est, q̄ etsi omnia bona fecerimus, inde tamen vel ideo deberemus esse pauidi, q̄ solū fecerimus ea, quæ nobis sint præcepta, quæ deo minime sunt obijcienda, quæ illi vt Malach.1
dn̄o ex obligatione serui debuimus. Vnde ipse Chr̄s ait: Sic et vos cū feceritis omnia quæ Lucæ.17
ꝑcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus, q̄d debuim⁹ facere, fecimus. Atq̄ profecto Iacobi.1
nihil plane est, q̄d non dn̄o deo ꝑ ipsius in nos bonitate debremus, à quo nobis oīa bona

Ideo non gloriandum eſt cum hodirrno phariſæo.

¶Tertia eſt, quoniam ignoramus bona à nobis facta, qua diſtrlctione illa à domino iu E
dicentur, aut quo finr terminentur. Sæpe eñ iuſtitia noſtra (inquit Gregorius) ad examẽ
iuſtitiæ deducta, iniuſtitia eſt, & ſordet in conſpectu diſtricti iudicis, quod ſplendet in cõ
ſpectu operantis. Sæpe etiã alter ex virtutibus in fine tendit ad vitia, & alter ex vitijs in vir
Matth. 21 tutibus cõcludit finem. Hinc aliàs vrrr ad phariſæos aitbat dominus: Amrn dico vobis,
quia publicani & meretrices præcedent vos in regno dei.

¶Id q̃d hodie factũ ve⁊ in publicano & phariſæo: quibus profecto docemur, omnino F
nõ eſſe gloriandũ, propter opera bona noſtra aduerſum alios, quũ ignoremus, qui randẽ
ſint vere corã deo boni, quũ qui modo ſtat, paulo poſt cadere poſſit, & econtrario, & opti
mus nunc per ſolã ſuperbiam fieri poſſit peſſimus. Adeo vt bene dixit Apoſtolus ad Co-
I. Cor. 10 rinthios: Itaq; qui ſe exiſtimat ſtarr, videat ne cadat: nimi⁊ memor, q̃ ſit iuxta prophetã
Pſal. 56 dñs terribilis in cõſilijs ſuper filijs hominũ. Quis, obſecro, nõ hodir præferret phariſæũ,
quũ tot bona fecerat publicano, qui multa mala fecerat? Quis eum condemnaret, qui iu-
ſtus eſt, quia nõ appetens quod ſuũ non eſt, nec raptor, quoniam alio⁊ quod eſt, non re-
rinet, qui decimas dat omnium quæ poſſidet, qui & continens eſt, quia non adulter, tem-
Prouer. 28 peratus quia bis in ſabbato ieiunat. Itemq; gratus, quoniã deo de omnibus gratias agit?
Econtrario, Quis nõ condemnaret eum, qui alius eſt illo iuſto, qualis fuit publicanus? Et
ramen dominus ait: Amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus ab eo.

¶Docẽs vtiq; ſemprr debere nos eſſe pauidos propter arcanũ dei iudiciũ vel quãlibet G
iuſti, nrc de noſtris p̃r bonis operibus cõtra alios gloriari, ſrd cũ humilitate nos vbiq; fa-
teri indignos & inſufficientes: memores humilitatẽ vere corã deo exaltare, ſuprrbiam aũt
Eſaiæ. 14 ſupprimere, id q̃d exitus, euidenter & mirabilitrr docuit in lucifero ſuperbiente & Chro
Philip. 2 humiliante. In Eua elata, & in virginr humiliata, In diuite purpurato, & in Lazaro vlce
Gene. 3 rato, In phariſæo extollente, & publicano pœnitente. Et hoc eſt quod hodir veritas ait:
Luc. 14 Omnis qui ſe rxaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.
Lucæ. 16 ¶In quo vtiq; dicto (vt & aliàs) dñs ipſr deprimit ſuperbiam, perinde atq; omniũ malo H
rũ radicẽ, & ediuerſo cõmendat humilitatẽ, veluti omniũ virtutũ cuſtodẽ, ſine qua nemo
Matth. 3 eſſe poteſt iuſtus. In qua & Chriſtus voluit implere, & impleuit omnẽ iuſtitiam. Proinde
Marci. 1 fratres, oẽs (monitore Petro) inuicẽ humilitatẽ inſinuemus, ſed & corã deo humiliemur,
1. Pet. 5 vt nos exaltet in tẽpore viſitationis. Siquidẽ nos nihil adeo à deo auertit q̃ ſuperbia, nihil
tam deo approximat ſicut humilitas, quã vt, excluſa ſuperbia, haberemus, deus omnia in
Gene. 2 nobis fecit, q̃ ipſam inducũt. In primis quidem nos ex vili humo (vnde & homo dici cœ-
Sapiæ. 10 pit) creauit, deinde nos in terram ex vtero matris plane nudos venire curauit, quũ cætera
Gene. 23 animalia, amictũ ſecũ portent, & mox ſtent, eant, ſalient ſine gemitu & vagitu, nos vero
Iob. 1 cũ plãctu naſcimur, cũ dolore & labore creſcimus & diſcimus. Inſup nos mortales fecit,
Eccleſ. 5 vt & nudi ſimus in terrã reuerſuri. Interim breui tp̃e viuẽtes, multis replramur miſerijs,
Iob. 7. 14 nõ vno in ſtatu manẽtes, ſed infortunio æq̃liter & morti ita ſubiecti, vt in veritate nemo
vere alteri poſſit ſe p̃ferre, ſed oĩno humilitatẽ amplecti. Ad humilitatrm vrro requitur.

¶Primo, nec ex cõparatione noſtri ad alios homines ſuperbiamus, nos ipſos alijs p̃fe- I
rendo, in nobis aſpicientes, quod nõ habemus. Quod ne faceremus, deus ſic prouidtt, vt
nulli hominũ omnia dedit, ne elatus ſuperbiret, ſed vt alter alterius cõſideratione humi-
liaretur, quũ cogitaret & alte⁊ habere à deo donũ, quod ipſe non haberet, atq; ſic illum
1. Cor. 12 ſibi præferret. Sic Paulus innocentia alio⁊ conſiderata, memor ſuæ prætrritæ perſequu-
1. Cor. 15 tionis humiliter dicebat: Ego ſum minimus apoſtolo⁊, qui non ſum dignus vocari apo-
ſtolus, quia perſrquutus ſum eccleſiam dei. Id quod hodie nõ fecit phariſæus, qui cogitãs
Eſa. 33. bona ſua & proximo⁊ mala, nõ modo ſe alteri prætulit, ſed alium ſpreuit, Inquiens: Nõ
ſum ſicut cæteri homines, velut etiam hic publicanus. Ideo oĩq; & ipſe ſpretus rſt à deo re-
cte, iuxta ſcripturã dicentem: Ve qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris?

¶Secũdo, ne ſcrutemur curioſe defectus & pc̃tã alio⁊, ſed nobiſcũ habitem⁹, nos cogi K
Roma. 14 temus, nos circũſpiciam⁹, nõ quales alij, ſed q̃les nos ſumus cõſiderãtes, memores vnũquẽ
q; pro ſe rationẽ redditu⁊. Hoc q̃a egit publicanus, ſe nõ aliũ iudicauit, ſc humiliter ſuis
Matth. 7 pc̃tis veniã impetrauit dicẽs: Deus propitius eſto mihi pc̃tõri. Vnde alibi dñs dicit: Hypo
Luc. 6 crita, eijce primũ trabẽ de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucã de oculo fratris tui.
Iacobi. 1 ¶Tertio, vt ſi aliq̃d etiã in nobis boni ẽ, cogitemus id à nobis nõ, ſed eẽ à dño, p̃re lumi L
nũ, à quo eſt omne datũ optimũ, & omne donũ perfectũ. Hinc ad gloriantẽ vane Apl̃us:
I. Cor. 4 Quid habes (inq̃t) q̃d nõ accepiſti. Si aũt accepiſti, q̃d gloriaris quaſi nõ acceperis? Recte
ergo propheta, quã deo dante glorioſe egiſſet, ad dñm dixit: Nõ nobis dñe nõ nobis, ſed
Pſal. 113 nomini tuo da gloriã. Si autem gloriandũ eſt, nõ in alio q̃ in deo gloriandũ eſt, nimi⁊ vt
I. Cor. 1 cõfiteamur hoc quod habrmus à dro nobis eſſe, vt & illi ſimus grati, quod nobis illud in-
dignis


L dignis ex nullis meritis nostris,quæ nō sunt,sed ex sua dūtaxat bonitate tribuit:nihil no-
bis attribuentes,sed soliciti ne eis abutamur,quasi aliquādo de eiusmodi bono & dono ra
tionē reddituri. Primū quidē pharisæus hodie seruauit,gratias agens,sed in altero defecit
quia in se quasi nō acceperit gloriatus est, qm̄ alienum contempserit,dicens,Deus,gratias
ago tibi,quia non sum sicut cæteri,&c,veluti etiam hic publicanus.

M ¶At nos,charissimi,non imitemur superbiam pharisæi,sed seruemus humilitatem pu-
blicani,nihil de nobis,sed solum in diuino adiutorio præsumentes,humiliato corde dicē
tes:Deus propitius esto mihi peccatori,&c,memores ꝙ nos non deum elegerimus,ne
ex nobis gloriaremur,sed ipse nos elegerit vt essemus grati.Atq; nos posuerit,vt eamus Iohan.15
& fructum adferamus,scilicet ne torpeamus otio gratiam dei in vacuum recipientes,vt
fructus noster maneat,scilicet vt perseuerantia coronetur.

HOMILIA LIX. DE EO QVOD LEGITVR,

Exiens Iesus de finibus Tyri,&c. Marc.7

Dominica duodecima post octauas pentecostes.



A Isi nobis cōstaret Christū simul esse deū & hominē,& in omnibus
suis actionibus humanis ipsm̄ nobis voluisse dare salutares quasdā
doctrinas & informationes, maxime iuxta ipsis intellectum certe
non possemus nō satis admirari,quæ de Christo hodie in curādo
muto & surdo euangelistæ cōscripserunt. Quomodo nō quispiā
miretur,ꝙ vsqueadeo in hodierno miraculo laborauerit,tamq; va
rie se gesserit in curādo infirmum,vario vsus modo,vtpore curare
volēs,digitos in aures,saliuā in os miserit,& suspiciens in cœlū ge
muerit,quasi alterius ope indigēs,& summa sit sibi difficultas aliqd
faciendi,cuius sit(propheta teste)facere & dicere, qa ipse dixit & Psal.32
facta sunt,qui oīa quæcunq; voluit fecit in cœlo & in terra,& in oībus abyssis:qui & aliàs Psal.134
seruulū Centurionis,ac filiā Syrophonissæ solo verbo absens sanarit,& filiū viduæ defun Matth.8
ctū,iam tumulo inferēdū,Lazarū quoq; quatriduanū,ac sepultū, solo vocis pcepto susci- Luc.7
tauit. Et quis ergo nō,inquā,miretur,ꝙ hodie curando mutū & surdū,tantā impenderit Johan.4
operam? Sed cesset insueta demiratio , vbi causa facti cognoscetur. Pro cuius intellectu. Matth.15
B ¶Primo est scienda facti ratio,qm̄ sic dn̄s se non solū deū,sed & verum esse hominem Luc.7
ostendere voluerit,& humanæ naturæ dignitatē. Argumentū vtiq; est,ꝙ fuerit homo,q Iohan.11
quasi alius homo in cœlū suspitiendo visus sit gemere & cōpati, ac de cœlo auxiliū præ- Psal.120
stolari,propheta dicēte:Leuaui oculos meos in montes,vnde veniat auxiliū mihi. Auxi
lium meū à dn̄o,qui fecit cœlum & terrā. Argumentū est dignitatis humanæ in Christo
naturæ,ꝙ saliua Christi curationi profuerit,vtiq; vt sciamus in domino omnia membra
fuisse sancta,et quæ illi adhæserunt omnia sicuti vestimenta.

C ¶Secundo,qm̄ sic dn̄s ostenderit per allegoriam,nos non posse aliter animæ sanitatē,
vitamq; spūalem consequi,q̄ per humanitatem Iesu Christi. Cum em̄ scribit Apostolus: Tit.3
Benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei,non ex operibus iustitiæ,quæ feci
mus nos,sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit.

D ¶Et hoc ita esse ostēdit huius euāgelij spūalis intellectus,q̄ surdus ille & mutus, non est
alius q̄ homo peccator, qui vtiq; spūaliter(diabolo illū obsidēte)surdus est,qm̄ verba vitę Matth.13
ad salutē suā nō capit,vtpote,ꝙ diabolus de corde ipso tollit,ne credēs saluus fiat. Est q̄q; Marc.4
mutus,qm̄ ad laudes dei & salutis eloquia proferenda linguā habet ligatam. In cuius ar- Lucæ.8
gumentū in euangelio hodierno dicitur,ꝙ miser ille nō fuerit surdus & mutus à natiuita
te,sed à dæmone ipsum possidēte. Sic & spūaliter,surdus & mutus,non à naturæ defectu,
sed à propria culpa,& dæmonis eū possidentis operatione mutus est & surdus.

E ¶Est aūt is maiori periculo expositus, q̄ corporaliter infirmus , quo est mors æterna
grauior temporali. Et quidem infirmus spiritualis, hoc est , maiori periculo subiectus,
quo minus suam sentit infirmitatem,quia sic minus curari cupit,succrescens interim in-
firmitas sic,vt fiat incurabilis. Ideoq; ad eum curandum arduis opus est curandi modis, q
ostenduntur ex ijs,quæ hodie circa ægrum sunt exhibita.

F ¶Primo quidē debet habere,qui dn̄m pro eo deprecent,& sunt Christifideles in hac & Iaco.5
altera vita viuentes. Iacobus em̄ ait : Orate pro inuicē vt saluemini. Oratio fidei saluabit
infirmum,& alleuiabit eum dominus,et si in peccatis sit,remittentur ei.

G ¶Secundo,vt se abducat à turba seorsum.i.ab eis qui mali sunt,quibus cū pœnitere nō
potest. Qui em̄ tangit picē,inquinabitur ab ipsa. Hinc Apostolus: Denunciamus(inquit) Eccl.13
vobis,fratres,in nomine dn̄i nostri Iesu Christi,vt subtrahatis vos ab omni fratre ambu- 2.Thess.3
lante inordinate. Cum sancto quidem sanctus eris,cum peruerso peruerteris. Psalm.17

¶Tertio, vt immittat digitum Christi, id est, donum spiritus sancti, sine quo nihil agi H
potest, nec dici sine eo Iesus.
Ecci. 24 ¶Quarto, tangat linguã saliua oris dñi. i. addat sapientiã domini, quæ ceu saliua pro- I
dijt ex ore altissimi. Hæc additur, quũ nihil quis loquitur q̃ quod est in suam salutẽ, & dei
Col. 4 honorẽ. Hinc Apostolus: Sermo (inquit) vester semper in gratia sit sale conditus, vt scia-
Ephe. 4 tis quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere. Et omnis sermo malus ex ore vestro nõ
procedat. Sed si quis bonus ad ædificationẽ fidei vt det gratiam audientibus. K
¶Quinto, vt suspiciens cœlũ, ingemat per cordis compunctionẽ, & pro sua deo cœli
separatione propter peccata cõmissa & pro regni dilatione. Quod vbi fecerit, certe sana-
bitur. Siquidẽ deus ipse pro sua ineffabili misericordia, cor contritũ & humiliatũ nõ des-
piciet. Sic deniq; fiet, vt dum & eius laudem & honorem & gloriam cum hodierno cura-
Psalm. 50 to in suam salutem prædicabit, dicens: Omnia bene fecit, &c.

HOMILIA LX. DE EO QVOD LEGITVR,
Beati oculi qui vident, &c. Luc. 10
Dominica decimatertia post octauas pentecostes.



Voniam annis p̃cedentibus hodiernũ euangelium singulariter, vtpote de A
verbo ad verbũ multis & varijs doctrinis, tum maxime necessarijs, expo-
suimus, conabimur proinde in p̃sentia ob tẽporis breuitatem eas omnes
doctrinas, tribus duntaxat, deo dante, doctrinis complecti. Vnde idipsum
euangelium omnibus sit perspicuum euasurum.
¶Prima quidẽ doctrina est, verũ ac perfectũ hominis gaudium in hac vita esse, videre B
per fidẽ actualem Christũ pro nobis hominẽ factũ, & audire per obedientiã salutarẽ do-
ctrinæ suæ verbũ, Christo hodie dicente: Beati oculi qui vident, &c. Sed quid viderunt
Matth. 16 discipuli? Vtiq; quod Petrus alibi ex omnium personis confitebatur, dicens: Tu es Chr̃s
Iohan. 8 filius dei viui. Non enim Christus hodie in primis loquitur de oculis corporis, alioqui Cai-
phas, Annas, Pilatus, Herodes, & reliqui infelices Iudæi etiã fuissent beati, qui tamen in
Galat. 4 peccatis mortui & damnati sunt, sed loquitur de oculis mentis, quibus videtur, id est, cre
Abacuc. 2 ditur Christus in carne venisse verus deus & homo verus, fide. s. per dilectionẽ operãte,
Roma. 1. qua in p̃senti iustus viuit. Ideoq; nunc beatus in spe quæ nõ confundit, post hanc vitam re
1 Cor. 13 ipsa, quando. s. homo Christũ, non spe, non fide, nõ ænigmate per speculũ, sed facie ad fa
Iohan. 17 ciem, & sicut est in seipso visurus est. Et tunc profecto vita æterna nihil aliud est, q̃ deum
verũ cognoscere. s. re ipsa, & quẽ misit Iesum Christũ, quem nunc videns fide. s. oculo mẽ
tis beatus est in spe, cuiusmodi fuere apostoli, euangelio hodie testante.
¶Sed inquis, nõne & hoc modo reges & prophetæ in veteri testamẽto beati fuere? fue C
Iohan. 8 re vtiq; illi beati, qui futurũ crediderunt Christũ mundi redemptorẽ, qualis fuit Abrahã,
qui desiderauit videre diem Christi, & vidit, scilicet per fidẽ. Qui proinde ita illũ viderũt
olim beati fuere, sed nõ tam beati, q̃ sunt illi, qui credunt Christũ iam venisse in carne, ad
Romañ 13. humani generis redẽptionẽ, quia regno cœlorũ propinquiores, Apostolo gloriante, quũ
Matth. 25 ait: Nunc propior est nostra salus, q̃ cũ credidimus. Sane tunc restabat pretiũ soluendũ, tã
Colos. 2 vero solutũ est, tunc adhuc clausum erat regnũ cœlorũ, quod nunc apertũ est ingredi vo
Gene. 3 lentibus. Tunc decreti chirographũ cruci nondũ erat affixũ, adhuc romphæa ignea in-
Matth. 16 troitũ paradisi occupabat. Tũ Petrus regni cœlorũ claues nondũ acceperat. Ideoq; Chr̃s
hodie nõ negat patres antiqui testamẽti fuisse beatos, sed beatiores adfirmat eos in nouo
Deutero. 6 testamẽto, qm̃ ijs nullum restet impedimentũ ad realem beatitudinem.
¶Secunda doctrina est, perfectũ & facile esse iter ad regnũ cœlorũ & beatitudinis, deũ D
toto corde, anima, viribus & mẽte diligere: quẽ sic diligimus, dũ quicquid aliud diligẽdũ
in animũ venerit, illuc rapitur, quo totus dilectionis impetus currit secundũ exigentiã di
uinorũ p̃ceptorũ, ita vt omnibus alijs finaliter propter deũ vtamur & diligamus ea. Cuius
dilectionis sunt aliquot in hoĩe signa. Primum, si plus versatur in mẽte cogitatio diuina, q̃
humana. Secundũ, si plus delectatur homo in deo & bono opere, q̃ in sensuali voluptate.
Tertiũ, si in agendis & consilijs semper recurrit ad iustificationem dei. Quartũ, si plus ac-
cenditur ad vindictam iniuriæ dei, q̃ iniuriæ sui vel suorum. E
1. Pet. 5 ¶Tertia, proximũ diligere ad verã beatitudinẽ sicut seipsum, est misericordiam proxi
mo impendere effectu. s. opere pro facultate, Iohãne aliàs exponente, quũ ait: Qui habue
rit substantiã huius mundi, & viderit fratrẽ suũ necesse habere, & clauserit viscera sua ab
eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, sed
opere & veritate. Impenditur autem proximo misericordia. F
¶Primo, dimissione ex corde propriarum iniuriarum. Secundo, subleuatione miseria
rum alienarum. Tertio, directione errantium, ad iustitiæ semitam.

¶Quarta

G ¶Quarta doctrina, proximū nobis esse eum, cui possumus benefacere.i.omnē nō damnatū. Adeo vt nulli deficit proximus cui benefaciat, vt sic effectualiter diligat dūtaxat nō deficiat voluntas benefaciendi. Et hoc est, quod dominus ait: Hoc fac & viues. Siquidem non sufficit audire & scire, sed & facere. Factores quidem legis iustificantur. Roma.2

HOMILIA LXI. DE EO QVOD LEGITVR, Quum iret Iesus in Hierusalem, &c. Luc.17

Dominica decimaquarta post octauas pentecostes.



A Vangelium pſens duos pcipuos habere intellectus, vtpote, literalem & mysticum, tempore superiore satis superq; ostendimus. Deniq; quæ in vtroq; nostra tēpestate in cōtrouersiam male venerunt, multis probauimus. Igitur in præsentia dumtaxat ea tractabimus, quæ iuxta sunt necessaria & fructuosa. Siquidē in primis interpretandum suscipiemus sensum mysticum, ceu vtiliorē
B quia spiritus ipse viuificat ad vitam veram. Iohan.6
¶Primus proinde sensus literarius nulla indiget expositione, quum vnicuiq; ad literam plane fit pbuius, atq; breuiter docens Christum esse verum deum, qui hodie sola voluntate, non tactu, non verbo, leprosos sanauit. Nam ad sacerdotes remittens eos, in itinere, absens corpore, præsens deitate, mundauit. Id quod solius est dei, mortificantis & viuificantis, qui omnia, quæcunq; voluit, fecit in cœlo & in terra. 1.Reg.2 Psal.145

C ¶Secundus sensus est mysticus & spiritualis, ac docet quid peccator facere debeat, vt in salutem suam consequi possit remissionem peccatoꝝ, sine qua nequic cœlum ingredi, vtpote, quo non intrat aliquid coinquinatum, sed solus qui est sine macula. Significantur autem per decem leprosos in vniuersum, omnes peccatores, qui peccant contra decem præcepta decalogi, varietate peccatoꝝ ceu distincti & respersi maculis lepræ. Apoc.21 Psal.14

D ¶Est aūt lepra carnis corruptio, q̄ significat mortale peccatū, q̄d animā corrūpit, q̄ corruptiorā est periculosior, q̄ est aīa corpore ptiosior. Est aūt anima, maior ptio totius mundi. Cōparatur aūt lepra peccato. Primo, qm̄ sicut in leproso vox inualidior, ita etiā in peccato, adeo vt deus peccatorē nō exaudiat. Secūdo, qm̄ sicut in leproso multa vlcera minuta, dura & rotunda crescūt, sic in corde peccatoris cōsurgūt multæ cōpunctiones & anxietates diuersoꝝ peccatoꝝ, q̄ reddūt hominē durū & rebellē deo & eius mādatis, per q̄d cor peccatoris fit rotundū & ductile ad voluntatē diaboli. Tertio, q̄a sicut leprosorū anhelitus corrūpit, & ei⁹ fœtore sæpius alij corrūpunt: sic opatio & cōuersatio peccatoris corrūpit vitio cōuersantes secū. Cū peruerso em̄ (inquit propheta) peruerteris. Quarto, qm̄ sicut q̄to lepra studiosius reprimit, tāto peius postea ebullit, ita q̄to studiosius peccator celat peccatū, tāto peius & damnosius idipsum efficit. Hinc Dauid: Qm̄ tacui (inquit) inueterauerunt ossa mea. Et in prouerbijs dicitur: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Iohan.9 Iohan.8 Psal.17 Psal.31 Prouer.28

E ¶Peccator ideoq; spūaliter leprosus, si voluerit à lepra.i.peccato, quod mortem æternam inducit, curari, debet imitari eum, qui hodie ex decem curatus est.

F ¶Primo debet ad Chr̄m, verꝝ saluatorē, venire p fidē, iuxta Apl̄m dicētē: Adeamus cū fiducia thronū gloriæ dei, vt misericordiā inueniamus in auxilio opportuno. Atq; postulet in fide nihil hæsitās. Nō timeat adire quasi leprosus nō admittēdus: qñquidē pius dn̄s nō abhorret aspicere maculā lepræ nostræ, q̄ pro nobis in cruce q̄si leprosus est reputatus. Hebr.4 Iacobi.1 Esa.53.

G ¶Secundo, debet stare.i.surgens à peccato cessare, quoniam alioqui peccator non exauditur in peccato manens. Hinc scriptura: Conuertere (inquit) ad dominum, & relinque peccata tua, & auertere ab iniustitia tua. Iohā.9 Eccl.17

H ¶Tertio, stet à lōge.f.præ verecūdia erubescat de pc̄ō, suā vilitatē cōsiderans: quippe q; ipse plasma vilissimū, plasmatorē omniū maximū & nobilissimū tātopere offenderit, sinitus in infinitū peccans. Sic quia aliàs à longe stans publicanus erubuit, iustificatus meruit descendere in domū suam: siquidē pudor non est minima pars pœnitentiæ. Lucæ.18

I ¶Quarto, clamet ex toto corde, pc̄tā sua, nō aliena cōfitēs, Primo nimiꝝ deo, dein sacerdoti loco dei, scriptura dicēte: Narra si q̄d habes, vt iustificeris. Et alias Nō cōfundaris cōfiteri pc̄tā tua. Nō demoreris in errore impioꝝ, añ mortē cōfitere: qm̄ em̄ Dauid firmiter ppofuerat cōfiteri cōtra se iniustitiā suā dn̄o, meruit sibi remitti ipietatē peccati sui. Siqui
K de opus est cōfessione, etiā auriculari, quā dicūt, vt anno ab hinc secūdo multis ostēdim⁹. Esaie.43 Eccl.4 Eccl.17

¶Quinto imploret misericordiā Iesu Chr̄i, q̄ vel sola oportet saluari peccatorē, nō meritis, q̄ nō habet, & si qua habuit, pc̄ō perdidit, aut certe debuit. Quū em̄ etsi fecerim⁹ oia q̄ nobis pcepta sunt, adhuc tn̄ debemus dicere, nos esse seruos inutiles, qm̄ fecimus q̄ debuimus: ideoq; nobis deus dūtaxat pc̄ta remittit ex sua immēsa bonitate & misericordia, Luc.17

Esaie.43 dia, nō ex alia causa, alibi dicēs de se: Ego sum ipse, ego sum q deleo iniquitates tuas propter me. Eapropter peccator nō alio q̄ misericordiæ noīe petere debet remissionē suorū
Lucæ.18 peccatorū, cū leprosis hodie dicēs: O Iesu pceptor miserere mei. Ita & publicanus dice-
Psal.50 bat: O deus esto propitius mihi peccatori. Et Dauid: Miserere mei deus secundū magnā misericordiā tuā: & secundū multitudinē miserationū tuarū, dele iniquitatem meam.

¶Sexto, sit deo gratus de tanta ipsius in se patientia & benignitate, qui eum tantisper sustinuerit, quem diu corpore & anima perdere potuisset temporaliter & æternaliter. Siquidem nihil peius ingratitudine, nihil melius gratitudine. Quia enim hodie Samaritanus Christo gratus fuit, vberiora dona meruit, i. corpore & anima saluari, Christo ad eū dicente: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. Nouem vero quia ingrati, bona recepta perdiderunt, minime anima saluati. Meretur eīm homo gratus maiora, ingratus nedum minora, sed vt recipiantur ab eo quæ data sunt. L

HOMILIA LXII. DE EO QVOD LEGITVR,

Nemo potest duobus dominis seruire, &c. Matth. 6. Luc. 12

Dominica decimaquinta post octauas pentecostes.



Tsi plane multa dogmata, & ea quidē ardua & salutaria præsenti euāgelio cōcludant, quia tamē ea prioribus annis sigillatim, abunde q̄ dedimus, non est, quod nunc ea repetamus, verū ea vniuersa in quatuor vtiliora colligamus. Quorum est. A

¶Primū, nos hoc in seculo ad habendā vitam tēporalē nō pluribus temporalibus indigere, q̄ quæ sufficiunt ad victū & amictū à natura, quæ paucis cōtenta, reijcit superflua tanq̄ maxime nociua. Hinc hodie Christus dumtaxat vtitur exemplis de victu volatiliū, & de amictu florū, quæ ad naturā illis dantur, in argumentū, nos solummodo eis duobus indigere ad vitam habendā. Id quod B
1.Timot.6 confirmans Apostolus, tanq̄ euangelij expositor, ait: Nihil eīm intulimus in hunc mundū haud dubiū, quia nec auferre quid possumus. Habētes aūt alimēta & quibus tegamur, his
Matth.19 contenti sumus. Nā qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationē & in laqueū diaboli,
Marc.10 & desideria multa & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Hæc il-
Luc.18 le. Vnde sanctissimi quiq̄ homines nihil q̄ hæc quæsiuerunt.

¶Secūdū, nos victū & amictū nō aliunde expectare debere q̄ à deo, q ea nobis firmiter cōfidētibus certo sit daturus, vbi primū quæsiuerimus regnū eius & eius iustitiā. Regnū eius aūt quærimus primo, vbi ante oīa ipm deū, q hic regnū dei appellat, eiusq̄ honorē in oībus nr̄is cogitatiōibus, verbis & factis quæsiuerimus, atq̄ eo dirigimus quicq̄d cogitamus,
Col.3 loquimur & facimus, iuxta Paulū dicentē: Omne quodcūq̄ facitis in verbo aut in ope, fa-
Sap.1. cite oīa in noīe dn̄i nostri Iesu Chri, grās agētes deo & patri p ipm. Et scriptura: Seruite
Psal.36 (inquit) dn̄o in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illū. Iustitiā vero eius quærem⁹, vbi (iuxta prophetā) declinauerimus à malo & fecerimus bonū. Siquidē dei & eius regni iustitia nihil aliud sit, q̄ obseruare ea, q̄ Chrs passim docuit, q̄ breuiter ad decē pcepta redi- C
Deutero.6 gunt oīa, de qbus scriptura: Nō est igitur, q̄ necessaria aliunde petamus, q̄ à deo, ad quē
Exodi.20 indigētes solū curramus, Petro dicēte: Omnē solicitudinē proijciētes in eū, q̄ ipsi cura
1.Pet.5 est de vobis. Et propheta: Iacta sup dn̄m curā tuā, & ipse te enutriet. Quādoquidē ipse so-
Psal.54 lus sit, qui oīa dat & auferre potest etiā nobis inuitis, q̄ solus vitæ habet & mortis potesta-
Sap.16. tem. Et hoc est, q̄d hodie dn̄s ait: Quærite primū regnū dei & iustitiam eius, &c.

¶Tertiū, ne diffidamus, sed firmiter credamus, si quæ diximus, fecerimus, nobis deum omnia necessaria largiturū: quod dn̄s intelligit, dicens: Quanto magis vos modicæ fidei? D
Matth. 21 Hinc alibi ait: Omnia quæcunq̄ petieritis in oratione, credentes accipietis. Ad hanc vero fidem firmiter habendam, ne deo diffidamus, hortatur.

¶Primo, omnipotentia ipsius, quoniam ipse solus est, qui omnia creat, omnia habet, à quo omnia veniunt, qui & ideo omnia dare potest. E

¶Secundo, quia sapientissimus est, ideoq̄ nouit, q̄d, quid & quando vtiliter sit dandū.

¶Tertio, q a pater est, q non potest nō dare quæ nobis necessaria sunt, maxime quū sine cura det animalibus irrationabilibus, q̄ propter nos creata sunt & nobis lōge minora sunt

¶Quarto, q̄ oīs nostra sine deo solicitudo, & operatio plane superflua sit & inutilis, quē admodū quæ de quātitate nostra est. Cū solus sit deus, q dat & aufert, in quē oīno cōfidē F
Iob.1. dū est, q nū cōfundit in se cōfidētes, quales fuere pr̄es illi veteres Abrahā, Iacob, Helias, Ioseph, Heliseus, apostoli & heremitę, multiq̄ alij, q̄s sic, oīa derelinquētes, de⁹ enutriuit, vt
Matth.19 vere deinde propheta dixerit: Iunior fui & senui, & nō vidi iustū derelictū, nec semē eius
Psal.36 quærens panē. Ideoq̄ iuste agētes, deo cōfidamus, qui proculdubio daturus est quæcunq̄ nobis

nobis necessaria tpe opportuno. Non ponamus spem nostrã in creaturis, desperantes de creatore, q cũ nobis corpus dedit & aiam, dabit proculdubio, q illis sunt necessaria & ipsis minora mõ fecerimus eius pcepta. Nec deinde nos terreat futura futuri tpis sterilitas, neq nos deijciat & mentẽ nostrã futuræ famis timor, sed ex deo tota fiducia nostra pẽdeat, q aues pascit & lilia vestit. Ipse sit horreũ nostrũ, ipse apotheca nostra, ipse marsupiũ nrm, ipse diuitiæ nostræ, ipse delitiæ nostræ, ipse solus sit nobis oia in oibus, q solus oia dat.

G ¶Quartũ, si deus dederit nobis etiam supflua, ipsi soli de illis & nõ ipsis datis seruiamus, qm nemo pt duobus dñis seruire. Seruimus aũt datis tpibus, quum illis non vtimur, sed ea recondimus, quod nequaquã facere debemus, sed ea in dei honorem & nostram & proximi vtilitatem exponere, iuxta Aplm dicentem: Vtentes hoc mundo sumus quasi nõ vtentes, & possidentes, quasi nihil possidentes. Vnde Propheta: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quandoquidem alioqui seruimus mammonæ derelicto deo, quod plus quàm horrendum sit, atq hinc futurum, vt deinde semper egeamus. 1.Cor.7. Psalm.61

¶HOMILIA LXIII. DE EO QVOD LEGITVR: Lucæ septimo: Ibat Iesus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim &c.

Dominica decimasexta post octauas pentecostes.

A



B Tqui huius diei euangelium duplicem habet intellectum, & vtrũ q prorsus salutarem. Primus est literarius & docet.

¶Primo, Chrm esse verum deum, qm solo verbi sui Imperio mortuum resuscitauerit, hoc quod solius est dei, vtpote q solus mortificat & viuificat q vitæ & mortis habet potestatẽ. Ideoq ægritudine & agone mortis laborans ad illum in primis adcurrere debet, qm ille solus dei verbum sanat, qd neq herba, neq malagma sanare pt, etiam valens eum de quo desperaf, ad valetudinem secundã reducere. Cuius præbet testimoniũ Propheta, dicens: Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulatiões & malas & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iteṛ reduxisti me. Nec mirũ, quũ qui maius pt idem pt & minus, cuius hodie imperio mors cessit, & vita corporalis redijt. 1.Reg.2 Sap.16 Sapiæ.16 Psal.70

C ¶Scdo, nos de eis q in dño moriunf, nõ supra quam natura deposcit debere vel dolere vel lugere vel plorare, & qdem ideo, qd scimus eos aliqñ vere resurrecturos & vitam veram victuros, q hic vitam vixerunt, vanam & transitoriam, quæ mors q̃ vita potius dici debet, tum ob multas in ea tribulationes & angustias, qbus vita in alio seculo prorsus caret, tum ob breuitatem. Quid em̃ aliud est (inqt Iacobus) vita nostra, q̃ vapor ad modicũ parens? & hæc & si esset mille annoꝝ, ad futuram tamen vitam esset quasi vnus dies & vtcunq homo hic breuiter viuit, in hac tamen breuitate, multis repletur miserijs, & non in eodem statu permanet. Id quod alibi non erit. Proinde Ecclesiastes ille sanctus magis laudauit mortuos q̃ viuentes, & feliciorem vtroq iudicauit, q necdum malus esset, nec vidit mala, quæ sub sole fiunt. Nõ est itaq fratres, quod vel hoc pestilentiali tempore vestros mortuos plus æquo deploretis, quos dñs & deus vitiorum suo tempore ad vitam æternam est resuscitaturus, tam facile q̃ facile hodie suscitauit vnicum viduæ filium. Hortante alibi Apostolo: Nolumus vos ignorare (fratres) de dormientibus, vt non contristemini vt cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quia Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Apoc.14 Apoc.21 Iaco.4 2.Petri.3 Iob.7.14 Eccl.4 1.Thess.4

D ¶Debemus autem plorare cum vidua hodie super eo, qui spiritualiter morbo mortis laborat æternæ, quæ est damnatio, scilicet æterna à deo separatio, hic & aliàs, cuiusmodi est vnusquisque peccator, qui hodie spiritualiter per filium mortuum designatur. Secundus enim intellectus euangelij est spiritualis & docet.

E ¶Primo, vt si peccator velit resuscitari à morte animæ, quæ est æterna, oportet vt surgat à peccato iuuenis, id est statim, & non procrastinet in senium, tum ne repente morte naturali præueniatur, quum nemo sciat, quando dominus veniat, eum hinc suscepturus, tum ne consuetudo me peccandi, sic induret, vt deinde non possit surgere, quoniam consuetudo naturam faciat. Hinc ad peccatorem scriptura: Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Et dominus in Apocalypsi: Esto vigilans & pœnitentiam age. Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Matth.24 Marc.13 Luc.12 Eccl.5 Apoc.3

F ¶Secundo, oportet vt Christũ roget, vt misericordia motus, accedat & tangat, si sua grã loculum m.i. conscientiam peccatricem, necessum est em̃ vt Chrus peccatorem præueniat aliqua gratia, & illum suscitet ad desideriũ propriæ salutis, quũ sit ille, sine quo nihil facere

 possu-

Iohan.15 possumus, qui in nobis pro bono animi nostri proposito solus operatur velle & perficere
stis militiæ decantauit:Gloria in excelsis deo,et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, Lucæ.2
q̄ et in pace natus,et cōuersatus,et cuius locus ī pace factus ē.Populo verbū dei annunciās Psal.77
pacē seruare ad inuicē docuit,dicens:Pacē habete inter vos,quod et Paulus,vt auditum Esaię.2
est testatur.Idē quoq; mittens apostolos ad euangelij annunciationē, eos pacem offerre Marc.9.
hominibus edocuit,dicēs:In quamcunq; domū intraueritis,primum dicite,Pax huic do Ephe.2
mui.Ascendens nubē hinc ad cœlos,pacē eis reliquit,cū ait:Pacem meam do vobis,pa- Matth.10
cem meā relinquo vobis.Insuper moriens,pacē perditā(vti diximus) reparauit, soluens Iohan.14
inimicitias in carne sua.Pacificauit eīm,ait Apostolus,omnia, siue quæ in terris, siue quæ Ephe.2
in cœlis sunt per sanguinē crucis eius.Præterea resurgēs ex mortuis,pacē discipulis ob- Col.1.
tulit,cū in eorū medio cōsistens,ait:Pax vobis,ego sum,nolite timere.Deniq; sp̄iritū san-
ctū ipsis post ascensionē mittens,pacē in eis cōfirmauit.Et sic plane neminē vere dixeris
esse Christianū et Christi discipulū,qui nō est ad hominē proximū pacificus et pacem ha Luc.24
bens quæ prouenit ex radice dilectionis mutuæ,de qua ad discipulos dn̄s ait:Mandatum
nouū do vobis,vt diligatis inuicē,sicut dilexi vos,vt et vos diligatis inuicem. In hoc co- Iohan 13
gnoscent oēs,quia discipuli mei estis,si dilectionem habueritis ad inuicem.

G ¶At inquis,si dn̄s noster vsqueadeo nobis pacem commendauit,vti profecto illa sem-
per commendatione digna est,quur nostri noui apostatæ Ecclesiastes aiunt, verbum do
mini non nisi cum tumultu posse ac debere prædicari,et hanc hominum pacificam con-
cordiam,non esse argumentum præsentiæ dei,sed potius diaboli : allegātes dictum hoc
domini:Non veni mittere pacem, sed gladium. Matth.10

H ¶Respōdeas,nequaq̄ pie ab istis exponi, sed falsificari verba dn̄i eo in loco,qui nunq̄ Luc.12

Matth.26 non & nusquã non pacẽ etiam illã corporalẽ & tẽporalẽ, suis atq; nobis omnibus adeo
Marc.14 seruari voluit, vt ad Petrũ digladiaturũ aliàs dixerit: Cõuerte gladiũ tuum in locũ suum,
Lucæ.22 Omnes enĩ, qui acceperit gladiũ, gladio peribunt. Et Apostolus: Si (inquit) fieri potest, quod
Roma.12 ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes. Non vosmetipsos defendẽtes charissi-
1.Cor.10 mi, sed date locũ iræ. Et rursus: Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei, si
cut & ego per omnia omnibus placeo, nõ quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt sal-
ui fiant. Ex ijs & ex verbis dñi paulo ante recitatis, hocq; genus aijs facile intelligimus,
Ephe.2 mentiri sibi peruerse iniquitatẽ, quæ vult euangeliũ non posse nec debere in pace prędicari,
verosq; Christianos nõ debere nec velle nec habere hanc temporalẽ pacem, quã Chrũs
(qui tamen nostra est pax) non miserit, sed gladium. Quod vero idipsum dixit, alterius ni
mirum est intellectus, quem pie capiemus, vbi notauerimus.

¶Pacẽ aliquam esse malã, & quidẽ concordẽ vel cũ diabolo vel mũdo vel carne ad vi- I
tia & peccata, mẽtis adeoq; rõnis cõsensum. Hanc pacẽ habẽt, qui q carnis sunt sapiũt: cu
iusmodi sunt mali & voluptuosi hoĩes, quo modo & inter fures & latrones pax ẽ propter
scelera, in quibus æque sibi cõcordant, & pacem illã suã. s. carnalẽ aduersus virtutẽ laudant
Psal.72 de quibus propheta: Quia zelaui, inquit, super iniquos, pacẽ peccatorũ vidẽs, qui aliàs dicũ-
tur ecclesia malignantiũ. Hanc pacẽ non dat deus, sed mũdus ipse sub ijsce verbis: Venite
Sap.2 & fruamur bonis, q sunt, & vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter, vino & vnguen-
Luc.12 to nos impleamus, & non prętereat nos flos tẽporis. Et diues alibi auarus ait: Anima habes
multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, &c. Et hãc quidẽ
pacẽ (q indigna noĩe potius pugna est secũ) non venit saluator mittere & dare, quũ tunc
Ephe.6 maxime fuerit & ante aduentũ ipsius apud incredulos & carnales tam Iudæos q̃ gentiles,
Hebræ.4 sed quidẽ gladium. s. verbũ suum euangelicũ, quo tanq̃ (iuxta Apostolũ) gladio ancipiti
quicquid vitiorũ esset, abscindere: siquo vsqueadeo Chri & apostolorũ est pugnatũ, vt &
filius carnalis cõtra patrẽ spiritualẽ, & econtrario, & domestici contra se diuisi fuerint. Id
quod (prohdolor) hac calamitosa tẽpestate fieri cũ summa dei honoris & animarũ salutis ab
Hiere. 6.8 rogatione videmus ab schismaticis, q cũ maxime sint seditiosi & tumultuantes sua prędica-
tione, pacifici tñ vere nuncupari voluñt, iuxta prophetã dicentes: Pax pax, & nõ erat pax:
Ezechie.13 nẽpe qui verã pacẽ non, sed carnis habẽt: quippe ait propheta: Viam pacis nõ cognoue-
runt, nõ est timor dei ante oculos eorũ. Ab iis cauendũ est, tanq̃ à veneno melle tecto, q
Matth.7 amicti ouinis pellibus, intus sunt lupi rapaces, q vt sua pace carnali, quã habent cũ dæmo
ne, mũdo & carne (faciunt enĩ illis ad libitũ oĩa) frui possint, per omne nefas moliuntur ve
rã disturbare Christianorũ inter se pacẽ, quã Christus vt rem optimã & summe necessa-
Iohan.14 riam cõmendauit & quasi in testamẽto reliquit, inquiẽs: Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meam
Luc.11. do vobis. Quare? Quia sine illa filij dei esse nequimus, quũ ipse sit pax, citraq; eã omnis do
mus in se diuisa, desolabitur, sicut multis scripturis & exemplis aperto constat.

¶Est aũt hæc ipsa pax bona, quã hodie salutẽ Chrs appellauit, aliqua hominis ad deũ: K
vtpote ordinata hoĩs ad deũ in fide sub æterna lege obedientia. Aliqua ad seipsum, & est
ordinata cognitiõis, actionisq; cõsensio, vt quod recta ratio dictat, efficaciter voluntas impe
ret: & quidẽ ipsius appetitus ad rationẽ dominantẽ concordia, rectaq; subiectio. Aliqua
est pax hominis ad proximũ: vtpote cũ omni hoĩe ordinata in omni virtute & bona ope
ratione cõcordia, vt scilicet nulli noceat, & cũ possit prosit, ad quã scriptura passim horta
Matth.7 tur, & lex naturæ dicẽs cũ Christo: Omnia ergo, quæcũq; vultis, vt faciãt vobis hoĩes, &
Lucæ.6 vos facite illis. Et dilige proximũ sicut teipsum. Hæc itaq; pax, q est Christus Iesus, vera
Tobię.4 nostra salus et pax, et in quo pacẽ habemus, hodie facta est huic domui, id est, huic Pingẽ
si ecclesiæ: quãdo scilicet facti estis filij Abrahæ per verã in Christũ fidẽ, vosq; à pace dia
boli, mũdi et carnis separati lauacro regenerationis vni soli deo, paci veræ, eiusq; vnico
authori dedicastis, futuri eidẽ perpetuo addicti, nec vnquam adulteri.

¶In cuius quidẽ dedicationis perpetuã memoriã, hæc domus orationis etiã dedicata L
est et peculiaris facta deo, vt in ea cõuenienses sitis memores eius salutis et pacis et cõcor
diæ, q vobis à Chro propter vestrã dedicationẽ facta est, qui tũ primũ in domo vestra, q
vos estis, manere dignatus est, quẽ et cũ Zachæo gaudentes excepistis.

¶Superest, vt eundem cũ gaudio seruare vobiscũ satagetis, quẽ cum gaudio excepistis, M
quod facietis, vbi veri Zachæi, hoc est, filij Abrahæ tam fide q̃ opere esse studueritis: et cũ
lætitia esse memores huius salutis, q huic domui hodie data est: quæ vtiq; dies dedicatio-
nis vobis præ omnibus esse debet tam grata, q̃ exultationis plena. In qua vobis est primũ
per fidẽ collata salus et pax, quã alibi habebitis cũ Chro sine bellorũ turbine, sine peccato-
2.Cor.5 rũ perpetratione æternã et indissolubilẽ in æterna illa domo, quã (Apostolo scribẽte) ha
bebimus nõ manufactã, sed æternã in cœlis, et beati (canit propheta) qui in ea domo do-
Psal.83 mini habitant. Cui nimirũ domui et hodie. i. æternaliter facta est salus.

HOMILIA LXXVI. DE EO QVOD LEGITVR, Eo q & ipse sit filius Abrahæ, Lucæ. 19

In ijsdem ferijs dedicationis,

A 
Vanta laude, exultatione, simulq; q deuota deo gratiarum actione hodierna dies à nobis omnibus, qui hoc templum ingredimur, sit agenda & celebranda, vel præcipue patere queat.

B ¶Primo, q hæc dies renouet & repræsentet perinde diẽ ipsam qua hæc materialis domus deo primũ extructa eidẽ dicata est. i. propria & prorsus facta sit hæreditaria & peculiaris, in qua, iuxta scripturas, tũ inde nihil in ea agi debuerit, pter quod deũ, eiusq; sanctos deceret vtpote in ea deus est adorandus, pdicandus, docẽdus, eiusq; sunt inibi venerabilia sacramẽta deuotius tractãda. Sane hoc in loco deus ipse Max. etsi sua potẽtia diuina vbiq; sit, esse tamen traditur & magis propitius & quidem præstantior q aliàs. Id quod sanctus patriarcha testatur, inquiens: Vere dñs est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensq; q terribilis (inquit) est locus iste. Non est hic aliud, nisi domus dei, & porta cœli. s. qua orationes ad deũ religiosius emittuntur & audibilius. Hinc Solomon, quũ templum à patre eius inceptum & à se consummatũ deo Opt. consecrasset, ait: Audi hymnũ & orationẽ, quam seruus tuus orat corã te hodie, vt sint oculi tui aperti super domũ hanc nocte ac die super domum, de qua dixisti: Erit nomen meũ ibi, vt exaudias deprecationẽ serui tui, & populi tui Israel quodcunq; orauerit in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cũ exaudieris, propitius eris. Et hoc est, q̃d & Lucas scribit, apostolos vnà cũ deipara virgine Maria post Christi ascensionẽ quotidie vnanimiter perdurasse in templo, deũ collaudasse, circa domos, scilicet redeundo, panẽ fregisse, cũ exultatione & simplicitate cordis cibum sumpsisse, et habuisse gratiã ad omnẽ plebẽ. Sic quoq; Petrus et Iohãnes ascendisse inibi traduntur in templũ ad horã orationis nonã, et ad populum concionem habuisse: argumento, vtiq; deum in huiusmodi loco quasi sibi peculiariore, deuotius et religiosius q alibi adorari: nec inibi aliud agendum q quod dei est: aliud vero agentes suam remanere pœnã, domino Iesu testante. Re ipsa memorabili in perpetuam facti memoriam, argumento: nempe qui cũ ascendisset Hierosolymã, et in templo inuenisset vendentes oues et boues et columbas et nummularios sedentes, facto perinde de funiculis flagello, omnes eiecit de templo, et nummulariorum æs effudit, et mensas subuertit, et ad ementes, vendentesq; inquit: Auferte ista hinc, et nolite facere domũ patris mei, domũ negotiationis. Nimirũ scriptũ est: Dom' mea, domus oratiõis vocabit, vos aũt fecistis ex ea spelũcã latronũ

Gene. 28 | 3. Reg. 8 | 2. Paral. 3 | Acto. 2 | Acto. 3 | Iohan. 2. | Matth. 21 | Marc. 11. | Luc. 19 | Esa. 56 | Matth. 21 | Marc. 11. | Luc. 19

C ¶Quàm vero terribiliter in eos animaduerterit deus, qui domui dei vel quolibet modo insultarint, aut irreuerentiam ijs quæ eo attinent intulerint, nuper multis ex scriptura exemplis ostendimus, quibus haudubie perspicuum euadit, deum Max. in templo peculiarius et religiosius q alibi coli, doceri, adorariq;. Hierem. 7

D ¶Nec interim obstat, q̃d irreligiosi quidã schismatici obijciunt, deũ non modo non religiosius in templo q aliàs excoli, imo qui nec vere illic in posterum adorari voluerit, quũ nec inibi habitet. Siquidẽ Christus de templo in Hierusalem loquens, dixerit: Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Sed venit hora et nunc est, quãdo veri adoratores adorabũt patrẽ in spiritu et veritate. Item q; Apl's dixerit: Deus, qui fecit mundũ et omnia quæ in eo sunt, hic cœli, terræ cũ sit dñs, non in manu factis tẽplis habitat, nec humanis manibus colitur, indigẽs aliquo, cũ ipse det omnibus vitã et inspirationem, &c. Etenim responderim ad. Iohan. 4 | Acto. 17

E ¶Primũ in Iohanne, Christũ minime voluisse vsum orandi in tẽplo cessare, qui semel id vocauit et perpetuo esse voluerit domũ orationis, verũ subinsinuasse cultũ gentilium, qui in montibus fiebat idolis, cessaturum per nouã euangelij legem, similiterq; vmbratiles Iudæorum figuras desinere, ita quidẽ, vt deus deinde nõ modo Hierosolymis, sed et vbiq; et quidẽ tum vere adorari, quãdo in spiritu et veritate, scilicet nõ labijs solum, corde procul (vt ait Esaias) absente adoraret, &c. quãdoquidẽ fuerint gentiles, & plerique etiamnum Iudæi, qui deũ labijs hypocrisi quadam adorarunt, & illum certis locis nec vbiq; adorari posse putarũt. Id quod Christus inibi remouens inquit, verũ esse adoratorẽ, qui neq; loco circumcludit dei culturã, et deũ in spiritu colit: nõ eum qui labijs orat, quum à deo cor procul sit: quum vtiq; (teste Apostolo) spiritu orandũ est et mente. Et hoc est, q̃d sub inuolucro Christus detexit, dicens: Tu autem cũ oraueris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuũ in abscondito &c. Quo nimirũ dicto non in templo orationem, sed hypocrisim in orando et indeuotam mentem, quæ alio distrahitur, prohibet, alioqui

Esa. 29 | Matth. 15 | 1. Cor. 14 | Matth. 6

Matth. 5 omnes priores scripturæ essent nullius momenti,& ipse quoq; Christus(summa dei ve-
ritas)mentitus fuisset,& verbum eius prætermisset,à quo ne literam quidem voluit transi-
re,qui vtiq; ipso facto approbauit,quod ore semel effatus est. Hinc ad.

¶Secundū quoq; facile responderim,Apostolū non vsum in templo orandi prohibuis
se,aut deū,qui vbiq; est,in templo adesse negasse,qui & vnà cū cæteris apostolis in tēplo
1.Cor. 11. orabat & docebat,& qui Corinthijs tam solicite scripserit de reuerentia in templo exhi-
benda,quibus volebat nō in tēplo,sed domi esse manducandū,in tēplo vero sacramentū
eucharistiæ deuotius sumendū dicat,inquā,ipsum Apostolū dumtaxat Atheniensibus amo
uisse impiam fidē & superstitionē,qua credebant quasi corporaliter deū templo perinde
suo finito loco includi & contineri,& illi opus esse humanis sacrificijs ad sustentationem,
cui propterea pingues oblationes offerre cōsueuerant. Id q̄d vtrūq; esse falsum ostendit,
Iohan. 4 ꝙ deus oīa dat,& oīa à deo veniunt,& q vbiq; habitat iuxta suā maiestatē & potentiā,di I
3.Reg. 8 ues in oēs,nō terminis inclusus est certis,nec corporeus, qui(vt Chrs dixit)spūs est. Hinc
Solomon ait:Si enī cœlū,& cœli cœlorū te capere non possunt,quāto magis domus hæc,
Hierem. 23 quā ædificaui tibi? quo vtiq; dicto voluit dei tantā esse maiestatē & potentiā,quæ cœlū &
terrā impleat,& vbiq;,non tn̄ corporaliter, sit,ipso dicēte:Nunquid nō cœlū & terram
Psalm. 138 ego impleo? Vnde Dauid:Quo ibo,inquit,à spū tuo,& quo à facie tua fugiā? Si ascende-
ro in cœlū,tu illic es:si descēdero ad infernū,ades. Si sumpsero pēnas meas diluculo & ha
bitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera
tua? Q. d. tu quidē p tuā potentiā & maiestatē vbiq; es. Et ita nimirū patet q̄uo deus sua
vbiq; sit maiestate,per singularē tamen grām peculiarius in tēplo quasi sibi propriore lo
co,qui & deuotionē & ordinē inter Christianos certius & efficacius adseruet.

¶Secundo est hæc dies summa nobis laude & gratiarum actione in deum agenda,ꝙ
ipsa representet eam,qua omnes,qui huc ingrediuntur, Christiani primum abiecta ido-
lolatria & infidelitate,se vni,vero, æternoq; deo per fidem Iesu Christi non secus dica-
runt,appropriarunt,deuouerunt,q̄ ipsum templum hoc materiale, quod perinde huius
fidelis & spiritualis dedicationis sit arra,memoria,& representatio. Id quod cum ingressi
adspexerint,memores esse debent diei, qua,deo authore,sunt deo Opt. dedicati,& verū
1.Cor. 3 dei templum effecti,in quo(vt Apostolus ait)spiritus dei habitare debet,scilicet quem in
2.Cor. 6 baptismo dedicationis acceperunt,quod qui violet,disperdet illum deus. Sic quoq; iono
Psal. 92 bis,quū sumus dei templum,nihil aliud agendum est,q̄ quod dei est. Sanctū quidem esse
debet,vbi deus,qui solus est sanctus,habitat:sane, inquit propheta, domum tuam decet
Iohan. 14 sanctitudo domine in secula. Decet vtiq; eum sanctitudo & mentis puritas,de quo Chri-
stus ait:Si quis diligit me,sermonem meum seruabit,& pater meus diliget eum,& ad eū
veniemus,& mansionem apud eum faciemus.

¶Quemadmodū hodie ait ad Zachæum:Zachæe,festinās descende, quia oportet me K
hodie in tua domo manere,sicuti & mansit,cui & salus data est,quia iam se Christo deo
dicarat. At quomodo se dicarat & salutem adeptus est?

¶Quoniā,respondet dn̄s,& ipse sit filius Abrahæ,non quidē sanguine,qui gentilis fuit,
sed fide et opere,reliquit enī se et sua sicut Abrahām,et Christū deū sequutus est, cui se to
tum mancipauit,relicta mammona et idololatria:quemadmodū quiq; Christiani in ba-
ptismo p patrinos,idololatriæ,diabolo et mūdo renunciāt,se totos vni deo dicāt, et pro
prios reddunt,iurantes et promittentes,se deinceps nihil aliud fore q̄ templū dei dedica
Iohan. 8 tum,et verū quidē vti Zachæum,Abrahæ filium:qualis est , qui deo,vti Abrahā,credit,
Roma. 4 eiusq; opera facit. Abrahā quidē,ait Apostolus,credidit deo,et reputatū est illi ad iusti-
Iaco. 2 tiam. Cuius fides,inquit Iacobus,ex operibus est consummata,id est, viuens facta.

Gene. 15 ¶At quid credidit deo Abrahā? Vtiq; eū, qui de suo vtero esset egressurus, se habiturū
hæredē,semenq; suū vti stellas cœli futurū,nec alium sibi fore protectorem q̄ deum, eun-
Gene. 12 demq; sibi fore suā mercedē magnam nimis. Quid ergo operatus est Abrahā? Egressus, L
inquā,est iuxta dn̄i verbū,de terra sua,de cognatione sua,et de domo patris sui,et sequu
tus est deum vsq; in terrā,quā ille ei monstrarat,id est, Abraham relinquens hæc tria,reli
quit se,suos,atq; mundū et omnia quæ mundi sunt. Quæ nimirū nos relinquere oportet,
si Christi esse volumus,si filij Abrahā,si et cum Zachæo habere domui nostræ,id est, ani- M
Matth. 19 mæ salutem,Christo dicēte:Si quis vult me sequi,abneget semetipsum,et tollat crucē suā
Marc. 8. et sequatur me:qui enī voluerit animā suā saluā facere,perdet eā. Et rursum:Omnis q re-
Luc. 17 liquerit domū,vel fratres,vel sorores,aut patrē,aut matrē,aut vxorē,aut filios,aut agros
propter nomen meū,centuplū accipiet,et vitā æternā possidebit. Id quod facile Zachæus
hodie fecisse intelligitur,qui alioqui nō fuisset Abrahæ filius, appellari à dn̄o cœptus. Sic
nimirū omnis,qui deo esse vult vere dedicatus,in quo deus vti in sua propria domo habi-
tet,cui esse debet salus,necessum est,vt vere fiat filius Abrahæ,id est.

¶Primo

K ¶Primo, credat sibi non alium esse protectorem & saluatorem, quàm Christum deum & hominem, qui vtique solus mundum saluat à peccatis, qui nobis fecit pacem apud patrem, morteq; sua salutem acquisiuit. Matth.1 Iohan.4

L ¶Secundo, vt & se prorsus, atque suos & mundum abdicet, nempe, quum in dedicatione per baptisma ijs omnibus renunciarit, seq; hæc, quæ pollicitus est seruaturum, promisit & vouit vtique votum deo seruandum est. Id quod

M ¶Primo, seruat imperfecte, i. spū tm̄, non aūt corpore, qd̄ fieri adsolet, qn̄ quis prædicta longe deo rebusq; diuinis postponit, illisq; non totū se applicat, sed perinde ad necessitatem vtit. De quo Chrus: Qui amat patrem aut matrem plus q̄ me, non est me dignus. Et Apls: Tempus breue est (inqt) reliquū est, vt & q habent vxores, tanq̄ non habentes sint, & q gaudent, tanq̄ non gaudentes: & q emunt, tanq̄ nō possidentes, & q vtunt hoc mūdo, tanq̄ nō vtunt. Præterit em̄ figura huius mūdi. Quibus sane verbis insinuat Paulus & eos posse dici filios Abrahæ, q diuitesfunt sibiq; studēt, mō licite & sine superflua solicitudine. Cuiusmodi fuere Iob, Tobias & reliqui tā veteris q̄ noui test. pleriq; alij patres. Matth.10 1.Cor.7 Iob.1 Tobiæ.1


N ¶Scd̄o, promissum dedicatiōis seruat perfecte, i. tam corpore q̄ spū, qn̄ quis totū se & mēte & corpore abducit à tribus prædictis, quū relictis cōsanguineis & diuitijs etiā alterius iuris efficit, factoq; ipso carnē mortificat. De quo Chrus: Si vis perfectus esse, vade & vende oīa quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlo, & veni sequere me. Cuiusmodi sunt oēs q spōte cœnobiticā vitā degūt, ex voto voluntario, obediētiæ, paupertati & castitati ppetuæ obstricti. In quorū numero Apli fuere oēs, Petro adfirmante, quū ait: Ecce nos reliqmus oīa & secuti sumus te. Eiusmodi q̄q; fuit Chrs, q & si deus, propter nos tn̄ homo factus est idemq; seruus, obediēs patri vsq; ad mortē, & diues est effectus, vt sua nos paupertate ditaret. Itemq; Iohānes Baptista. Itemq; Paulus, q oīa propter Chrm vt detrimentū & stercus reputauit, victu alieno agēs. Itemq; Matthæus publicanus, q magna pecunia relicta & gaza, Chrm est sequutus. Sic & Lazarus magnificū & amplū suū patrimoniū, Martha Bethaniā, Magdalena Magdalū, vnde illi cognomē, post Chri mortem vendidit, pecuniamq; ex auctione coactā, ad Aplorū pedes in mediū proiecit, prout & alij, fidē Chri sequuti, in ecclesia nascente factitarunt, quos deinde sequuti sunt, Gregorius, Nicolaus, Benedictus, Gallicanus, Basilius, Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Dñicus, Franciscus, Thomas Aquinas, Bonauētura, Bernardus, hocq; genus alij vtriusq; sexus hoīes, q in Cœnobitica vita degentes, perfecte, i. animo & corpore facti sunt filij Abrahæ, i. q suam in Chrm prorsus fiduciam, se & suos atq; mundum spōte relinquentes, qbus & quorū domui facta est salus, quoniam & ipsi fuerint filij Abrahæ. Matth.19 Matth.19 Philip.2 Luc.9 2.Cor.8 Matth.3 Philip.3 Matth.9 Marc.2 Acto.4

O ¶Et quæ salus? Quōd hic Chrm secū habuerunt per grām & veram fidē, nunc in altero seculo re ipsa illo perfruētes, quū de eorū sint numero, ad quos dñs dixit: Amē dico vobis, qd̄ vos q secuti estis me, in regeneratiōe cū sederit filius hoīs in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et oīs q relinquerit domū, vel frēs, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meū, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et hæc est salus, quæ Zachæi domui vel ideo facta est, quoniam & ipse fuerit filius Abrahæ. Matth.19

¶Sequuntur Homiliæ de Sanctis.

¶HOMILIA LXXVII. DE EO QVOD LEGITVR: Lucæ primo: Et congratulabantur.

In ferijs diui Iohannis Baptistæ.

A 

Anc diem nobis adesse scitote dilectissimi frēs, in qua nobis magnopere lætandum esse censuerim, nēpe quæ diui Iohannis Iesu dñi nostri præcursoris dies est natiuitatis, in qua multos fuisse gauisuros, angelus ad Zachariam patrem testatus est, dicens: Et vxor tua Elisabetha, pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannes, & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt. Id quod acta natiuitate factum esse arguit thema nostrum, quo traditur, vicinos & cognatos Elisabethæ, propter hmōi natiuitatem esse congratulatos, argumento non vulgari, recte nos hoīm natiuitate lætari, deq; eorum natalicio gaudere, quum & Christus dixerit alibi (vtrunq; & aliud illic sibi voluerit) Mulier quū parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam nō meminit pressuræ propter gaudium, q a natus est homo in mundum. Vnde factū arbitramur, vt non modo Iohan.16

Aethnici quondam,sed & Chŕiani quoq; perq̃ plurimi dicm suæ natiuitatis summa hila-
ritate &lætitia quotannis vel nostris quoq; tpibus celebrarint,grãs pinde deo agẽtes pro
hac luce,ad quã venerant.Quod notat poeta satyricus,inquiens:Hunc Macrine diem nu
mera meliore lapillo,Qui tibi labentes apponit candidus annos,fundenẽ genio &c.

¶Cæterũ(vt ad nos.i.ad Chŕianos redeam)adsurgit huic non parua qbusdã admira- B
tio,qua miranf, adeo nos oportere lætari ob diui Iohannis Baptistæ natiuitatẽ, quum
ob suam etiamnum natiuitatem pleriq; sanctissimi viri mœrendum non solum esse puta-
Iob.1 runt,sed & q diem in qua nati erant,acerbius maledixerunt. Nonne Iob ille,scripturæ te
Iob.3 stimonio,vir simplex & rectus ac timẽs deũ,& recedens à malo,pereat(inqt)dies,in qua
natus sum,& nox in qua dixerunt:Ecce masculus,dies illa fit tenebræ, & non requirat eã
Hiere.20 dñs denuo,neq; veniat in dies anni,nec numeref in dies mensium? Nonne & Hieremias
in vtero matris,vt Iohannes,sanctificatus,& propheta in gentibus cõsecratus,dixit:Ma
ledictus dies,in quo natus sum,& nox in qua dixerũt:Ecce masculus,maledictus q nũtia-
uit patri meo,dicens:Natus est tibi masculus,lætef homo ille,sicut ciuitates,quas dñs de-
struxit in furore,& nõ pœnituit. Adde & Solomonẽ dixisse: Laudaui magis mortuos,q̃
Eccles.4 viuentes,& feliciorẽ vtroq; iudicaui illũ,q necdũ natus. Et Ecclesiastes ait:Melius est no
men bonum,q̃ vnguenta pretiosa:& dies mortis,q̃ dies natiuitatis. Quam etiã ob rem vix
Eccl.7 quempiã inuenies sanctorũ,q suam natalẽ diem celebrasset,sed vnũ & aliũ peccatorẽ. In
Gen.40 veteri qdem testamento Pharaonẽ regẽ Aegypti,in nouo aũt testamento Herodem,at
Marc.6 vtrũq; eorũ festiuitatẽ sui natalis profusiõe humani sanguinis cruentasse,illũ præpositũ pi
Matth.14 storũ,hũc vero sanctũ prophetã Iohannẽ obtrũcasse in carcere. Quæ igif inqs cã,ob quã
tã q̃ Iob Hieremias suę natiuitatis diẽ execratus ẽ vtroq; spũ sctõ repleto? Et cũ nihilomi
nus hodie multi gauisi sint ex natiuitate Iohãnis? quũ interim nõ pauci,psertim Chŕiani,
potius doleãt de die natiuitatis,q̃ de obitus die lætenf, vñ & diuorũ obitus,nõ aũt natiuita
tis,dẽpto natali Chŕi,Mariæ,& Iohãnis Baptistæ,haud nisi summa lætitia agi solẽt?

¶Respondeo,vtrũq; suis & certis rõnibus recte fieri. Siqdem plerosq; de suo dolore C
Ephe.5 natali,illum'q; fuisse execratos,non qđ vel diei dei vel cõditioni,vel creaturæ,vel naturæ,
Matth.6 vel substãtiæ,quæ nulla est diei,sed eius potius,quæ in die fit,maliciei & miseriæ maledixe
rint:siqdẽ eo pacto Apłus dixerit:Redimẽtes tps,qm̃ dies mali sunt. Et Chŕs q̃q;:Sufficit
(inqt)diei malitia sua. Sic etem̃ tã Iob q̃ Hieremias malo potius,qđ in die fit,q̃ diei nati-
uitatis maledixit,nẽpe qđ dies natiuitatis oim sit tribulationũ & angustiarũ,dolorũ quoq;
& miseriarũ,oim nihilominus pctõrũ & impietatũ initiũ atq; introitus,p quẽ pereũt impię
atq; irreligiosæ aiæ. Sic ergo vterq;.q.d.Maledictus sit dies,in q̃ natus sum, qa p ip̃m ad
oẽs hosce nefandos pueni dolores,ad oia hæc amarissima pueni supplicia, ad terrenum
Matth.26 hoc veniẽs seculũ,neq̃ssimi aduersarij sustineo zelũ,ac malignissimi diaboli supporto sup
Marci.14 pliciũ. Hic etem̃ dies est,q plurimos deludit,q plurimos seducit,q plurimis æternas tene-
bras pcurat,in quo melius fuerat Iudã nõ fuisse natũ. Sic inquã apud multos exijt in pro-
Pli.li.7.in uerbiũ,quo dici adsolet.Optimũ nõ nasci,aut ocyssime aboleri. Et Thraces quoq; tradũ
prologo. tur defunctos plusum & lætitiã terræ demandare solitos fuisse,qđ malis liberati,in omni
Quin.lib.5 essent felicitate,cõtra ædito puero,propinq̃s eũ cõploratiõe psecutos fuisse,qđ quascũq;
necesse foret illi,qđ vitã ingressus esset ppeti humanas calamitates,& eas qdem infinitas.
Iohan.3 Sane miseri & debiles nascimur,huius'q; iudicio mox ploramus,carni plane simillimi. Si-
Sapiæ.5 qdẽ qđ natũ est de carne,caro est. Nascimur & labiles q(vt scribif)vt nati sumus,cõtinuo
2.Petr.3 desinimus esse,& maxime mali,q pereunt quasi nõ fuerũt,& nati sunt, quasi non nati,quũ
Eccl.10.44 & om̃is potentatus breuis sit vita. Nascimur & flebiles, innumerabilibus obnoxij malis &
Eccl.2 periculis futuri:nimirũ q̃rũ dies(ait Ecclesiastes)doloribus sunt & ærũnis pleni. Nascimur
Hebreo.9 & ad necessitatem moriendi,q̃nquidem(Apło teste)statutum est hoibus semel mori, per
Eccl.25 vnam em̃ mulierem,à qua est peccati initium,om̃es morimur,sine discrimine. Et Dauid A
2.Regũ.14 rex ait: Omnes morimur,& quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertunf. Id qđ
Iob.14 totum vnico versu complexus est Iob,inquiens:Homo natus de muliere breui viuens tẽ-
pore,replef multis miserijs,q quasi flos egredif,& conterif,& fugit velut vmbra,& nunq̃
in eodem statu permanet. Adde & nos quoq; pronos ad peccandũ fomite quodã nasci,
Ezech.16 siqdem ait scriptura:In die,in qua natus es non est præcisus vmbilicus tuus. Hinc est qđ
Iob cũ Hieremia diei natiuitatis maledixerit,q̄ ea sit tot dolorũ atq; tẽtationũ introitus,
& malorũ quorũ dies mortis ẽ effugatio. Quorũ(inquã)& nũc aliqs, & pcipue scelerũ quæ
nũc in summo sunt fastigio memor,qũo nõ & ip̃e cũ Iob dicat:Maledictus & pereat dies
in quo natus sum,in quo cœpi initiũ vidẽdi & experiendi,tot nephãda scelera,quæ nunc
Tob.3 impune ppetranf? Quis nõ cũ Tobia seniore fleat,dicẽs:Qm̃ nõ obediuimus pceptis tuis
ideo traditi sumus in direptionẽ & captiuitatẽ & mortẽ & in fabulã,& improperiũ om̃i-
bus natiõibus,in qbus dispersisti nos. Et nũc dñe magna iudicia tua, qa nõ egimus scđm
præce-

præcepta tua,&nõ ambulauimus synceriter coram te. Et nunc dñe fcd̃m voluntatẽ tuam
fac mecũ &ꝑcipe in pace recipi sp̃m meũ. Expedit em̃ mihi mori magis q̃ viuere. Et meli
or est dies mortis, q̃ natiuitatis. Quare? qa p illam ad hoc, veni tp̃s, de quo dixisti: In quo Matth.24
abundat iniqtas, & refrigescit charitas multoꝝ. In quo certe vix nisi hisce terrenis & vo-
luptuosis rebus indulgẽtes, æterna negligẽtes diẽ natiuitatis suæ celebrant & extollunt.

D ¶Cæteꝝ possumus tñ & dolere de die natali ad modũ, quo & diximus, interimq́ de eo
dem die gaudere & lætari simulq́ ex animo tripudiare, qd̃ in ea nos deus Opt. Max. sola
sua bonitate ex nihilo ad suã imaginẽ creauit, nosq́ veræ natiuitatis quę p diẽ mortis fit,
adeoq́ æternæ vitæ p hasce mundi tribulationes futuros esse compotes voluit; obq́ nos Gene.1
oĩa plasmauit, qñquidem qd̃ non eramus morituri & nasciturí cœlo, nisi prius corporali Psalm.8
nati fuissemus, nec aliter cœli possessores futuri. Quocirca hisce rõibus hocq́ genus alijs Iohan.16
permoti de hominum natali & in dei gloriam & in nostram salutem recte gaudere, lætari
iubilare possumus & debemus, in primis de natalitijs eoꝝ q̃s gr̃a diuina largius dotauit.

E ¶In quoꝝ sane numero ꝑinde olim primus fuit Iohãnes Baptista, quo inter natos mu Matth.11
lieꝝ (Chr̃o teste) maior nõ surrexit, & plus q̃dem q̃ propheta. In cuius nimiꝝ natiuitate, Lucæ.7
quã hodie recolimus, vel recte gaudemus ex mandato & vaticinio angeli, dicentis ad Za
chariam: Et vxor tua Elisabetha pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem. Et
erit gaudium tibi & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt. At quæ rõ gaudij?

F ¶Prima, qa homo natus est in mundũ, opusq́ dei auctũ. ¶Scd̃a, qa parentibus steri- Iohan.16
litatis opprobriũ natiuitatis erat amotũ, qñquidẽ pudor sit fœminis nuptiaꝝ præmia nõ
habere, q̃bus hæc est sola causa nubendi. Hinc cum Rachel audita à deo concepisset & pe Gene.30
perisset filiũ, ait: Abstulit deus opprobriũ meũ. s. sterilitatis. Sane iudicabat olim parentũ
esse beatitudo & benedictio, fœcunditas & filioꝝ multitudo, Dauide canente: Vxor tua si Psal.127
cut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuaꝝ in circuitu men-
sæ tuæ. Ecce sic benedicet homo, q timet dñm. Et æthnici quoq́ obseruabãt eos, q abũda
bant prole. Valeant igit, q nunc fœcundos vel adspernant, vel steriles esse cõcupiscunt.

G ¶Tertia rõ, ob filij magnitudinẽ & gloriã, quæ vtiq́ & parentũ est. Filius em̃ sapiẽs ait Prouer.10
Solomon, lætificat patrẽ, filius vero stultus, mœstitia est matris suæ. Sic nimiꝝ Iohannis
Baptistæ filij magnitudo erat parẽtibus in gloriã. Ille q̃dẽ maior inter natos mulieꝝ. Ma Matth.11
gnus, qa maior q̃ propheta, q dñm vidit & tetigit, quẽ cæteri solũmodo ꝑdixerũt à lõge. Luc.7
Magnus, qa in vtero sanctificatus, & à labe seruatus. Magnus, qa Ap̃lus & angelus à deo Malach.3
missus, vt de lumine testimonium præberet. Magnus, qa virgo, vxorẽ habuisse nõ legit. Iohan.1
Magnus, qa cõfessor, siquidẽ cõfessus est & nõ negauit, sa s. nõ esse dignum, vt Chr̃i calcia Ibidem.
mentoꝝ corrigias solueret. Magnus, qa vti Helias heremita, habitu & vita, qa puer fuit in Luc.8
desertis vsq́ in diẽ ostẽsionis suæ ad Israel, vinũ & sycerã nõ bibẽs, melle & locusta pastus 4.Regũ.1
pellibus cameloꝝ indutus, pellicea zona cinctus. Magnus, q multos filioꝝ Israel ad dñm Matth.14
deũ cõuerterit, dñoq́ plebẽ vita & ꝑdicatione sua perfectã reddiderit. Magnus, qa mar- Marc.6
tyr ob veritatem misere ab Herode inuidia Herodiadis in carcere obtruncatus.

H ¶Recte igit hodie vicini & cognati congratulabant Elisabethæ ob natũ filiũ Iohannẽ.
Vnde docemur solẽnẽ lætitiã esse in ortu & generatiõe sanctoꝝ. Sãctos q̃dem nõ solum
parentũ gr̃am, sed et͞iã salutẽ eẽ plurimoꝝ, sic & pariter monemur, sanctoꝝ generatiõe
lætari debere. Admonent & parentes deo gr̃as agere nõ minus pro ortu q̃ pro meritis fi-
liorũ, siq̃dẽ nõ mediocre munus sit dei, dari liberos propagatores generis successiõis hæ
redes, quũ diuinũ munus sit fœcunditas parentũ. Agunt itaq́ patres gr̃as, qa generarũt fi
lij, qd̃ generati sint matres, qa cõiugij ꝑmijs honoratæ, stipẽdia em̃ militiæ filij sunt. Ad-
monent quoq́ parentes si de filijs velint gaudere eos fore procurent, vt Iohannis Bapti-
stæ sint similes vita & moribus puri, casti, abstinentes, timorosi, humiles &c. Quod deo au
thore perficient, vbi & ipsi parentes fuerint Zachariæ & Elisabethæ sil̃es. i. iusti ante deũ,
incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela.

¶HOMILIA LXXVIII. DE EO QVOD LEGITVR: Matthæi.16. Et tibi dabo claues regni cœlorum.

In ferijs diuorum Petri & Pauli.

A N quam nõ vulgari veneratiõe nobis hodierna dies esse debeat, fr̃es charissi
mi, argumẽto ẽ, qd̃ ea à sc̃tã m̃re ecclesia Ap̃loꝝ pricipibus recte sit dicata,
nimiꝝ Petro & Paulo, duabus vtpote (scd̃m Apocalypsim) oliuis & duobus Apoc.11
candelabris, lucentibus in conspectu dñi terræ stantibus, duabus (inquam)
oliuis. i. viris misericordiæ, à q̃bus profluxit oleũ benignitatis & lenitatis p
salutarẽ doctrinã vitamq́ sanctã, peccatoꝝ vlceribus salubriter medente,
& vnd

&vnde(inquam)oleum manauerit rosei sanguinis, qm̃ ambo pro Chr̃i noĩe.i.pro eius fi-
quæ fuit,Chr̃m esse filiũ dei viui &c.mortẽ obierint, hic gladio, ille patibulo. Quorũ quã-
Acto.9 tus sit apud deũ vterq; nobisq́; semp habendus, inter cætera Chr̃us vel hinc oñdit, quod
1.Cor.12 de hoc ad Ananiã dixerit: Vade, quõ vas electiõis est mihi iste, vt portet nomen meũ co-
Galat.2 ram gentibus & regibus & filiis Israel. Quẽ & in tertiũ cœlũ ille rapuit atq; in paradisum,
vbi audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui. Qui & de seipso ait: Qui operatus est
Petro in apostolatũ, operatus est & mihi inter gẽtes. Et sicut Petro creditũ est euangeliũ
circũcisionis, ita & mihi. Euangeliũ præputij. Idemq́; rursus: Veritatẽ dico non mẽtior,
1.Timot.2 doctor gentiũ in fide & veritate. Petrũ vero quanti ille dñs noster fecerit ex multis & ma-
ximis priuilegijs, qbus eundẽ præ cæteris insigniuit, est intelligere. Inter quæ præcipuum
pinde est oĩm, qđ illũ eum esse dignatus est propter mirificã ipsius diuinamq́; prorsus cõ-
fessionẽ, super quẽ quasi super primũ post se fundamentũ, ecclesiã suã esset ædificaturus.
Id qũo vere ac pie debeat intelligi, anno superiore non paucis ostendimus, quæ quũ ha-
ctenus haud à quopiam impugnata intelleximus, non est qđ quicq̃ inde simus repetituri,
iterũ potius visuri, q̃ sit præ cæteris à Chr̃o priuilegiatus Petrus ex altero verbo, quo ille
aliud concessit eidẽ priuilegiũ, hodie dicens: Et tibi dabo claues regni cœlorũ. De quo q-
dẽ verbo, quũ multi multa dixerint, paucíq́; sibi interim cõsteut propter insidiosa schisma
ticorũ dogmata & paradoxa, nos superflua prorsus, aure qđ dici solet, surda pterennt es ea
dũtaxat huc sumus collaturi, quæ sacris sunt eloquijs euidẽter expssa, censurã interim ca-
tholicæ ecclesiæ reseruãtes. Ait igif Chr̃us ad Petrũ tã magnifice de seipso sentientẽ & psi
teutẽ: Tu es Chr̃us filius dei viui. Btũs es Symon Bar Iona, qa caro & sanguis non reuela
uit tibi, sed pr̃ meus, q in cœlis ẽ. Et ego dico tibi, qa tu es Petrus, & sup hãc petrã ædifica
bo ecclesiã meã, & portæ inferi nõ pualebũt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cœlorũ.

¶Pro cuius verbi pio intellectu videre erit, Quid sit regnũ cœlorũ, deiñ qd sit hoc loco B
clauis, & an Petro soli, & cur vni Petro expresse hic claues non clauẽ vnam regni cœlorũ
dederit, qbus haud dubie visis & bene acceptis accipief, & breuiter & salutariter, quod cæ
teri pluribus in hunc vsque diem non intellexerunt, aut certe intelligere noluerunt.

Matth.18 ¶Quid ergo est regnum cœlorũ? Est (saluo iudicio ecclesiæ) ipse Iesus Chr̃us filius dei, C
adeoq; deinde ecclesia eius. Quũ em̃ ipse ait, regnum cœlorũ esse adsimilatũ cuidã homi-
ni regi posituro cum seruis suis rõnem, & facere iudicium, certe aliud esse nequit q̃ dei fi
2.Timo.4. liusqui seruos & viuos & mortuos (Aplo teste) iudicaturus est, & vnicuiq; redditurus se-
Actorũ.17 cundũ opera eius, qđ & nuper satis disputauimus. Sicut em̃ ipse est sapia, ipse est iustitia,
Matth.3 ipse veritas, ita ipse est regnũ. Hinc est, pœnĩam agite. appropinquabit em̃ regnum cœlo
Matth.5 rum, id est, Christus. Sic etiam beati tradunt, q patiunt propter iustitiam persequutio-
Luc.6 nem, qa ipsorũ est regnum cœlorũ. Secundũ hoc quoq; qui conuersat secundum virtutes
Matth.13 Chr̃ianas, hic videt esse in regno cœlorũ.i.in Chr̃o, q est omnis virtus, adeoq; vere in ec-
clesia. Cui & ipsum adsimilat regnũ cœlorũ, dño dicente: Simile regnum cœlorũ sagenæ,
missæ in mare, & ex omni genere pisciũ congreganti, quã cũ impleta esset, educentes & se-
cus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos aũt foras miserunt. Sic erit in consum-
matione seculi. Sagena est ecclesia, quæ habet bonos & malos hic [illegible]r̃ianos, sed olim in
nouissimo iudicio segregandos, vtpote bonos in gaudiũ, malos in [illegible]pliciũ æternũ. Mo
do quũ Chr̃us sit regnũ cœlorũ, ipseq́; se promittat Petro regni c[illegible] claues daturũ.

¶Quid est clauis? vt est aliqua materialis clauis, qua qd aperif & claudif, ita hoc loco D
Apoc.3 clauis ẽ mystice sumpta, & est natura solius regni cœlorũ.i.Chr̃i, Apocalypsi dicẽte: Hæc
dicit sanct⁹ & verus, q habet clauẽ Dauid, q aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.
Esa.22 Et in Esaia dicit: Dabo clauẽ domus Dauid sup humerũ eius, & aperiet, & nõ erit, q clau-
det: & claudet, & nõ erit, q aperiat & figã eam pauxillum in loco fideli. At qd est reserare
1.Reg.2 nisi viuificare, & claudere nisi mortificare? Id quod solius est dei Iesu Christi, regni cœ-
lorũ. Hinc scriptura: Dñs (inqt) mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. At q̃
Apoc.1 facit idipm medio? Claui nimirũ. Hinc ipse ait: Ego sum primus & nouissimus, & viuus,
& fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni.

¶Cæterũ qd mortificare q̃ pctõrẽ ligare & excõicare & extra ecclesiã claudere, & ex- E
cõicatũ eijcere, & soluere atq; reserare eidẽ rursus pctã remittere, & in ecclesiã reducere.
Iohan.1 Id q̃d solius est dei, adeoq; Iesu Chr̃i, q solus ex ppria ptãte, ecclesiã, quæ et regnũ cœlorũ
dr̃, claudit et aperit claui regni cœlorũ: siquidẽ, q solus pctã mũdi tollit et remittit suapte
Matth.9 potẽtia. Quis em̃, quærũt illi, pt dimittere pctã, nisi solus deus? Ecõtrario Chr̃us: Vt aũt
Marc.2 sciatis, qa filius hoĩs habet ptãtem in terra dimittẽdi pctã, ait paralytico: Tibi dico surge
Luc.5 tolle grabbatũ tuũ, et vade in domũ tuã. Nec immerito, quũ recte is dimittat pctm, in quẽ
Psal.50 fit pctm̃, at soli deo peccat, Dauide dicẽte: Tibi soli peccaui, et malũ corã te feci &c. Hinc
cõsequit regnum cœlorũ aliud nihil esse q̃ Iesu Chr̃i potestatẽ, qua alicui ecclesiã claudit
propter

propter pctā eādḗq; illi referat. Et vt clarius dicamus, nihil aliud eē clauē regni cœlo᷑, q̄
Iesu Chri ptātem ligandi & soluēdi. i. eijciēdi & reducēdi pctōrem. Quæ qdem potestas
cum sit naturalr solius Iesu Chri Theantropi, eam th ille cœlū paulopost ascensurus, pin-
de instrumēto & vicario prorsus delegauit Petro & vnicuiq; eius successori, cui & veluti
primario pastori oues suas. i. oēs Chrianos cōmēdauit, hodie inquiēs: Et tibi dabo cla Iohā. 21.
ues regni cœlo᷑. i. Petre, qa tu tam magnifice & diuinitus p̄ cæteris me es confessus, esse
Chrm filiū dei viui, hocq; modo habes verā fidē meæ sup te cōstruēdæ ecclesiæ, ideo pri
mariū te facio eius ecclesiæ pastorē, sup quē collocabo ecclesiā meā, quæ & ipsa qd tu cre Luc. 22
dis, est creditura, & pro tua illiusq; fide sum oraturus, ne deficiat, tibi dabo, concedo, de-
lego in singularē prærogatiuā claues meas adeoq; regni cœlo᷑. i. ecclesiæ meæ, ita vt æq̄
atq; ego post meā ascensionē habeas ptātē ligādi & soluēdi. i. abijciēdi excōicādiq; pctō-
rem ex ecclesia, hocq; pacto ex cœlesti pria, & rursus inducēdi, egoq; qd facies habebo fir
mū atq; ratū, nec erit pter te, q vel claudet vel referet. Quodcūq; em ligaueris sup terram
erit ligatum & in cœlis. Et quodcūq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

F ¶Cæte᷑ inquis: Nonne & claues cæteris quoq; à Christo traditæ sunt Apostolis? Sūt Iohan. 20
inquā, sed impariter, Chro qdem ad eos alibi dicente: Accipite spm sanctum, quo᷑ remi
seritis peccata, remittunt eis, & quo᷑ retinueritis, retenta sunt. Quid ergo hodie Petro
in singulare priuilegium claues suas, perinde cæteris non communes contulit Chrus? Re
spondeo propterea Chrm præ cæteris qinde præcipuum eius cōfessionis præmiū & insi
gne delegasse claues claudēdi & aperiendi cœlū. i. remittēdi & retinendi pctā dedisse.

G ¶Primo, vt quemadmodum Petrus omnium primo claues concesserit, deindeq; cæte
ris, ita ipsum quoq; ante cæteros suæ ecclesiæ & eius quemlibet successorem fore prima-
tem, & caput ostenderet. Hinc illi aliàs nomen Cæphas, quod est caput, imposuit, inqui-
ens: Tu es Symon, filius Iohanna, tu vocaberis Cæphas, quod est Petrus, quod idem fo- Iohan. 1
nat, siquidem fundamentum quodammodo habeat proprietatem capitis cuius nomina-
tionis tunc impositi hodie facta est perinde commemoratio & confirmatio.

H ¶Scdo, vt Petrū fore ondderet eiusq; successorē, in quo ecclesiæ vnitas seruaret, ad quē Math. 16
postulāte necessitate, cæteri tanq̄ ad vnicū inter oēs principē fugerēt, ne alioq de princi- Marci. 3
patu aplo᷑ cōtenderet, quēadmodū Lucas scribit, Chro adhuc viuēte ipsos aplos aliqd Luc. 6
humani passos, habuisse inter se contētionē, qs eo᷑ videret eē maior? Et Chrm post ali- Lucæ. 22
quot verba dixisse Petro: Symon: Ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Math. 26
Ego aūt rogaui p te, vt nō deficiat fides tua, & tu aliqn̄ cōuersus cōfirma frēs tuos. Quo Marci. 14
qdē ite᷑ verbo chrs arguit Petrū vt cęteris pfectiorē et min⁹ ambitiosū, ita eūdē fore pri
cipē, & vnū suūq; successorē in q̄ cōseruaret ecclesiæ vnitas, oīsq; tolleret contētio. Et re-
cte qdē naturaq; cōparatū videri q̄at ad vnitatē à multis cōfugiū. Si em (vt liqt) rex vnus
sit apibus, & dux sit vnus in gregibus, & in armētis rector vnus, & demū in politia quauis
nō ppera instituta, refert ad vnum totius rei prorsus administratio. Cur nō & Chrus sum
ma dei pris sapia, cōstitueret totius ecclesiæ suæ pastorē & principē & caput cætero᷑, à q̄
pmanaret ecclesiæ cōcors vnitas & oīs diuisio schismatica tolleret. Maxime quū idipsum
synagoga, ecclīæ vmbra tm et figura habuerit, q̄to magis Chri ecclīa, p qua sanguinē p-
priū fudit, hre debet. Sane scriptū ē in Deut. Si difficile et ambiguū apd te iudiciū eē pspe Deuter. 17
xeris inter sanguinē et sanguinē, cām et cām, leprā et leprā, et iudicū intra portas tuas vi
deris verba variari, surge et ascēde ad locū quē elegerit dns deus tuus, veniesq; ad sacerdo
tes Leuitici gnis, et ad iudicē, q fuerit illo tpe, q̄resq; ab eis, q indicabūt sibi iudicij verita
tē. Et facies q̄dcūq; dixerit, q p̄sunt loco quē elegerit dns, et docuerit te, iuxtaq; legē eius.

I ¶Hæc synagoga, ita et ecclesia Chri, ipsa veritas haber. Vno nimi᷑ capite fuit opus.
Primo, vt si lites emergerēt de negotijs fidei, itemq; de scriptura᷑ sensu cōtrouersia, esset
vnus aliqs, cuius iudicio staret, deinde vt tpe cōcilio᷑ eēt, cuius mādato vocati et vocādi
epi et pres parerēt, q alioq accersiti non venirēt, quū superiorē non recognoscerent.

K ¶Præterea, vt orta aliquando inter epos et prælatos dissensio p ipsum caput vnum ad
concordiam et vnitatē reduceret, ne fautoribus hinc inde multiplicatis, pusilla principio
lis in perniciosum tandē schisma prorumperet. Itaq; et Christus recte et sapiēter suæ ec-
clesiæ voluit esse aliquē principē et primatē, et hunc à principio propter magnificā ipsi-
us professionē Petrum, cui propterea claues regni cœlo᷑ primo contulit, in quo vnitas
seruaretur. Cui profecto reliqui discipuli post Christi ascēsionem summa humilitate vt
capiti paruerunt, veluti satis superq; ex actis Apostolicis passim colligenti patet.

L ¶Tertio, dedit hodie Petro claues in prerogatiuam, quum is eiusq; successor eas vti pri
marius haberet & p̄cipue, et sicut Chrus solus eam ligandi & soluendi potestatem tam fo
ri iudiciarij q̄ consciæ tribuit, ita & Petrus primus & summus, deinde (Chro mortuo) pō
tifex in ecclesia Chri cæteris, quos epos ordinaret claues easdē Chri vicarius cōmitteret,

& sic

& sic eas claues haberent oẽs in ecclesia epi ac pbri, sed nõ nisi à Petro vel eius successore ordinati & donati, cæteꝝ q a vnitate fidei illius, vel societatis quolibet modo se segregarent tales nec vinculis peccatoꝝ absoluerent, nec ianuã regni cœlestis ingrederent.

¶Vñ habes ideo in priuilegiũ hodie Petrũ recepisse claues, vt ipse deinde eas proprie, M
cæteri vero, q futuri essent in ecclesia pbri & epi nõ nisi à Petro & eius successore haberẽt.
Et hoc ẽ, qđ Chrs magna vsus est verboꝝ varietate, quũ & cæteris ecclesiasticã ptãtẽ cõ
Matth.18 cederet. Ad Petrũ qdem dixit: Dabo tibi claues regni cœloꝝ &c. Et qđcũq ligaueris in terra, erit ligatum & in cœlis. Ad alios vero: Amẽ dico vobis, qđcũq ligaueritis in terra, erit ligatũ in cœlo. Sic nimiꝝ nõ vnius cœli, vti cæteri, sed cœloꝝ claues Petrus à Chro promissas audiuit. Nec credendũ, q Euãgelista hæc frustra vsus sit varietate numeri, quũ vno dũtaxat intermixto caplo vtrũq tradat, imo vt ostenderet Petrum primariã & præcipuam clauium habere & maiorem potestatem, cæteros vero vtpote episcopos & presbyteros perinde secundariam & non nisi à Petro vel eius successore recepturos.

¶Hinc fallunt schismatici, q concludũt nihil esse discriminis in ptãte ecclesiastica inter sacerdotes, sed oẽs esse æquales p se, nec epos à papa, nec minores ab epis distare, nimirũ oẽm in ecclesia ordinẽ & gradũ confundentes contra omnem euangelij veritatem. N

¶Cæteꝝ inqs, postremo, quur Chrus ad Petrũ loquẽs numero multitudinis vsus est, O
inquiẽs, claues & nõ clauem? Rñdendũ arbitror, Chrm subinsinuasse sub hac sua claue potentiæ, quã Petro eiusq successoribus plã tradidit, alterã adhuc necessario cõtineri, quã
Luc.11 epi & pbri habere debẽt, si iuste corã deo ea ptãte vti voluerint. Vnã sciæ, alio noĩe discretionis qua media sciant, quo pacto sit facienda apertio vel ligatio. Debent vtiq epi & sacerdotes, q clauẽ habent potentiæ soluẽdi & ligãdi, scire & discernere, q sint vl insontes vel sontes, & cognoscere ex officio peccatoꝝ varietates, vt sciãt, q sint, vel ligandi, vel soluendi, ne vel damnẽt innocẽtes, vel soluere se noxios arbitrent, qm (vt ait Hieronymus)
Luc.13.14 apud dñm nõ snĩa sacerdotũ, sed reoꝝ vita quęrat. Siqdem in Leuitico, iubent leprosi se ostẽdere sacerdotibus, q si leprã habuerint tũc à sacerdote mũdi fiant, haud qa sacerdotes faciãt immũdos & leprosos, sed qđ habeãt notitiã leprosi & nõ leprosi, & inter leprã & leprã, & erudite & pie discernãt, q mũdi sint vel immũdi. Hinc Chri dictũ: Et tibi dabo claues regni cœloꝝ. Et qđcũq ligaueris &c. ita exponas. Quia Petre tã à pre meo edoctus
1.Cor.9. atq tã recte credẽs es, tibi pcipue vti antistiti dabo claues regni cœloꝝ. Et qđcũq .i. quẽcũq remissiõe indignũ iudicaueris, dũ viuit, indignus apud deũ iudicabit. Et qđcũq solueris .i. quẽcũq soluendũ iudicaueris dum viuit, remissionẽ peccatoꝝ à deo consequet.

¶Atque vtinam, quemadmodum hæc non modo potestas à domino Petro, sed & P
omnibus eius in nomine & sede successoribus data est, ita omnes eandem, quam Petrus, vitam, fidem, doctrinam, eosdemq, quos Petrus, mores habere possint ac velint, illiusq studerent esse perquàm simillimi, ne qui alijs præesse contendant, contra Apostoli dictum reprobi inuenirentur, & indigni, vt alios ligent, qui vel ipsi sint ligandi.

¶Grandis vtiq honor, quod illi principatum supremi iudicij sortiunt, & loco dei qui- Q
busdam peccata retineant, qbusdam vero relaxent, sed vtiq etiam graue est pondus istius honoris. Duꝝ quippe est, vt q nesciunt tenere moderamina vitæ suæ, iudices fiant. Sacerdotes eñ & si propriã bene dispensauerint vitã, alioꝝ vero non cũ diligentia curã habuerint cũ perniciosis in gehennã vadunt. Studeant igit oẽs Petri & ipsi esse Aploꝝ successores, epi & pbri, vt propter hoc mereantur à Chro audire. Et vobis dabo claues re-
Galat.4 gni cœloꝝ, propter quod Petrus audire meruit. s. propter veræ fidei confessionem, quæ per dilectionem vita & verbo exemploq operatur.

¶HOMILIA LXXIX. DE EO QVOD LEGITVR: Lucæ.1. Et vnde mihi hoc, vt mater domini mei veniat ad me.

In ferijs visitationis Mariæ.



OEpit quæ adest (frẽs charissimi) diuæ virginis dies vulgato noĩe inscribi A
dies visitatiõis Mariæ, ipso nimiꝝ facto, qm virgo Maria in ea die Elisabethã suã cognatã (quẽadmodũ euãgelij lectio docet) ea qua decuit, veneratiõe visitauerit. Eo in facto miꝝ oĩbus Chrianis, & pcipue virtutũ specimẽ (reliqt.
¶Primo, qdẽ verã nobis euãgelicã exhibuit doctrinã, qua monemur nra gaudia nris proximis debere esse simul & tristia cõuiuia, nosq debere de salu-
Roman.12 te nostroꝝ proximoꝝ esse gaudentes de infelicitate eorundẽ mœrentes, Aplo monente
1.Cor.12. & dicente: Gaudete cum gaudẽtibus, & flete cum flentibus. Qm si quid patitur vnũ membrum compatiunt & oĩa membra. Siue gloriat vnum membrũ, congaudẽt oĩa membra. Id quod hac die gloriosa virgo deipara absolutissime seruauit, nempe, quæ ex diuina Iesu Chri, spũ sancto cooperatore vnico, cõceptione maximo oĩm gaudio ineffabilr reperta,

mox Eli-

mox Elisabetham & ipsam singulari gaudio propter conceptū filiū Iohan. Bapt. dñi pcur sorē gaudentē per montana lætabunda visitauit, vt & eã sui gaudij magnopere participē redderet, simulq̃ illi lætitiā congratularet. Iam eñ antea ab angelo sibi dici audierat: Ecce Elisabetha cognata tua, & ipsa cõcepit filiū in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Luc.1

C ¶ Iam vero q nõ possit & debeat esse nobis lætabũda & solẽnis eius natiuitas, q illum nobis protulit, q tãti mũdo fuit & est lætitia, redẽptio, salus & vita? Quis eñ negabit, natalem ortũ eius virginis debere esse lætabundũ, quæ initiũ fuit oĩs grãæ & virtutis sp̃ualis, p ipsam in Chr̃ianũ populũ transfundẽdæ, qm̃ in ea benedicta virgine cœperit pfecta vitioꝝ mortificatio, ad regnum cœloꝝ adspiratio, singularis gloria virginitatis, virtus continentiæ & castitatis, agnitio Chr̃ianæ veritatis, filialis timoris, ac fulgidissimæ dilectiõis, in qbus tota fundat̃ Christiana religio. Quæ & de seipsa ait: Ego mater pulchrę dilectiõis, timoris & agnitionis, & sanctæ spei. Lætitiæ igit̃ plena hæc nobis esto dies natalis deiparæ virginis. In cuius verã ac solidã laudẽ & festiuitatẽ, vt aliqua pro virili aperiamus, principio quam hæc ipsa virgo laudatissima nobili sit stirpe nata, & ex quàm generosis processerit progenitoribus & qdem inter plurima paucis ostendemus, haud sane, qa magnopere referat, q sit nobili q; prosapia secundũ carnẽ natus, in primisq; apud deum, apud quem, scriptura teste, non est aliqua psonaꝝ acceptio, sed cordium dũtaxat æstimator Iesus Chr̃s, dñs noster, q vel ideo in genealogia generis nobilitatẽ in hominibus non reqsiuit, sed de captiuis & peccatoribus nasci voluit, q remissionẽ erat daturus captiuis. Nimiꝝ in cuius Genealogia recensent personæ admodũ reprehẽsibiles, vtpote Pharam, Zarã, Iechonias, & fratres ei⁹. Itẽq; Raab meretrix, vt ostenderet se non recusare iniuriam maculatæ originis, q maculas esset abstersurus, & ne qs putaret originis maculam impedimentum posse esse virtuti, nec se insolens de sui nobilitate iactaret. Cuius sane causa non est, quod sim recensurus, quàm sit nobili stirpe nata virgo Maria, verum primo, vt, veritate patrocinante, obstruã ora impioꝝ hæreti- 1. Cor. 1. Eccl. 24 Lucæ. 20 Actoꝝ. 10 Roman. 2. Ephe. 6 Lucæ. 19 Eccl. 4

hæreticorum, q sola leuitate quadã inopia permoti hãc illã nunq̃ satis laudatã virginẽ in ordi
nem redigere, prorsus cõtendã, vtpote q̃ nullo generis fulgore inclyta splẽduerit. Secũdo,
vt ostendã nõ solũ mores in ĳs, q prædicabiles sunt, sed etiã parẽtes oportere laudari, vt ve
luti trãsmissa immaculatæ puritatis hæreditas, in ĳs q̃s volumus laudare ꝑcellat. Et hoc est,
Eccl. 44 quod scriptura ait: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatiõe sua. Hinc
1. Reg. 1. sancti Samuelis mater laudat. Sic Isaac à parẽtibus nobilitatẽ pietatis accepit, quam poste-
Gene. 21 ris reliquit. Sic Iohãnes Baptista à nobilitate parẽtũ cõmẽdat, quũ Zacharias pr̃ eius nõ so-
Lucæ. 1. lum sacerdos, sed etiã de vice Abia. i. nobili inter superiores semine, & vxor de filiabus Aa-
ron fuisse, cõmemorat ab Euãgelista, in maiorẽ vtiq; laudẽ ꝑcursoris domini.

¶Sic & Propheta dudũ oraculo prodidit deiparã virginẽ fore ex regia stirpe prognatã, D
Esaiæ. 11 dicẽs: Egrediet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet: nimirum ꝑ virgã intelligẽs
virginẽ Mariã, ex rege Iesse nobilissimo prognatã, & ab radice eius virgæ florẽ. s. Christũ.
1. Timot. 6 Et merito qdẽ hæc ipsa virgo ex regia processisse prosapia tradit, quæ illũ esset nobis pari-
Matth. 1 tura, qui (vt Aplus ait) rex est regũ & dñs dominãtiũ, q solus dñs, solus sanctus, solus altissi-
mus Iesus Chrũs. Atqui oraculo accedit Euangelista, inquens: Iacob aũt genuit Ioseph, virum
Mariæ, de qua natus est Iesus q vocat Chrũs. Et alius Euãgeliographus: Missus est (inquit)
Lucæ. 1 Gabriel à deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomẽ Nazareth ad virginem desponsatã viro, cui no
mẽ erat Ioseph, & nomẽ virginis Maria. Si igit Ioseph, cui erat Maria despõsata, de domo
id est, de familia Dauid regis fuit. A Iesse aũt eẽ natũ Dauidem Matthæus adfirmet, super-
Nume. 36 est, vt dicamus & adseueremus virginẽ Mariã vere de regia stirpe, scilicet Iesse regis, fuisse
genitã: quãdoquidẽ lege diuina olim cantũ fuerit, vt de sua quisq; tribu aut familia vxorem
duceret. Hinc notãter Matthæus ait: Iacob aũt genuit Ioseph virum Mariæ, demonstrãs, q̃d
propter illã & hũc in Genealogia posuerit, quũ alioqui nõ sit cõsuetudinis scripturarum, vt
mulierum in generationibus ordo texetur: nimirum, hic aliter obseruatum, vt ex vna tribu fuisse
Ioseph & Maria intelligerent, qui hãc ex lege ducere cogebatur, vt propinquã. Et sic recte
Matth. 22 indubitateq; credimus fuisse & Mariã in cognatiõe Dauid, qa eius scripturis credimus, quę
Lucæ. 20 vtrũq; dicũt & Christũ ex semine Dauid secundũ carnẽ, & eius matrem Mariã, nõ cũ viro
Luc. 1. cõcumbendo, sed virginẽ. Si ergo Maria virgo ex Dauidis prosapia. Ideo & Iesse, atq; qdẽ
ad hãc ex linea consanguinitatis descensus supputationem.

¶Consona scripturis historia tradit Ioachim & Annam diuæ virginis parẽtis fuisse vitę E
sanctimonia & religione vera pręstãtissimos, illum vero à Barpanthero genitũ, Barpanthe
rum à Panthero, Pantherum à Leui, Leuem à Nathan filio Dauidis, quem à Iesse genitũ Mat
thæus, vt diximus, adfirmat. Ex parte vero Ioseph, ita habet historia. Ex linea Solomonis
fratris Nathan, Mathan habuit vxorem, ex qua genuit Iacob. Defuncto aũt Mathan, Mel-
chi ex tribu Nathan, q filius quidẽ Leui, frater aũt Pantheri, duxit vxorem Mathan, matrẽ
aũt Iacob, & genuit ex ea Hely, Iacob quidem ex tribu Solomonis, Hely ex tribu Nathan.
Defunctus aũt Hely ex tribu Nathan sine liberis, & duxit frater eius Iacob, q ex tribu Solo
monis, vxorem eius, & suscitauit semen fratris sui ex præcepto diuino, & genuit Ioseph,
Ioseph igitur natura est filius Iacob ex descensu Solomonis, secundũ legem aũt Hely, q ex
Nathan fratre Solomonis, vnde Ioachim, Nã filius, q nascebatur secundũ naturã, erat qdẽ
generãtis, secundum aũt legẽ defuncti. Hæc iuxta scripturas historia, cui accedũt Damasce
nus, Eusebius Cæsarieñ. Hieronymus, Beda, hocq; genus authores catholici, fide multo di-
gnissimi, qbus nephas sit negare fidem, maxime q̃d & Euangelistæ idipsum aperto habent
Esa. 11 oraculum comprobantes Esaiæ, dicentis: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice
eius ascendet. Vbi per virginem ad literã intelligitur virgo Maria, & per florem inde pro-
deuntẽ, dñs noster Iesus Chrũs sine hęsitatiõe ex progenie Dauid natus, vt aperta scriptu-
rarum comprobãt testimonia. Quare & sancta Anna, ex qua prodĳt virgo Maria & eius fi-
filius Iesus Chrũs, etiã ex stirpe Dauid & Iesse emanauit. Nõ em̃ possunt ex diuersa origine
prodire parẽtes & liberi, cũ filĳ progenitorum sequant stemmata. Itaq; vere Propheta dixit
Mariã egressurã de radice Iesse, & florẽ de radice eius ascẽsurum. Virgulã (inquã) regiã. s. di-
uam virginẽ ex regali progenie exortã, & de stirpe Iesse natã, quæ nobis illũ suauissimũ flo-
rem protulit, cuius odore bono, totus mũdus ad vitã est reuocatus.

¶O igit, virgo Maria, felices q te genuere parẽtes. O & te felicissimã & sup oẽs benedi- F
ctã Maria, q̃ nobis virga talẽ ac tãtũ florẽ protulisti, Iesum Chr̃m, verum deum & hoiem, &
vnicũ nr̃æ salutis authorẽ. O quam nõ casu sed spũ vtiq; sancto adflatus propheta ꝑdixit te
egressurã de radice Iesse. i. refrigerĳ, & incẽsi (ita em̃ Iesse interp̃tat) qppe q̃ nõ modo par-
tu tuo nobilissimo parẽtibus tuis, sed nobis oĩbus miseris & dudũ adflictis & tribulatis pec-
catoribus refrigerium fuisti longe iucundissimũ. Nõne in persona nostri regius Propheta
Psal. 65. ad tuũ dicit filiũ. Trãsiuimus ꝑ ignẽ & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ. Et reuera ille idẽ
Hiere. 6 est illa via bona, de qua Hieremias: Ambulate (inqt) in ea, & inuenietis refrigeriũ aiab⁹ vr̃is.

Cuiusmo

Cuiusmodi ipsemet suis se verbis arguit, dicens: Venite ad me oēs, q laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos, & inuenietis requiē animabus vestris. O igit iucūdissima radix Iesse, quæ nobis tantū refrigeriū dedisti. Imo nō modo refrigeriū, sed & incensum, scilicet Mariam, ignē. s. charitatis & dilectiōis pulchræ, de seipsa dicentē: Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitiōis, & sanctæ spei, quæ vtiq ex igne & desiderio cordis seipsam obtulit deo suauissimū incensum, illudq nobis attulit incensum, qd ex ineffabili erga nos charitate in ara crucis pro nobis oblatū est, q & ignē in terrā mittere venerat, quū & ipse ignis id est, charitas eēt. Discāt proinde hic filij, vt & ipsi cum Iesse subditi sint deo & parētibus suis, & tales deinde generabūt filios, deo præstāte, à qbus refrigeriū accipient, vti à Maria, Ioachim & Anna à Chřo & Maria. Discāt & eē incēsum, id est, seruiāt deo & parētib' ex amore & timore, vnde si emanatura in corde deuotio, q tādem ex igne & desiderio cordis deo offeret suauissimū incensum, possintq cū Dauide dicere singuli: Dirigat oratio mea, sicut incēsum in cōspectu tuo. Eleuatio manuū mea, sacrificiū vespertinū, conēturq parētū ita sequi vestigia, vt stemma ipsorū nobile æquent, vel superent virtute, aut minus nobile euehāt, & extollāt morū, virtutūq nobilitate. Veluti dixisse Maria nō dubitatur, q adeo se deo obtulerat, vt angelo respōdere nō dubitaret. Qūo fiet istud, qm virū nō cognosco. — Math. 11. Eccl. 24. Luc. 12. Iohan. 4. Psalm. 140. Luca. 1.

G ¶ O igit nobilissima virga Iesse, virgo (inquā) Maria refrigerās & incendens, En nō minus vere ac rōnabiliter te oriturā ex radice Iesse pdixit propheta: Et virgā fore futurā: quidem vti virga sis ac fueris in æternūq futura. Flexibilis. s. & gracilis. Flexibilis (inquam) pietate & misericordia. Cuius insigne reliquisti documentū in nuptijs Chanæ Galilææ, qñ pietate super sponsis, ne verecundarent ob vini penuriā, & vino deficiente, ad Iesum filium tuū dulcissimū dixisti, vinū nō habēt. Gracilis humilitate, & spūs paupertate, quādo virgo ipsa & mater creatoris cœli & terræ, regū regis, & domini dominātium humillime angelo respondens, dixisti: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundū verbū tuum. Quā qdem gracilitatem & humilitatem dñs, te testāte, respiciēs effecit, vt ex eo oēs generatiōes te beatam dicerent: O igitur beatissima virga, eademq humillima & pijssima, & omniū virtutū candore speciosissima virga. Quid ego inops ingenio, facundia balbus dicā, qm quicqd dixero, minus dicā quàm tua dignitas exigit: nimirū cuius laude omnis est inferior oratio. Si eīn cœlū appellem, altior es. Si stellas purior, si solem pulchrior, si lunā electior. Si matrē gentiū dicā excellis. Si formā dei appellem, digna existis. Si dominā angelorū vocē, per omnia comprobaris: nimirū, cuius (iuxta scripturas) detentio est in plenitudine, vtpote cui nec fides defuit patriarcharū, nec spūs prophetarū, nec zelus Apostolorū, nec constātia martyrū, nec sobrietas confessorū, nec castitas virginum, nec fœcūditas cōiugum, nec puritas angelorū. O vere virga Iesse, quæ plena gratia generosissimū florem, Iesum Christū, cœlis gloriā, terris deū protulisti & pacē, vitijs finē, vitæ ordinē, moribus disciplinam. Hinc ipsa selectissima virga dudum patribus es repromissa cœlitus, mysticis miraculis præfigurata, oraculis præfigurata, oraculis propheticis prænūtiata. Tu em illa es virga, quā olim p prophetam deus repromittens, ait: Egredier virga de radice Iesse. Tu qq virga es illa Aaronis, quæ arida in tabernaculo dñi posita cū alijs virgis sola inuenta est viruisse, floruisse, fructū peperisse, nempe sic & tu descēdēs, nō solū ex tribu regali, sed & sacerdotali dedicata fuisse à puero in tēplo dñi, cū alijs virginibus arida. i. nō humectata virili semine, sed spū sancto adumbrata virgo cōcepisti, floruisti & protulisti, florem illū & fructū benedictū vētris tui Iesum Christū. vt veram redderes figurā, & impleres prophetiā dicentē: Ecce virgo concipiet & pariet filium. — Iohan. 2. Luca. 1. Eccl. 24. Esa. 11. Nume. 17. Math. 1. Luc. 1. Esa. 7.

HOMILIA LXXXIX. DE EO QVOD LEGITVR, Canticorum sexto: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens.

In ijsdem ferijs natiuitatis Mariæ.

A 
Eus ille optimus qui omnia quæ voluit fecit, & quidem sapienter, qui & solus mirabilia facit, nihilq frustra operatur, quos cæteris futuros esse voluit, insigniores plerūq semper signo aliquo, perinde atq futuræ alicuius magnæ per eos rei perficiundæ præsagio, vel in vtero adhuc vel in natiuitate vel mox ab infantia insigniuit, quo eorum apud omnes mirabilem & sanctitatem & authoritatem & fidē certius, efficaciusq astrueret. Sic sane eo authore, Iacob iā ex vtero matris cū Esau gemellus nasciturus plantā fratris manu tenebat, q & idcirco est Iacob appellatus. i. supplantator, qm fratrē Esau deinde altera vice supplantarat. i. deceperat in bñdictiōe à patre sene Isaac surripiēda. Cui & postea ī itinere peregrināti & dormiēti de' bñdixit, ingēs: Terrā in qua dor- — Psal. 103. Psal. 71. Psal. 137. Gene. 25. 27. 28. Roma. 9.

qua dormis,tibi dabo & femini tuo,eritq; semē tuū quasi puluis terræ.Dilataberis ad oriē-
tem & occidentē & septentrionem & meridiē,& benedicentur in te & in semine tuo cun-
Exod.2 ctæ tribus terræ.Et ero custos tuus quocūq; perrexeris,&c. Sic Moses iam natus & infans
elegans,ædicto Pharaonis minante,tribus mensibus à matre cælatus est,quū iam vltra cæ-
lari nō posset in fiscellam scirpeam positus in charecto ripæ fluminis expositus est,q deinde
(deo ita ordināte) à filia Pharaonis inuentus est,& Moses,qa de aqua latus,dictus, populo
Israelitico per mare rubrum in libertatē vendicādo author extitit maximus. Sic q magnus
futurus eēt propheta Iohannes Baptista, ipse puer,quū in materno adhuc clausus eēt vtero
Luc.1. declarauit,q prius propheta extitit,q̄ in lucē ederetur,Elisabetha ad Mariā dicēte:Ecce em
Matth.11 vt facta est vox salutatiōis tuę in auribus meis,exultauit in gaudio infans in vtero meo.Qui
Malac.3 nimirū tātus deinde factus est,vt Chrūs summa & vnica & vera veritas de illo testatus est,
inquiēs:Amē dico vobis,nō surrexit inter natos mulierū maior Iohāne Baptista, de q̄ scri-
ptū est:Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā, qui præparabit viam tuā ante te.

¶Sic hodie diua virgo eademq; gloriosissima Maria ex vtero diuæ matris Annæ p hanc B
temporalem natiuitatē in hūc mundū nascitura nō secus atq; aurora suboriens toti mundo
apparuit,testimonio qdem sapientissimi Solomonis,spū sancto ducti,& in Canticis admi-
Cantic.6 rabiliter exclamātis:Quæ est ista,quæ progreditur quasi aurora cōsurgens?In qbus qdem
verbis ille inclytam virginem appellat auroram,vtpote insinuans,qualis & quanta apud &
inter oēs illa esset futura:nimirū,tanto omēs post se dignitate & virtute simulq; vitæ sancti-
Aeneid.3 monia,morumq; splendore relictura,quāto post se aurora oēs stellas,nempe quę aduentē
omnes stellas vnaq; cū tenebris fugat,Poeta canēte:Postera iāq; dies primo surgebat Eoo,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbrā.Et rursus:Postera Phœbea lustrabat lampa
de terras,Humentemq; aurora polo dimouerat vmbrā. Et hoc est,q̄d ipsa diua virgo tu-
lerit vna omnium virginalis appellationis decus.Estq; ita & pie & sancte comparatum,vt
vbi nomen virginis,vox cœlo grata,inferis inuisa,gētibus popularis, ore effertur hic An-
næ filia,Christi parens nominari,nec vlla virginū alia intelligatur,quemadmodū filius illi-
us dñs noster Iesus Chrūs vnus omnium cōsensu piorū hominū vt redemptor sit mundi,sit
& saluator dictus,quū & seruatorē,vindicem,assertorē elegantius dicere potuisset humana
pietas.Est itaq; diua virgo vere dicta aurora,quandoquidē vt hæc omnibus est stellis excel
lentior,ita illa omnibus est virginibus & mulieribus eminentior,ecclesia canente: O virgo
virginū,quomodo fiet istud,quoniam nec primam similem visa es,nec habere sequentem.
Sola fine exemplo placuisti fœmina Christo. Sane nunquam inuenta est mulier,nec futuris
seculis inuenietur vlla præter te,quæ viri nescia filium cōcipiat,quæ virgo permanēs ædat
prolem,quæ fine dolore enixa sit infantem deum & hominem.

¶O igitur sapientissime Solomon,verissime hodie spū sancto ducte in persona totius ec C
clesiæ ad illam eminentissimā virginē admirans exclamas, ad illā(inquā) iam quasi nascen-
tem,Quæ est ista,quæ progreditur quasi aurora cōsurgens.Hæc em illa est aurora, quæ ex
vtero diuæ Annæ in hunc mundū apparuit ante veri solis exortum,qui est Christus domi-
nus deus noster,q felici ortu suo densas huius mūdi propulsauit tenebras,& fulgētissimum
veritatis lumen humanis cordibus infudit,omnem hominem in hunc mundum veniētem
Iohan. 1. illuminās fide & virtutū exemplo,de quo Propheta:Exortum est in tenebris lumen rectis
Psalm. 111 misericors & miserator dñs & iustus.Et alius olim vates:Vobis timentibus nomen meum
orietur sol iustitiæ.Ipse qdem est nostra iustitia,q & nos omnem iustitiam cōtra iniqtates
Malac.4 & scelera docuit,viāq; nobis demōstrauit,vt se quasi radiantissimum lumē sequeremur ci-
1.Cor. 1. tra errorem.Ideoq; ipse de seipso inquit:Ego lux in mundū veni,vt omnis,q credit in me,
Iohan.12 in tenebris nō maneat. Dum lucē habetis,credite in lucē,vt filij lucis sitis. Idem pauloante:
Iohan.8 Ego sum lux mūdi,qui sequitur me,non ambulat in tenebris,sed habebit lumen vitæ. Hāc
igitur lucem quia nobis protulit Maria ipsa dici cœpit aurora,& quidem generatim, quæ
& mystice aurora singulariter appellari queat.

¶Primo,quia quemadmodū aurora tempus est inter noctē præcedētem & diem sequē- D
Verg.4. tem,quod & solem nobis paulopost venturū prætendit,canēte Poeta: Et iam prima nouo
Aeneid. spargebat lumine terras,Tithoni croceum linquēs aurora cubile. Regina e speculis vt pri-
mum albescere lucem, Vidit &c.Ita & Maria exorta Christū dñm iustitiæ nobis solem p-
Esaię.7 tendit subsequuturum,veluti de ea dudum prędixerat Esaias:Ecce virgo cōcipiet & pariet
Nume. 24 filium,& vocabitur nomen eius Emanuel.Et Balaam: Orietur stella ex Iacob, & cōsurget
Luc.1 virga de Israel.Et angelus ad illam:Ecce concipies in vtero & paries filium,& vocabis no-
men eius Iesum.Hic erit magnus,& filius altissimi vocabitur,&c.

¶Secūdo,qa vt aurora noctem terminat,& tenebras fugat,sic Maria solē Christū sicut E
mater filium pcedens,iā nata noctē culpæ & legis etiā antiquæ terminauit,errorū tenebras
per si-

per filiū fugauit, diē gratiæ inchoans, lucē veritatis profundēs, mūdū illuminās. Hinc Apostolus: At vbi (inqt) venit plenitudo tpis, misit deus filiū suū, factū ex muliere, factū sub lege, vt eos q sub lege erāt, redimeret, vt adoptionē filiorum reciperemus. Et hoc est, qđ & Zacharias dixit: Illuminare ħs qui in tenebris & in vmbra mortis sedēt, ad dirigēdos pedes nros in viā pacis. Id qđ & dudū pdixerat Esaias, dicēs: Populus gentiū, q ambulabat in tenebris vidit lucē magnā, habitātibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Galat.4 Lucæ.1 Esa.9

F ¶Tertio, qm vt aurora turbat latrones, q scientes aurora oriente diē esse propinquam, timent ne deprehendātur, ita Maria latrones, i. dæmones fugat, nimirum inuocata tanq cōtra illos coadiutrix, q proculdubio formidāt, Mariā psentē sentiētes. Quādoquidē illa sit, quæ (vt est in Cāticis) terribilis ē, vt castrorum acies ordinata, s. cōtra dæmonē præsens & implorata. Est em illa mulier, de qua ad serpētē dns deus ait: Inimicitias ponā inter te & mulierē, & semen tuū & semen illius. Ipsa cōteret caput tuū. Sic nō absurde videri potest Iob in spū de aurora illa dixisse. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Cant. 6 Gene.3 Iob.24

G ¶Quarto, qđ sicut aurora ægros bene habere facit, qđ ea oriente ægri plerūq alleuiant, adeoq aues ipsæ canere & modulari incipiunt, Sic & Maria suos ægros, id est, peccatores suo salutari ortu & auxilio gratiæ de omi tribulatiōe & tentatione cōsolata est, & adhuc cōsolatur, auibus, id est, iustis gratulantibus, q dudū ardentissime, lachrymātibus oculis multo tempore clamarant, dicentes: Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum, aperiat terra, & germinet saluatorem. Quæ est illa terra? Est (inquam) aurora illa pulcherrima, de qua sol iustitiæ illuxit, dicēte Dauide: Veritas, id est, Christus, de terra orta ē, & iustitia de cœlo prospexit. Etenim dns dabit benignitatē, terra dabit fructū suum, scilicet Iesum Christū, q terræ, id est, Mariæ fructus dicit benedictus, vt nuper ad longū diximus. Sic ferme videt posse de Maria illud angeli ad Iacob intelligi, qui cum eo luctabatur. Iam ascendit aurora, dimitte me. Q. d. Iam est tempus, quod omnis luctatio tribulationis cesset, quoniam aurora, id est, Maria virgo appropinquat. s. sua natiuitate. Esa.45 Psal.84 Luc.1. Gene.32

H ¶Quinto, quia vt aurora decorat suo ortu omnia, ita quoque diua virgo vitę suæ sanctimonia, morum candore cunctis præbuit lucem & nitorem, vt per ipsam omnes maculæ p Euam contractæ sint deletæ.

HOMILIA XC. DE EO QVOD LEGITVR, Marc.6. Misit rex Herodes, &c.

In ferijs decollationis diui Iohannis &c.

A 

Gitur hodie, vt constat, charissimi fratres, dies admodū toto terrarum orbe celebris, in qua catholica ecclesia religiose habet memoriam obitus diui Iohannis Baptistæ, domini præcursoris, q maior inter natos mulierum non surrexit. In qua nimirum die, tā est nobis gaudendum quàm mirandum. Matth.11

B ¶Primo quidē magnopere gaudeamus, quod illa hodierna sit dies, qua hinc ad cœlos transiit ille, quo inter natos mulierum maior haud surrexit. Si enim multi in ea gauisi sunt die & natiuitate, qua ille natus est in hāc vitā plane transitoriā, & adeo vanā, tamq plenā ærumnis & miserijs, vt nō defuerint sancti quidā homines, q diei & horæ natiuitatis in hūc mundū suæ maledixerint, quiq exoptarint, quatenus periret dies in qua nati essent, & nox, in qua dictū esset, cōceptus est homo. Si (inquam) fratres in ea die & diei natiuitate gaudendū fuit, qua postulāte natura potius summe sit dolendū, quanto hodie magis est lætandū, quod diuus Iohānes dñi præcursor natus sit non ad hāc vitā labilem, sed ad eā vitā, quæ nullo est trāsitura termino, nullo intermixta mœrore. Hodie quidē dies est, in qua vir vere sanctus de hoc trāsit mundo, qui totus est positus in maligno, plenus dolore, peccato, ærumnis, & angustijs in eā nimirum regionē & ciuitatem, in qua (vt ait Apocalypsis) nulla est neq sitis, neq esuries, neq frigus, neq æstus, neq luctus, neq mors, quæ neq sole, neq luna eget, vtpote quam dei claritas illuminat, à quibus qui inibi habitant, abstersit deus oēm lachrymā ab oculis eorum. Hæc (inquā) est dies, qua diuus Baptista natus est ad vitā beatā, dum exuens veterē hominē, nouū induit, q secundū deū creatus est, veterē nō vetustate peccati, sed corruptibilitate. Nouū incorruptibilē & immortalem, qui secundum deum similitudine gloriæ est creatus, & hic in æternum permanet. Lucæ.1 Iob.3 Apoc.7 Apoc.21

C ¶Hæc igit est dies, qua de tenebrosis huius seculi voluminibus prodiēs, lumen illud inaccessibile, diuinūq est ingressus vir sanctus, in qua mortis regionē excessit, vitæ viridariū intrauit, vbi mō geniti primā vocē nō lamētatiōis edūt, sed alleluia lætitiæ cū scīs angelis p oēs vicos canūt. Hodie igit lætādū est, tū propter ipm, q & cōfrater est noster, q hodie ab omni angu- Tob.13

angustia & tribulatione solutus prodijt in regionem vitæ, non iterũ moriturus, sed sine fine
victurus, viuēsq; perpetuo gauisurus, tum propter nos, qui illum (inquam) præmisimus pa-
tronum & aduocatũ, qui deũ optimũ maximũ nũc in tempore opportuno, vt propheta ce-
cinit pro nostra orat iniquitate, adeoq; pro hac tota ciuitate & regione.

Psal. 31 ¶Quur id minus faceret aut posset, quũ scriptura testetur Hieremiã ipsum tãtopere pro D
2. Mach. 15 omni populo Iudæorũ, & vniuersa sancta ciuitate orasse? Siquidē diuus Baptista non modo
Hiere. 1. sit alter Hieremias in eo, q̃d vt ille, de ventre matris suæ à dño sit in prophetã vocatus ac in
vtero anteq̃ exiret sanctificatus, verũ q̃d ille sit eo longe maior, qa Hieremias propheta, ille
vero tã plus q̃ propheta fuerit, vt de eo veritas ipsa, Iesus Chr̃s in hæc verba testificari non
Matth. 11. dubitauerit, inqens: Amē dico vobis, q̃d hic plus est q̃ propheta, vtpote de q̃ scriptũ est: Ec
Malac. 3 ce ego mitto angelũ meũ, scilicet Iohãnē Baptistã, ante faciē tuã, q præparabit viã tuã ante
te. Amē dico vobis, nõ surrexit maior Iohãne Baptista. Qui aũt minor est in regno cœlorũ
maior est illo. Iã vero si maior est Iohãnes Hieremia, qs dubitet æque illũ pro nobis deum
orare, ac ille p Iudæis. Præterea si angelus Tobiæ olim orationē deo obtulerit, q̃d nihil ali-
Tob. 12 ud est, q̃ ad deũ pro hoĩe supplicatio, quur id nõ posset Iohannes Baptista quũ ipse, veritate
Malac. 3 teste, angelus sit ille, de q̃ Malachias singulariter vaticinatus est? Si deniq; idē, dũ adhuc vi-
xit, oĩbus fuerit maior sanctificatione, natiuitate, cõuersatiõe, p̃dicatione & martyrio, & eo
tamē tum maior fuit angelus quispiã, in regno cœlorũ, q̃d incorruptibilis sit, q̃ putamus eũ
nũc in cœlo esse gratia & authoritate magnũ? Si insuper ipse de illis fuerit dei amicis, quorũ
iuxta prophetã, principatus hic in terra est cõfortatus, quiq; hic nimis sunt à deo honorati,
quãto magis ille nũc est honoratus & eius principatus cõfortatus in cœlo, vbi q est, maior
est eo qui hic maximus est. Certe si is in terra adhuc positus oĩa potuit, non quidē in se, sed
in Christo (vt dicebat Apl̃us) qd nõ poterit hodie viuēs in æterna felicitate cũ ipso, q illi ro
ganti, quũ nihil cõtra diuinã voluntatem possit petere, nihil est denegaturus.

¶Gaudeamus igitur fratres in hac festa die ex animoq; depromamus p̃conia, in qua no- E
ster cõfrater, cui æquam debemus, quàm nobis, charitatem, gaudia summæ felicitatis, æter-
næq; vitæ est adeptus, & noster cœpit esse patronus longe potētissimus, q fideliter & effica
citer salutis nr̃æ negotia tractat, à nobis pie inuocatus, vt pro nobis oret ex vera & iusta ca-
tholicę ecclesiæ, q̃ per spm̃ veritatis, q nõ errat, sed ipsa est sapiētia, regit, institutione.

¶Sed mirãdũ vtiq; nobis est hodie ac simul quærēdũ: Primo, qd causæ, q̃ tãta iuxta mũ- F
di opinionē fuerit disparitas inter diui Iohãnis vitæ principiũ & exitum? quãdoquidem læ
tissima fuerit illius natiuitas, exitus vero illius tam miserabilis q̃ tristis, vtpote qui tã innocē
ter q̃ misere in cæco carcere quasi luce indignus (Herode iubēte) decollatus sit.

¶Secũdo, qd causæ, q̃d Iohãnes ipse Baptista prophetiæ spũ intra matris vterũ impletus G
par angelo plus q̃ propheta, Apostolorũ princeps, qa primus Euãgelij incisor, insigne virgi
Matth. 11. nitatis speculũ, pudicitiæ titulus, castitatis exemplũ, & in summa q̃ verbo, exemplo & facto
maior nõ surrexit inter natos mulierũ, qd (inquã) causæ, q̃d vir talis ac tantus tã misere tãq;
improbe ab iniquis in carcerem protrudit, & vir tãtæ semp castimoniæ & austeritatis pro
puellæ meretricis saltu capite truncatur & pro vsu turpiũ, quibus nunq̃ indulsit, morit. Nũ-
quid, ah bone deus, in eius vnquam fuit vita aliquid maculæ, q̃d sic despecta mors deterge-
ret? Nequaq̃. Quid em̃ putamus in eo fuisse detergendũ & purgandũ, q in vtero fuerit san-
ctificatus, q sanctus inde prodijt, q nec vllũ conuersatione sua lædere potuit, quũ puerulus
heremũ ingressus ē, & deinde nõ egressus. Qui se nec voluptate, nec crapula maculare qui-
Matth. 11. uit, q virgo fuit, nec vsus sit molli vestitu, sed hirtuoso, nec alio quàm locustis pro cibo, nec
Marc. 6. alio pro potu q̃ lactuce vsus fuerit, q neq; vanus & mutabilis, sed in oĩbus constãs, nec mē-
dax, nec adulator, quũ confessus fuerit, & nõ negarit, imo qui deniq; pro veritate & iustitia
mortuus sit. Quid igit mira res (oĩpotēs deus sic vehemēter virũ tã sanctũ hoc in seculo de-
spexit, quē sic sublimiter ante secula elegit in officiũ, quo p̃ter ipsum alius vsus est nemo.

¶Ad primum fratres ita velim responsum, deum optimum in hoc viro sancto p ea quæ H
cum & per illum egit nos instruere voluisse.


¶Primo, nempe neq; ex natiuitate neq; ex morte citra euidens testimoniũ esse iudican- I
dum, siue vt malum ex mala morte, siue vt bonum ex bona natiuitate, fieri em̃ posse, vt ho-
mo beatus triste nascatur, & ediuerso malus læte nascatur. Et demũ bonũ posse bonũ mise-
1. Cor. 4. re nasci & mori, & ediuerso malũ, &c. Ideoq; Apostolus: Nolite (inquit) ante tempus iudi-
care, quoadusq; veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifesta-
bit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à deo.

¶Secũdo, neminē posse sui finis, qualis sit futurus esse certũ, nec ex natiuitate illum nec ex K
vita posse cognosci, quũ mali pulchre possint mori, boni vero triste, & econtrario, quoniã
Eccles. 9 vt ait Ecclesiastes, eadem cũctis eueniant bonis æque & malis, sed omnia in futurũ seruētur
incerta. Et nescit homo finem suũ, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo compre-
hendũ-

hendantur, sic capiunt hoīca in tēpore malo, cū eis extemplo supervenerit. Cum itaq; homo finis suæ vitæ & eius qualitatis ac modi sit incertus, debet sedulo cū propheta orare: Notū fac mihi dñe finē meū. Et numerū dierū meorū, quis est, vt sciētia, qd desit mihi. Ecce mēsurabiles posui dies meos, & substantia mea tanq̄ nihilū ante te est. Et iterū: Ne, inquit, proijcias me in tēpore senectutis, cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Psal.38 Psal.70

L ¶Tertio, hoīem q bene viuit nō tam de natiuitate q̄ de morte sua debere gaudere, q̄m hæc sit omnium hic ærumnarū & tribulationum terminatrix, qua & non aliter homo in vitam æternam nascitur, vbi tantū est gaudij, quantū nec auris aliqua audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis descendit. Hinc scriptura: Melior est, inquit, dies mortis q̄ natiuitatis. Ipsi eñi sancti in cœlo vere viuunt, quia vbi vera est vita, quæ omni caret dolore, tristitia & fine. Hæc vero præsens propter peccata & tribulationes, quibus homo vexatur, mortis q̄ vitæ est multo similior. Ideoq; Apostolus gaudebat, vt solueret, vt cū Christo vere posset viuere, quanq̄ illi insipientibus mori & mortui videantur, qui cū illos olim in tanto gaudio & in æterna vita visuri sunt, & clamabūt in hæc scripturæ verba: Hi sunt, quos habuimus aliquādo in derisum, & in similitudinem improperij. Esaiæ.64 1.Cor.2 Eccles.7 Philip.1 Sap.5

HOMILIA XCI. IN VNIVERSVM.
In ferijs natalitij gloriosissimæ deiparæ virginis Mariæ.

A 
On ignoro, fratres chariss. esse, hac iniqua p̄sertim mortaliū cōditione, q miranf fortassis, cur ecclesia, vt cunq; illa spū sancto, ne erret, regaf, nobis tā toto terrarū orbe celebrē, venerabilē, lætāq; habere voluerit virginis Mariæ natiuitatis diem, q̄ñ nō defuerint & ij quidē sancti, qui suæ natiuitatis diei maledixeeūt, veluti Iob & Hieremias, in argumentū vtiq; pijs hoībus nō esse de hac tēporatoria natiuitate gaudendū, indeq; factū, vt scriptura nō nisi duos, & eos quidē impios. s. Pharaonē in veteri test. & Herodē in nouo testamēto recenseat, qui suum natalē celebrarunt, & quorū tamen vterq; eundē humano sanguine fœdauerit. Atq; ideo male hodierna die natiuitatis Mariæ ecclesiam instituisse celebritatem venerabilem & lætam. Lucæ.22 Iob.3 Hiere.20 Gene.40 Matth.14 Marci.6

B ¶Quibus initio respōderim, Iobū illū patiētiæ, Hieremiā perseuerātiæ exemplar haud simpliciter, sed in p̄sona sensitiui hominis, & impatiētia maledixisse, q horret huius mūdi & tēpis tribulatiões, persequutiões, fed & peccata, qbus plerūq; oēs obnoxij fiunt, qui tem poraliter in hūc mundū nascunt. Sed diua virgo deiparæ nō sic in hāc est nata terrā, vt porte cuius natiuitas gaudiū toti mūdo cōtulit, vt q̄ sine pctō etiā originali, concepta, nata & cōuersata, eū sine exēplo nobis protulit, q author est oīs salutis & lætitiæ, de cuius natiuitate in hæc verba pastoribus loquebaf angelus: Nolite timere, Ecce eñ euangelizo vobis gaudiū magnū, q̄d erit omni populo, q natus est hodie saluator, q est Chr̄s dñs in ciuitate Dauid. Quia ergo hūc nobis genuit virgo Maria testimonio scripturæ, & ille sine ipsa nasci nec voluit nec potuit, p̄fecto nō debem⁹ nō de ipsius natiuitate hodierna die lætari, nō carnalr vt Pharao & Herodes cū inquinamēto pctōrū, sed spūaliter & cū sanctificatiōe diei huius, queadmodū & deus ipse eā sibi in tabernaculū sanctificauit, q̄ hodie nata est. Roma.5 Lucæ.2 Psal.45

C ¶Atq; sane bestiam non hominē esse eum putauerim, qui hodie sibi de tanti hominis natiuitate non velit & feriari & gaudere. Siquidē Christus, veritas ipsa dixerit, mulierem ipsam quū peperit, amplius non meminisse pressuræ, propter gaudium, quia homo natus sit in mundū: nempe subindicans rectē nos lætari, propter hominis natiuitatem hāc temporariam, sine qua nemo in vitam æternā nasci possit. Si proinde dñs Iesus de vnoquoq; homine vel quamlibet paruo gaudendū existimat, quanta putemus hanc diem veneratione & lætitia nobis esse peragendā, in qua nata est, quæ diuitijs gratiarū & virtutū vniuersas filias Hierusalē sic vndecunq; supeeauit, vt eā in hunc mundū hodie prodeunte p natiuitatē Solomon rex sapientissimus spū sancto actus haud potuit ex animo haud admirari, dicens: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? Iohan.16 Prouer.31 Cant.6

D ¶In quibus sane verbis scriptura, quoniam illam appellat aurorā, non obscure arguit.
¶Primo, diuæ virginis nobilitatē & dignitatē stirpis ipsius. Sicut eñ aurora ex nobilissima stirpe generaf. s. ex sole, q̄m illā gignit ac inde p̄cedit, sic virgo Maria ex nobilissima stirpe probaf prodijsse: nimirū euangelio q̄d hodie legi solet, testāte ex prosapia quatuordecim iudicū patriarcharū, quatuordecim regū, quatuordecimq; pontificū ducū. Et hoc nemo pie doctus & cōpos rationis inficiari queat, quū eñ ipse Ioseph ex hmōi nobili stirpe & tribu testimonio euāgelij natus dicif, atq; ipse secundū lineā generationis fuerit vir Mariæ, nō potuit & Maria ex eadē tribu nō fuisse nata, q̄m lege cautū fuerit, ne qua virgo alteri q̄ viro suæ tribus matrimonio collocaref, vt sic hæreditas vtriusq; in sua maneret Matth.1 Nume.36

DD genealo-

genealogia, vt aliàs in Panegyrico, in Heptalogo abunde monstrauimus. Insuper quum
Psalm. 131. scriptura passim vocet & adfirmet Christũ filium Dauid regis, eundemq́ nominet ducē,
Gene. 49 regē, simulq́ sacerdos secundũ humanitatem & carnem suã, profecto talis per Mariam
Mich 5 virginē dumtaxat esse potuit non per Ioseph, qui etsi ratione sacramenti pater Christi su
Apoc. 19. isse dicitur, non tamen ex eius semine, sed spiritu sancto cooperante (vt dicit euangeliũ)
Psal. 109 ex Maria virgine. i. ex eius carne & sanguine natus est. Vnde plus q̃ euidenter claret ex q̃
Matt. 1. 22 nobili stirpe nata sit hodie virgo Maria, vtiq; ex progenie ducali, regia & sacerdotali cō-
Marc. 12 tra hæreticos, negantes ipsam sic progenitam, qui & ita negant necessum est, Christũ esse
Luc. 20 Messiam in lege & prophetis olim à deo patre promissum generi humano. Qui vero id
inficiantur, plane totum euangelium negent oportet & Christianismum.

¶Absit aũt frēs, veritatē impugnemus, verũ ea patrona credamus, hodie Mariã eē natã E
plane ex illustrissima stirpe, vtpote ducali, regia, sacerdotaliq́. Si proinde ex nō illaudata
cōsuetudine gaudemus & lætamur de natalitio alicuius simplicis regis & reginæ, qd ho-
die nō summa cũ veneratiōe feriãtes gauderemus de natalitio reginæ cœli & terræ, vtpo
te, q̃ nobis sola sine exēplo genuit eũ, q rex regũ & dñs dominantiũ cœlũ & terrã creauit
1. Timot. 6 & regit? Quã propterea nō sine causa hodie nascentē ex vtero Annæ matris admirat So
Apoc. 19 lomon, dicēs: Quæ est ista, q̃ progreditur quasi aurora consurgens? Ex quibus verbis.

¶Secũdo arguit dignitatē diuæ virginis propter singularia merita & officia, & quidē. F
4. æneid. ¶Primo, q̃ quēadmodũ aurora cōsurgēs, tēpus est inter noctē pcedentē & diē sequen
tē pnuncians paulopost solē ipm nobis venturũ in tenebris, ita virgo Maria nascēs arguit
Malach. 4. nobis paulopost venturũ, Christũ verũ diē, quēadmodũ dudũ de ea prophetarat gentilis
Nume. 24 ppheta: Orief stella ex Iacob, & cōsurget virgo de Israel. Et Esaias q; Ecce, inqt, virgo
Esa. 7 cōcipiet & pariet filium, & vocabif nomen eius Emanuel: id q̃d deinde repetijt angelus.
Luc. 1.
¶Secũdo, q̃ quēadmodũ aurora noctē terminat & tenebras fugat, sic Maria p filiũ, quē G
genuit pcedens, vt mater filiũ, iã nata noctē culpæ & legis antiquæ terminauit, tenebras
errorũ fugauit, diē grǽ inchoans, lucē veritatis profundēs, mundũ illuminãs, veluti dudũ
Esa. 9 antea quasi pterita prophetauit Esaias: Populus gentiũ, q ambulabat in tenebris, vidit lu
Psal. 111. cē magnã, habitãtibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Et Dauid: Exortũ est in
tenebris lumē rectis corde, misericors & miserator & iustus. Id aũt totũ est factũ median
te Maria virgine, quemadmodũ sol ipse non venit nisi aurora intermedia.

¶Tertio, q̃ quēadmodũ aurora veniente latrones fugiunt, timētes sibi ne deprehēdan H
tur, sic & Maria inuocata veniente per suã intercessionē & opem, necessum est, vt inimi-
Canti. 6 ci dæmones nos persequētes aufugiant: vtpote quã vel maxime timēt, quũ illa ipsis, Solo
mone teste, sit terribilis, vt castrorũ acies ordinata. s. contra dæmonē psens & implorata,
Gene. 3. quã & deus ipse talē fore mox ab initio adfirmauit, dicens ad serpentē: Inimicitias ponã
inter te & mulierē, & semen tuũ & semen illius, ipsa conteret caput tuum.

¶Quarto, q̃ quēadmodũ aurora ipsa cōsurgens, ægros in sua ægritudine melius habe I
re facit, q̃ illa oriente ægritudo quodãmodo incipiat alleuiari hilarescentibus interim cæ
teris animalibus & auibus canere & modulari incipientibus, sic & virgo Maria, q̃ hodie
rãq̃ aurora cōsurgens per natiuitatē nata est, inuocata p infirmos peccatores facit ipsos
& spũaliter & corporaliter melius habere, ita vt ægritudo eius intercessione & ope alle-
Eccl. 24 uietur. Siquidē ipsa de se dicat: Transite ad me oēs, qui cōcupiscitis me, & à generationi-
bus meis implemini. Ego enĩ mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis & sanctæ
spei. Præterea satis superq́ cōstat & ipsam virginē Mariã infirmos peccatores suo ortu
nō secus atq; aurorã refocillasse de omni tribulatione & angustia, qua iã olim sedentes in
vmbra mortis oppressi, die nocteq́ proclamarũt: Rorate cœli desuper, & nubes pluant
Esaiæ. 45 iustũ, aperiaf terra & germinet saluatorē. Illa nimirũ terra est virgo Maria, de qua veluti
de aurora pulcherrima processit sol iustitiæ, Iesus Chrs, dñs noster, dicēte propheta: Ve
Psal. 84 ritas, id est, Chrs, de terra. i. de Maria orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Adeo vt re-
cte hodie Solomon in spũ admirata est virginē Mariã ex vtero matris Annæ nascentē, di
cens: Quæ est illa quæ quasi aurora consurgens progreditur? Ex quibus sane verbis.


¶Postremo arguit dignitatē diuæ virginis rōne grãrũ & virtutũ infinitarũ & excellen K
tissimarũ, quod. s. quēadmodũ aurora cōsurgens pulchritudine suorũ radiorũ & splendo-
3. æneid. re pcellit omnia in cœlo astra, vt q̃ consurgēs illa obnubilat & fugat, sic virgo Maria ful-
gore suarũ gratiarũ et virtutũ, vitæq́ sanctimonia, sic omnes pcellit creaturas in cœlo et
Prouer. 31. in terra, vt ad eã cōparatæ quasi videanf obumbrari, scriptura per Solomonē dicente ad
illã: Multæ filiæ cōgregauerũt diuitias, tu vero supergressa es vniuersas: nec mirũ, quãdo
vnica sit, q̃ inter mulieres sit vel ideo benedicta sine exēplo, q̃ illa quasi aurora solem iusti
tiæ virgo et mater sine virili semine concepit, sineq́ dolore peperit, deũ scilicet et homi-
nem. Vnde et in singularem prærogatiuam, singularē toto terrarum orbe nacta est con

sensu

fensu omniū titulū, vt quēadmodū saluatorē dicētes neminē nisi Christū intelligimus, ita etiam virginē dicentes, nō aliam accipimus pter Annæ filiā, Christi parentem Mariam.
K ¶Eapropter frēs chariss. si eius natiuitas nobis salutaris esse debeat, si nobis p illam volumus solē iustitiæ oriri radio suæ grāæ & misericordiæ, si diē gratię nobis illucere cupimus si à nobis hostes visibiles & inuisibiles desideramus fugari, si denicp volumus nobis p eā in oībus nostris angustijs & tribulatiōibus melius fieri & nos in infirmitatibus tā spūalibus q̄ corpnralibus adiuuari p ipsam petamus necessum ē vt & ipsi nos aurora eē studeam⁹ ceu Maria virgo. f. splēdore virtutū piarū, vitæq̄ sanctimonia. Si em̄ volumus eius orationis impetrare suffragiū, inquit Bernardus, nō deseremus ipsius cōuersationis exemplū.

HOMILIA XCII. DE EO QVOD LEGITVR, Videns Iesus turbas, ascendit in montem, Matth. 5. Luc. 6

In ferijs omnium sanctorum.

A 
Vbitari nequit, fratres in domino charissimi, quin plerięp omnes summopere beatitudinē appetant, quū vtięp beatitudo nihil aliud sit q̄ status sic bonoꝝ omniū aggrauatione perfectus, vt qui eū habet, nec velit nec possit qd boni vltra desiderare, siquidē deus ipse sit beatitudo, adeoq̄ eius in alia vita visio & intuitio, qua q perfruitur, plane satur est omniū bonoꝝ. Id quod spū sancto doctus Philippus, haud obscure sensit, dicēs: Domine ostēde nobis patrē, & sufficit nobis. Quàm vero errēt, qui putāt se simul hac mūdi voluptate posse perfrui atq̄ æterna beatitudine, verba hodierni euangelij prorsus declarant. In quibus ipsa æterna dei patris sapientia, adeoq̄ veritas ipsissima, Christus duo nobis sub oculos ponit. Iohan. 14

B ¶Primū est, neminē fore beatū, nisi qui huius mūdi tribulationibus plane duexer, qua les sunt, q ob dei amorē tēporalia huius seculi bona cōtemnunt, quos dñs vocat pauperes spū. Quales sunt, q læsi ob dei amorē, facile cōdonāt se nō vindicātes, qs dñs hodie vocat mites. Quales sunt, q sua & alioꝝ pctā amore dei deplangūt, qs appellat dñs lugentes. Quales sunt, q semp de seruāda dei iustitia, q̄ vniuersalis est virtus, anxij sunt, qs dñs appellat esuriētes iustitiā. Quales sunt, q aliēꝝ calamitates verbo & facto miserant, qs dñs appellat misericordes. Quales sunt, q cæci sunt ad hæc tēporalia, qs mūdo corde noiat hodie Chrs. Quales sunt, q eos, à qbus læsi sunt, ad pacē quoquo mō pelliciūt, qs vocat dñs pacificos. Quales sunt, q nūc iustitiæ psequutionē quālibet & patiēter sustinēt. In hsce p fecto tribulatoꝝ generibus intelligunt oēs qui patiunt huius mundi amore tribulationes. Cuiusmodi sunt oēs (ait Paulus) q volunt pie viuere in Chro, quales sunt & fuere oēs dei electi, quibus hæc dies est sacra, & propter nos potissimū & quidē prorsinde instituta. Acto. 14 Deuter. 32 Roma. 12 2. Timot. 3

C ¶Primo, vt commemoratione eorum discamus nos, non posse citra tribulationem & miseriam, beatitudinem consequi, apostolis alibi dicentibus, quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.
¶Secūdo, vt facilius illoꝝ cōmemoratiōe toleremus huius mūdi aduersitatibus, qm̄ ipsi eas tolerarūt. Siquidē eoꝝ exēplis erudiamur, quū & ipsi æque fuerint hoīes atq̄ nos. Et, vt ait Iuditha, oēs qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Actor. 14 Iudith. 8
¶Tertio, vt ipsi nostram infirmitatem suis apud deum precibus adiuuent, ceu alibi fusius perdocui. Atq̄ nimirum ob hasce tres rationes præcipue legi cœpit euangelium, quod pauloante recensui. In quo.

D ¶Secūdū est, qd dñs docet, mercedē alibi pro huius mūdi aduersitatibus & laborib⁹ fore copiosam, vtpote q̄ lōge mūdi superet labores, Aplō alibi dicēte: Existimo em̄, q non sunt cōdignę passiōes huius tpis ad futurā gloriā, q̄ reuelabit in nobis. Tāta vtięp pro hisce tēporalibus laboribus futura est in cœlo merces, quantā (Esaia teste) nec à seculo audierūt nec auribus perceperūt. Verūtamē vidit vnus supra se in tertiū cœlū raptus, sed hoībus loqui nō licuit. Quare? qm̄ hoibus intelligere nō licuit. Et hoc est, qd ad oēs hoc in mundo noīe suo tribulatos ait Chrs: Gaudete & exultate, qm̄ merces vestra copiosa est in cœlis. Roma. 8 Esaię. 64 1. Cor. 2 2. Cor. 12

E ¶Hinc fratres dilectissimi, non est qd deficiatis in vestris tribulationibus, veꝝ cum electis dei constantes estote, memores, quæ patimini esse modica & breuia, habitura tñ post hanc vitam mercedē multo maximā, semperq̄ daturā, cuius spes & expectatio facile alleuiabit laborem, maxime vbi memineritis dei electos hæc & hoc genus alia vel certe multo maiora sustinuisse, qui propterea nunc cū Christo viuunt & regnant, quibus cum & ipsi regnabimus, si cum ipsis quoq̄ patiemur, & socij erimus mercedis, si socij fuerimus laboꝝ. Esto igitur (vt cum Paulo horter) stabiles, & immobiles, abundantes in omni opere domini, semper scientes, q labor vester non est inanis in domino. 2. Cor. 4 2. Timo. 2 2. Cor. 1 1. Cor. 15

HOMILIA XCIII. DE EO QVOD LEGITVR, Sint lumbi vestri præcincti, Luc. 12

In ferijs diui Martini.



Escio sane, qua occasione, vsqueadeo hodierna die tam euāgelij, q̄ Tobiæ lectio (q̄ nobis iuxta spūs intellectū nunc in manibus est) in vnā cōuenilāt materiā, q̄ iā prorsus huic calamitoso tpi cōquadrare subuereor, ne q̄d nollē, p̄sagiat, maxime q̄ p̄ oculis toi adsint argumenta, q̄ omnino nobis p̄tendūt, vel adesse vel certo propediē futura inibi diceda. Lectio quidem euangelica paulo ante recitata. A

¶Primo docet, dominū ex nuptijs, ad quas olim p̄ mortem in ascensu suo ad cœlos abijt, certo redituṃ atq; nos hinc alio vocaturū, quod fit tam in consummatione seculi, q̄ in vniuscuiusq; morte. Sic em̄, dicebant alibi angeli, veniet, queādmodū vidistis eum euntē in cœlum. Nuptiæ aūt, de quibus hic, non aliud sunt, q̄ felix illa desponsatio, qua sibi per fidē Christus adsociauit suos fideles ad beatitudinē æternā, qua ipse nunc cū suis per cuncta secula perfruitur, vbi nullus plane defectus est, sed omnia bonis omnibus plena. Atq; ideo sancti ibidē cū gaudio dicunt inter se mutuo: Gaudeamus & exultemus, & demus gloriā ei, quia venerūt nuptiæ agni. Beati, qui ad cœnā agni vocati sunt.

Acto. 1.

Apoc. 19

¶Secundo euangelica lectio docet, Christū dominū certo, sed tamen eo venturū tēpore, q̄d ignoramus. Siquidē triplex sit tēpus, vtpote tempus pueritiæ, q̄d prima vigilia iuuentutis, q̄d secūda vigilia senectutis, q̄d tertia vigilia appellamus nos vero plane nescimus, an sit reuersurus, & nos vocaturus vel in pueritia vel in iuuētute vel in senectute, dño ipso hodie dicente: Qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et alibi: Nescitis cū quando dominus veniet, sero an media nocte, an gallicantu, an mane. B

Marci. 13

Matth. 24

¶Tertio, q̄ venturus sit, nobis nō putātibus, more furis domū, nō opināte patrefamilias, perfodiētis, queādmodū exēplo declarat p̄ cōditionē furis. Eo ipso q̄q; aliās adfirmāte, cū ait: Pœnitentiā age, & vigila, si nō vigilaueris, veniā ad te tanq̄ fur, & nescies qua hora veniā ad te. Id q̄d Aplus corde percipit, dicēs: Ipsi em̄ diligēter scitis, q̄a dies dñi, sicut fur in nocte, ita veniet. Cū em̄ dixerint, pax & securitas, tūc repētinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habētis, & nō effugiēt. Id q̄d olim in terrorē nostri oīm suo deplorando dāno expertus est diues ille, q̄ horrea dilataturus dicebat aīæ suæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Cui deus: Stulte hac nocte animā tuā repetunt à te. Atq; profecto similia videmus hoc fieri tēpore, quo plerosq; dominus non opinantes hinc per pestilentiam vocat: quod dictu est miserum. C

Apoc. 3

1. Thess. 4

Luce. 12

¶Quarto, vt simus plane parati, cū ipse pulset: quādoquidē nos ad nuptias illas suas nō sit intromissurus, sed imparatos tradet proijciendos foras, dicens ad ministros, s. angelos: Ligatis manibus & pedibus, mittite eos in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium: queādmodū & agebatur cū quinq; virginibus stultis, qbus ianua cœli claudebatur, q̄m dormientes dñm neglexerant & imparatæ erant, quum interim, quæ paratæ erant, s. quinq; virgines sapientes cum domino ad nuptias ingrederentur. Et hoc est q̄d alibi dominus paterne monet: Vigilate ergo, ne cū venerit dñs repente, inueniat vos dormiētes. Et alibi: Aemulare ergo & age pœnitentiā, Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocē meā, & aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illū, & cœnabo cū illo, & ipse mecum. D

Matth. 22

Matth. 25

Marc. 13

Apoc. 3

¶Pulsat aūt dñs, quū hominē tentat ægritudine vel aliquo signo, q̄ suggerit propinquū esse eius vitæ vel seculi finē, ceu nunc maxime pulsat, & quidē adeo, vt nō possimus ignorare dñm propediē venturū. Beati igit, ait ipse dñs, q̄s cū venerit dñs inuenerit vigilantes. E

¶Vigilātes aūt nos inueniet. Primo, vbi lumbos nostros succinxerimus, q̄ sunt cordis, oris & corporis, q̄s succingemus vbi cogitatiōes nostras, sermones nros & corpora nra ab omni vitio, & maxime libidinis cōseruauerimus, vt simus corde & corpore casti & immaculati, q̄ alioquin ad nuptias ingredi nequimus, quo nihil coinquinatum intrat. F

Apoc. 21.

¶Secūdo, vt sint in manibus nostris ardētes lucernæ, p̄ quas bona opera, fideiq; fructus significant: quas habebimus, vbi nō solū nobis ipsis probi sumus, sed & alijs bonis operib⁹ ad exemplū lucemus, Chro aliās monēte: Sic luceat lux vestra corā hoībus, vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū, q̄ in cœlis est. Siquidē nō sufficerit solū nos domi iustos esse, sed & foris q̄q;, Paulo hortāte, quū ait: Prouidētes bona nō tantū corā deo, sed etiā corā hoībus. Qui sane sic suos succingūt lūbos & sic in manibus suis ardētes lucernas tenēt, hosce dñs à nuptijs reuersurus inueniet vigilātes & paratos, q̄ ideoq; beati sunt, q̄m ipse præcingēs se & trāsiens ministrabit illis oīa necessaria beatitudinis in vita æterna. G

Matth. 5

Roma. 12

Galat.4 Hierusalem cœlestē,quæ est mater nostra,&deniq; vitam æternam pro hac vana trāsitoria, vmbratiliq; vita possessurum? Vnde q̄ bene vereq; Apostolus dicit: Propter Christū
Philip.3 omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Chrm lucrifaciam, vt & inueniar in illo,scilicet qui est vera,hic quasi per Idæam,alibi re ipsa. Atque vtinam hodie,cum illo à vetustate peccatorum ad vitæ virtuosæ nouitatem conuersi, exq; Saulis Pauli facti vnà cum eo omnia vere reliquamus,ipsumq; Christum tam spiritu, quàm corpore sequamur crucem eius tollentes,sicut ipse in diuinis mandatis ambulemus,vt deinde centuplum accepturi,vitam æternam possidere possimus.

¶HOMILIA XCVIII. DE EO QVOD LEGITVR: Nescitis quid petatis,potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Matthæi vicesimo.

In ferijs diui Iacobi ad personas monasticas.



On meo quidem arbitrio, sed diuino plane nutu tam meus huc ē aduentus,quàm se nobis hoc offert euangelium, quod & loco & tempori,adeoq; personis,qbus(deo disponente)locuturus sum, vndecunq; respondet. Id quod in themate nostro quasi cardine suo prorsus pendet ac vertitur, quo totum perinde fertur. A

¶In quo quidem euangelio(vt cætera,quæ nup disputauimus transeam)quum dominus iam antea suam & passionem & resurrectionem discipulis prænuntiasset, regnumq; dei fore in ianuis, mater filiorum Zebedæi, cui nomen Salome, facile subinsinuauit, qualis sit naturæ,p̄sertim muliebris,in filios adfectus,quo parētes maxime pro filijs & ita qdē sunt soliciti,vt inconsiderata pro ijs faciūt & petunt,in qbus vnica illorum est & omnis cura.Sane filiorum causa parentes omnia volunt,per ferrum per flammas,itur intrepide,si filiorum charitas postulet,nullius incolumitas homini sua B
Ge.47.46 uior,nullum funus acerbius,magisq; luctuosum.Id quod eximio facto perdocuit Israel qui vnum Iosippum ex filijs amissum,multos annos luxit, nec prius diuturnum luctum abstersit,quàm ex insperato repertus est.Cuius videndi studio patriam & domesticos lares reliquit,migrauitq; cum tota domo in Aegyptum.CXX.annos &amplius natus.Sic Dauid Absolonem filium,vtcunq; hostem rebellem,qui patrē regio solio deiecerat,prælio victum,interfectumq; media fuga tam dolenter fleuit pater,effictimq; lamentatus ē, vt fletus magnæ inuidiæ illi fuerit apud exercitum,maiori adhuc futurus,nisi amicorum admonitu lachrymis simulatum gaudiū miscuisset.Sic & paterfamilias euangelicus prodigum filium reuersum,non modo non auersatus est(patrimonij enim partem vnā tur-
Lucæ.15. piter prodegerat)sed seminudum & inedia confectum,nuptiali veste texit,festisq; accepit epulis.Nonne & diua Maria virgo,Christi mater cum præfatione laudis semper ab omnibus nominanda,ab illius acerbissimo cruciatu nunquam temere ab vllo visa est. In priuato egit,aut orationi intenta,aut diuina legens,sanctissimi filij.tam pia quàm sedula
Lucæ.2 cultrix,quæ alibi ad filiū repertū ait:Fili,quid fecisti nobis,Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.Sic hodie naturali mater adfectu,nimioq; in filios amore nō dubitauit incōsiderata à domino petere,imo quæ susq; deq; tulit repulsam.Cuius vnica in themate ponitur ratio,scilicet quod nimio adfectu inconsiderate nesciens petiuerit, domino respondēte:Nescitis quid petatis,Potestis bibere calicem,quem ego bibiturus sum? Quo quidem responso docet.

¶Primo,nos plerunq; ideo à deo non exaudiri,qm̄ ignari male petimus. Vnde Iaco- C
Iacob.4 bus:Petitis,inquit,& non accipitis,eo q̄d male petatis.Et Apostolus ait: Nā quid ore-
Roma.8 mus sicut oportet,nescimus, sed ipse spūs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui aūt scrutat corda,scit q̄d desideret spūs,q; secūdum deum postulat pro sanctis. Qui bus vtriq; verbis vult,vt oīa petenda & necessaria deo cōmittamus, nec petamus nisi salu-
Iohan.16. taria & spūalia,quæ petuntur,si(vt Chrūs docuit)nomine petimus Iesu, q̄d saluator est
Matth.1 & salus.Quā certe petemus vbi regnū dei,id est,Christū primo petiuerimus. Ipso Christo dn̄o dicente:Quærite ergo primum regnum dei,& iustitiam eius,& hæc oīa adijciē
Matth.6. tur vobis.Sunt igitur spūalia tantum petenda,reliqua vero ad corpus facientia,quū ap-
Lucæ.12 pendices sint animæ,minime orationi commiscenda:siquidem irascitur deus, ac vt munificus fastidit vilia postulari.Hæc nāq;,ipso docente,citra nos præbet.Adspicite, inqt, volatilia cœli,quæ non ferunt neq; metunt,& pater cœlestis pascit illa. At quæ sunt aīæ ac virtutis nisi nobis legitime certātibus & instāter petētibus minime dabunt. Id q̄d dominus

minua hodie ostendit, inquiens: Nescitis quid petatis, Potestis bibere calicem, quem ego
bibiturus sum, id est, potestis vt ego mori, mortemq́ subire & in agone certare, tunc da-
bitur honor à deo patre meo humilibus & laborantibus paratus. Etenim calix est mors
& dolorum passio. Hinc ad patrem dñs: Pater, si possibile est, transfer calicem hûc à me, qui Lucę 14
cũ doloribus bibitur ab eo, qui martyrij certamen suscepit. Sic & Dauid inquit: Quid re- Math. 26
tribuam dño, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen dñi Marc. 14
inuocabo. Vota mea dño reddam in conspectu omnis populi eius, pretiosa in conspectu Lucæ. 22
dñi mors sanctorum eius. Ita Christus ait: Potestis bibere, id est, obire, calicem, id est, passio Psal. 115
nem vel mortem quã ego passurus sum? Quasi dicat, si hoc vultis & poteritis, tũc meri
to poteritis & recte petere, quod petitis. In quo nimirum verbo docet.

D ¶Secundo, neminẽ coronari & glorificari, nisi qui legitime certauerit, nec ingredi cœ
lum, nisi per passiones & aduersitates, & mortẽ, adfirmante Paulo. Nam & qui certat in 2. Timot. 2
agone, non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et alibi: Hæredes quidẽ dei, cohære Roma. 8
des aũt Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Et aliàs: Quoniam per mul Acto. 14
tas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei. Et Christus: Nonne (inquit) hæc opor Lucæ. 24
tuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã suam? Nimirum arguit morte & non aliter posse Iohan. 12
intrare in gloriam, & sedere à dextris suis, vt alio in loco ait: Granum nisi mortificatũ fu-
erit, ipsum manet solũ, mortuum vero, adfert multum fructus. Sic reuera hodie dñs scie-
bat, quia filij Zebedæi passionẽ suam poterant imitari, sciens interrogat, vt omnes audia
mus, quia nemo potest cum Christo regnare, nisi passionem Christi fuerit imitatus: res
enim pretiosa non nisi in pretio pretioso comparatur.

E ¶Passionem aũt domini dicimus nõ solum persequutionem gentiliũ, sed omnem vio-
lentiam, quã patimur contra tres inimicos, diabolum, carnẽ, mundum certantes, de qua Psal. 43
quidem morte & passione Apostolus ait post prophetã: Quia propter te mortificamur Roma. 8
tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Quis nos separabit à charitate Christi? Tri
bulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persequutio, an gladius? Mor
tificamur hoc pacto, quoties resistimus propter deũ mundo, carni & diabolo, id est, pec-
catis tribus, superbiæ, luxuriæ & auaritiæ, quibus omnia peccata cõtinentur, Iohanne scri
bente: Omne quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & 1. Iohan. 2
superbia vitæ. Ad hanc mortificationẽ hortatur Apostolus, inquiens: Mortificate mem
bra vestra quæ sunt super terrã, libidinẽ, concupiscentiã, auaritiam, propter quę venit ira Coloss. 3
dei super filios incredulitatis. Viuere enim in æterna gloria nõ possumus, nisi per hãc mor
tificationẽ, quæ fit detractione eorum, quæ peccata generãt & nutriunt, abdicatione scilicet
diaboli, carnis & mundi. Hinc Apostolus: Semper (ait) mortificationẽ Iesu Christi in cor 2. Cor. 4
pore nostro circũferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

F ¶Cæterum, mortificantur nonnulli imperfecte, spiritu scilicet tantummodo, veluti sunt,
qui etsi in mundo sunt, circaq́ res mundi corporaliter versantur, ijs tamen non nisi ad
vsum maxime necessarium vtuntur, inde spiritu longe absentes. Cuiusmodi sunt homi-
nes pij extra cœnobiticam vitam pie degentes, de quibus Apostolus ait: Tempus breue 1. Cor. 7
est, Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui gaudẽt, tan
quam non gaudentes, & qui emunt, tanquã non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo,
tanquã non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Mortificantur quidem perfecte spi
ritu, scilicet & corpore, & sunt qui relicto mundo, & omnibus, quæ in mundo sunt reli-
ctis, dominũ sequuntur, crucem suam omni genere passionum portantes. Cuiusmodi esse Math. 19
debebat iuuenis, ad quem Christus ait: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ ha
bes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. Eiusmodi fuere Ibidem.
apostoli, qui in persona dicunt Petri: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, qd 1. Cor. 4
ergo erit nobis? Et Paulus inquit: Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos osten-
dit, tanquam mori destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo & angelis & homini
bus, Tanquam purgamenta huius mundi, facti sumus omnium peripsima vsque adhuc.
Hos proxime sequuti sunt sanctissimi viri, Basilius, Chrysostomus, Hieronymus, Grego-
rius, Augustinus, Benedictus, Dominicus, Franciscus, Thomas Aquinas, Bonauentura,
Bernardus, Clara, Monica, Magdalena, & aliæ, Maria Aegyptiaca, hocq́ genus alij per
q̃plurimi vitam cœnobiticam agentes: mundo, diabolo, carniq́ omnino renunciantes:
qui relictis omnibus solitarij, perinde re ipsa mundo mortui, vt tutius deo viuant, segre-
garunt à consortio mortalium, nihil proprij possidentes, verum, authore Paulo, haben- 1. Timo. 6
tes alimentum, & quibus teguntur, his contenti sunt.

G ¶Quibus primam quasi typo quodam figuram præscripsit Abraham, qui de terra sua Gene. 12
& de cognatione sua, & de domo patris sui egressus, dñm in alienam terram sequutus est.
Helias item propheta domini, qui pilosus & zona pellicea cinctus, deserta petijt, spelun- 3. Regũ 17

cam à consortio hominum in domicilium habens. Idemq́ fecit Helisæus Heliæ discipulus.
3.Regũ 17 Idemq́ factitaeunt omnes, de quibus ad Hebræos Apostolus scribit. Idemq́ fecit Iohan
4.Reg.4 nes Baptista, quo sanctior intee natos mulierum non surrexit, qui à teneeis anuis habita-
Hebr.13 tor deseeti, vestem pilis camelorum contextam indutus, & mira victus abstinentia vitam
Lucæ.1. egit. Adde posteemo, à tempore Mosaicæ legis fuisse Nazaræos ad statum tempus deo
Matth.3 consecratos, eoq́ decurrente seiugatos à communi hominum consortio, peculiareq́ vi-
Nume.6 tæ genus diuina lege determinatum sortitos, figuram quandam cœnobiticæ vitæ peæ se
tulisse. Quid, quod post domini ascensionem primi illi patres ac principes ecclesiæ apostoli
Acto.4 singulare viuendi genus, vt vnum quoddam exemplar monasticæ vitæ, vt peofiteri vo-
lentes, vendiderunt possessiones suaa, & attulerunt pretium ad pedes apostolorum, & inde
distribuebatue singulis, vt cuiq́ opus eeat, nec quisquã aliquid suum esse dicebat, sed erãt
eis omnia communia. Videtis igitur spiritus sancti ministerio ac directione non modo
approbatam, sed & institutam hanc, quæ in cœnobijs obseruatur, in communitate rerũ
viuendi regulam, & euangelio Christi minime aduersam, sed consonam.

1.Iohan.2 ¶ Quæ quidẽ regula à posterioribus monasticæ vitæ patribus nõ modo est obseruata, H
sed & trium votorum obseeuatione obfiemata, & perinde sanctius aucta. Illi enim vt tribus
peæcipuis mundi vitijs, scilicet superbiæ, auaritiæ, luxuriæ facilius dominarent ad vouen
dum instituerunt præcipuas tres virtutes obseruandas vitijs aduersas. Obedientiam con
tra supeebiam, paupertatẽ contra auaritiam, castitatem contea libidinem.

1.Reg.15 ¶ Obedientia est, qua quis se totum & quicquid habet in alterius ponit potestatem. Et I
Gene.22 tanti apud deum, vt sceiptuea de ea dicat: Melioe est obedientia q̃ victimæ, & auscultare
Lucę.11. magis q̃ offerre adipem arietum. Hinc à deo benedictum est, Abrahæ, quoniam voci do
Philip.2 mini obedierit, idemq́ peoptee obedientiam iustificatus est. Hinc Cheistus nobis in ex-
2.Cor.9 emplum, etsi dominus dominantium Mariæ pauperculæ fœminæ, & Iosippo fabro mi-
sello subditus, & patei deniq́ vsq́ ad ignominiosam ceucem obediens fuit. Et hoc est, q̊d
1.Petr.1 Apostolus hortatue, inquiens: Glorificantes deum in obedientia confessionis vesteæ. Et
Hebr.13 Peteus: Animas vestras, inquit, castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatia amo
re, simplici ex corde, inuicem diligite attentius. Et Apostolus: Obedite, ait, præpositis ve
Matth.18 stris & subiacete eis. Ipsi eñ peruigilant quasi eationem pro animabus vestris reddituris
1.Timot.6 Nec mirum, quum nemo sine obedientia saluari queat, quando sit nihil aliud q̃ illa humi
litas paruulorum, de quibus saluator ait: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficia
mini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Matth.8 ¶ Paupertas vero est, qua facto & spiritu ijs rebus tẽporalibus Christi nomine renun- K
ciamus, cõtenti illis quæ sunt ad natueæ sustentationẽ necessaeia. Ad hanc Christus suo
2.Cor.8 exemplo hortatus est, quãdo tã pauper fuerit, vt testatus sit, se nõ habere, vbi hic vitã age
ret, quo suũ caput reclinaeet. Vnde Apostolus: Scitis, inquit, gratiã dñi nostri Iesu Chri-
Matth.10 sti, qm̃ peopter vos ægenus factus est, cũ esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Ad
quã & Christus suos discipulos hortatur, dicens: Nolite possidere aurum, neq́ aegentũ, neq́
pecuniã in zonis vestris, nõ peeam in via, neq́ duas tunicas, neq́ calciamẽta, neq́ viegã,
dignus est eñ mercenaeius cibo suo. Quàm aũt paupeeea illi fueeint, supra dictũ est. Sed
Iacobi.2 quid peo paupertate deus dat? Respõdet Iacobus: Nõne deus elegit pauperes in hoc mũ
do, diuites in fide & hæeedes regni, q̊d repeomisit deus diligẽtibus se. Hinc Chrs alibi: Be
Matth.5 ati pauperes spiritu, qm̃ ipsi possidebunt teeeã, scilicet viuentium & diuitũ in cœlo & ipso
rum est regnum cœlorum. Nec mieum, quod adeo commendetur paupeetas, & reprobeutur
Matth.13 diuitiæ, quũ fallacia diuitiarum suffocet veebum & sine fructu facit, & quarum cupiditas radix
est malorum. Nec est quod obijcis, quis aũt me inopem sustentet? Respondet propheta: Ia
Psal.54 cta cogitatum tuũ in dominum, & ipse enutriet te. Quis Danielem in spelunca leonũ, He
Danie.14 liam, Helisæum, Iohannem, Paulum & Anthonium hæeemitas in solitudine, atq́ hoc ge
3.Reg.17 nus alios pauit? Quis volatilia cœli nutrit, & quis vestit lilia agri?

Matth.6 ¶ Castitas est voluntaria ab omni carnali libidine animo simul & corpore cõtinentia, q̃ L
mundũ de immundo conceptũ semine, de hoste domesticũ, hominem deniq́ angelũ fa-
Matth.22 cit, & quæ vel sola in huius mortalitatis & loco & tẽpore statũ quendã immoetalia gr̃æ
Lucę 20 representat, in qua nec nubent nec nubentur, t cœlũ ipsum, vt mateimoniũ tereã implens.
1.Cor.7. Hæc sola est, quæ tuto dũtaxat, quæ dñi sunt cogitat, quam quia Maria elegeeit, optimã
paetẽ elegisse teaditur. Cuius sane excellẽtia & laus quanta sit vel ideo intelligitur q̊d san
ctissimi hoĩes virginitatẽ seruasse inuenimus. Virgines quidẽ fuere Helias, Helisæus, Esaias,
Hieremias, Daniel, Ioseph, Iohannes Baptista, & pleriq́ omnes apostoli, aut certe aliqui
relictis vxoribus, deinde caste vixerunt, quãdoquidẽ ait dñs: Sunt Eunuchi, qui se castrãt
Matth.19 propter eegnũ dei, cultro, scilicet spũali repressionia libidinũ, quales sunt, qui vere viuunt
vitã monasticã. Tanti est castitas, vt Christus sanctus sanctorum, deus & homo ex virgine

Maria

Maria nasci voluerit, virgo à virgine, Iosippo vti patre putatiuo nutriri, virgo mori, ma-
tremq́ suam perpetuam virginem, virgini Iohanni commendatum iri. Ad quam vti dif
ficillimam & excellentissimam sub cœlo virtutem paterne hortatur, dicens: Non omnes Matth.19
hoc verbum capiunt, Qui potest capere, capiat. Siquidem ait Paulus: Mulier innupta & 1.Cor.7
virgo, cogitat, quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Nupta vero, quæ sunt
mundi, quomodo placeat viro. Hinc beatior erit, si sic permanserit secundum meum con
silium. Hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo au-
tem vos omnes esse sicut meipsum. Quid autem, obsecro, Christus & Paulus hic aliud
agunt, quàm vt suis exemplis & verbis nos ad virginitatem, tantamq́ virtutem cæteris
longiorem cohortantur.

HOMILIA XCIX. DE EO QVOD LEGITVR, Luc.6. Gaudete in illa die & exultate.

In tempore tribulationis Christianorum.

A

Vo nobis hodie, fratres charissimi, agenda sunt perinde alijs longe ma-
gis præcipua.
¶ In primis quidem gaudeamus, nobis eam aliquando illuxisse diem, in
qua omnes, qui Christi sunt, sibi lætandum putarunt ex verbis domini ho
die dicentis: Gaudete in illa die & exultate. Quæ est, aut qualis illa dies, in
qua lætemur? Dies, inquam, in qua nos propter filium hominis odio pro
sequuntur homines, & separant, atq; exprobrant quasi impios, scelestos atq; deo abomi-
nabiles, nosq́ ex cœtu hominum eijcere moliuntur, quasi ipsi propterea deo præstent ob
sequium, eijciuntq́ nomẽ nostrum, quod à Christo duce, eodemq́ principe nostro Chri
stianum est atq; appellatur, tanquã malum, vtpote, qui nolint Christiani, sed euangelici, Iohan.16
vtcunq; falso, appellari, odio Christi nominis. Gaudete, inquit Christus tam ad suos apo Acto.11.
stolos, q̃ ad nos omnes, qui illum vere confitemur, gaudete in illa die & exultate, qm̃ in ea be
ati eritis. Siquidẽ vulgus felices appellat, q̃bus applaudit populus, qui ad honores proue
huntur, qui magnificis titulis celebrantur. Vos aũt in illa die, me authore, beati eritis, quũ
vos deriserint homines, quũ vos vt execrabiles e contubernio suo iecerint, quum in vos
mea causa multa probra congesserint, quũ nomen etiam vestrum ac memoriam vel abo-
lere prorsus vel abominabilem posteris reddere studuerint, idq́ nulla vestra culpa, sed
odio filij hominis, cuius doctrinam & gloriam prædicabitis.
B ¶ An non, fratres dilectissi, hæc nobis hac die & hoc tempore palam fiunt, qui vsque-
adeo ab hæreticis, Christianæ ecclesiæ hostibus, odio tribulamur, qui ab ijs, si deo placet,
separamur à ciuitate in ciuitatem, à regione in aliam & à nostris mansionibus detrudi-
mur, eijcimur, nostrumq́ illi nomen execrantur, pro Christianis Antichristianos, pro
pijs impios, pro Christis vnctos carnifices, laniones, pharisæos rasos, idola, hocq́ genua
alijs vilissimis apud seculũ nominibus probrose nominantes, & nihil non in nos supplicij Iohan.14
opprobrijq́ congerentes. An non lætemur hac die? Vtiq;, quum is iusserit, qui via & vita Matth.17
C est atq; veritas, dei patris filius dilectus, quem pater audire voluit.
¶ An non hac die gaudeamus, in qua principes illi ecclesiæ apostoli magnopere lætati Acto.5
sunt, de quibus ait Lucas: Et illi quidẽ ibant gaudẽtes à conspectu concilij, qm̃ digni ha- Roma.5
biti sunt pro noĩe Iesu contumeliã pati. Et hac die gauisus quoq; est Paulus. Sed & glorie 2.Cor.12
mur, inquiẽs, in tribulationibus. Et rursus: Propter q̃d placeo mihi in infirmitatibus meis
in contumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro Christo. Est & Acto.7
hauddubie hac die lætatus Stephanus, quia positis in martyrio genubus, magna voce di-
xit: Domine ne statuas illis hoc peccatũ, sequutus magistrum suũ, adeoq́ nostrum in cru-
ce pro inimicis suis orãtem: Ignosce pater illis, quoniam nesciunt quid faciunt. Sic & An Lucæ.24
dreas: Securus (inquit) & gaudẽs venio ad te, o bona crux. Sic & sanctus Vincentius: Hoc
ẽst (inquit) quod semper optaui, & votis omnibus exquisiui. Sic & sanctus Laurẽtius: Gau
deo (ait) plane, quia hostia Christi merui effici. Sic & hac die sanctus Sebastianus nõ mo-
do in suis lætatus est pro nomine Iesu tormentis, sed & alios Christi martyres, & quidẽ
maxime Marcellianum & Marcum, geminos fratres pro fide Christi decollandos læta-
bunda voce confortauit, inquiens: O fortissimi milites Christi, nolite per misera blandi-
menta coronã deponere sempiternã, &c. Si itaq; fratres, tam viri sancti Christi præcepto
lætati sunt, in summis suis tribulationibus & angustijs, quur nõ et ipse vos horter, vt illo-
rum exemplo et ipsi hac die tribulationis vestræ gaudeatis, quãdo et Christus suos ad cõ
stantiam hodie in martyrio consolatutus, exemplo prophetarũ vtitur, dicens: Secũdum

hoc em̃ faciebant prophetis patres eorum. Veruntamen, væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Q. d. horum exemplo vos consolemini.

¶Est igitur nobis hodie plane gaudendũ, q̃ ad eã diẽ peruenerimus, in qua tanta nobis D
Acto.14 data est ad lætandũ copia, tãtaq̃ materia beatitudinis regni cœlorũ, quo certe nõ nisi p̃ tri-
Lucæ.24 bulationes multas ingredi valeamus, quãdo & Christus in gloriã suã non nisi p̃ passionẽ
2.Cor.12 intrauerit. Sane virtus, scilicet ad beatitudinẽ proficua, nõ nisi in infirmitate perficitur.

¶Secundo est nobis hodie orandũ ad deũ, vt is nos faciat dignos tanto gaudio, tantæq̃ E tribulationis, id est, vt nobis cõcedat in his ac tantis tribulationibus & persequutionibus perseuerandi fortitudinẽ, constantiam & patientiam, qualem habent, qui in Christo pie
2.Timo.3. viuere volunt, & persequutionem patiuntur. Siquidem patientia maxime nobis necessa-
Matth.24 ria sit & constantia. Qui em̃ (ait dominus) vsq; in finem perseuerauerit, saluus erit. Hinc
Roma.5 & Apostolus: Non solum aũt (inquit) sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, q̃ tribulatio patiẽtiam operatur, patientia aũt probationẽ, probatio vero spem. Spes aũt non confundit. An putes vere senserit, quod dixit Apostolus? Procul dubio, quũ alibi deinde
Roma.8 tam constãti animo dixerit: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculũ, an persequutio, an gladius? Atq; vtinã, fratres, in ijs nostris hac die tribulationibus vere cũ illo dicere possimus. Et cũ p̃pheta: Quia pro A
Psal.43 pter te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oues occisionis, sed in ijs oĩbus supera mus, propter eũ, q̃ dilexit nos. At quãdo superamus in eo? Quando quis vere dicturus
Romañ 8 est: Certus em̃ sum, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

¶Sic, fratres, non sufficit peruenisse ad illã diem, in qua nobis tã copiosa gaudij oblata F est occasio, vtpote in qua da: ũ est nomine Christi ab hæreticis nos odio haberi, quasi abiectos derideri, subsannari, separari, exprobrari, nomenq̃ nostrũ vti abominabile explodi,
Iaco.1 nisi hæc oĩa nomine Iesu cõstanter & patienter sustinuerimus, quãdoquidẽ ait Iacobus: Beatus vir, qui suffert tentationẽ, quoniam quũ probatus fuerit, accipiet coronã vitæ, quã repromisit deus diligentibus se. Quia vero patientia sit virtutũ pene difficillima, perinde omniũ maxima, vtpote quæ sola perfectũ opus habeat, vt simus perfecti & integri, in nul
2.Cor.12 lo deficientes, eã necessum est à deo Opt. postulemus, qui (eodem teste Iacobo) omnibus
Hebr.12 dat affluenter. Sic Apostolus, quũ suo iudicio nimiũ tribulatus ab angelo satanæ colaphizaretur, atq; rogans dominũ, vt discederet à se colaphizans, recepit à dño responsum, Sufficit tibi gratia mea, quæ profecto nobis nõ deerit, nisi (vt idem ait) ipsi gratiæ dei deerim⁹. Est igitur nobis hodie lætandũ, & minime tristandũ, quasi propter tot in nos opprobria & pericula nobis velimus displicere, quãdo dñs noster hodie dicat: Gaudete in illa die &
Iaco.1. exultate: siquidẽ beati eritis, quũ vos oderint homines, & separauerint vos & exprobrauerint, & iecerint nomen vestrũ tanquã malũ propter filium hominis. Vnde Iacobus permotus ait: Omne gaudiũ existimate fratres mei, quũ in tentationes varias incideritis, sci-
1.Cor.4 entes, q̃ probatio fidei vestræ patientiam operatur. Estote memores & prophetarum & apostolorũ sanctorũ, qui & horũ similia, imo maiora sustinuerunt, in quorũ persona Paulus inquit: Puto em̃, q̃ deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquã morti destinatos, quia spectaculũ facti sumus mundo & angelis & hominibus. Tanquã purgamentũ huius mundi facti sumus, omniũ peripsima vsq; adhuc. Secũdo conemur nostris ad deũ orationibus nobis eandẽ cum apostolis impetrare in angustijs patientiã, vt & ipsi cũ illis vere
Matth.5 dicere possimus: Maledicimur & benedicimus, persequutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus, id certe dicere debemus ex dñi p̃cepto, quo iubemur orare pro inimicis nostris & pro p̃sequẽtibus nos, q̃ profecto vera est patientia, qua nobis vt
Hebr.10 beati simus futuri propter persequutionẽ, necessaria est, Apostolo dicẽte: Patiẽtia em̃ vobis necessaria est, vt voluntatẽ dei faciẽtes, reportetis repromissionem.

¶At quæ est illa repromissio? Vtique illa, Ecce enim merces vestra est multa in cœlis. G Fide promittit multam in cœlis mercedẽ patiẽtibus hic propter filium hominis. Quàm multa? Siquidem tam magna, vt comprehendi nequeat, tam multa, vt numerari nõ possit, tam pretiosa, vt æstimari nequeat, tam diuturna, vt nunquam finiri valeat. Sane hæc illa merces deus est, in quo omnia sunt bona, omnia gaudia, omnia perfecta, cui nihil de-
Gene.15 est, qui de seipso ait: Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna ni-
Baruch.3 mis. Sic de mercede in regno cœlesti ait Baruch: O Israel, q̃ magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus est, & nõ habens finẽ, excelsus & immẽsus. Et Esaias
Esaiæ.33 inquit: Oculi tui videbunt Hierusalẽ, habitationem opulentam. Idem rursus: A seculo nõ
Esaiæ.64 audierunt, neq; auribus perceperũt. Oculus non vidit deus absq; te, quæ preparasti expe
1.Cor.2 ctantibus te. Quẽ Apostolus sequutus ait, sicut scriptũ est: Quod oculus nõ vidit, nec auris au-

A ris audiuit, nec in cor hoīs ascendit, quæ pparauit deus his, q diligunt illū. Nobis aūt reue
lauit deus per spiritū suū. Quid multis? Finge quicqd gaudij in hoc mundo (si modo hic s.Petr.3
gaudiū est aliquod) centuplo tñ alibi maius est. Siquidē ait Petrus: Vnū vero hoc non la-
tet vos (charissimi) quia vnus dies apud dñm, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus
Et hoc est (fratres charissimi) quod dominus hodie ait: Ne qd ob hæc displiceat tā, vobis,
quin potius gaudete, quū hæc vobis acciderint & exultate. Etēm si non respondebit me-
ritis fauor hominū malorū, tñ manet vos copiosa merces benefactorū in cœlis. Q.d. In eā
mercedē adspicite, eaq́ vos consolemini, quoties hic noīe meo persequimini, separami-
ni, exprobramini, reiectiq́ fueritis &c. Longe qdem maior & copiosior erit merces q̄ hæc
ipsa in vos maledictio, exprobratio & persecutio. Quod Apl's adfirmās inqt: Existimo Roma 8
em̄ qd non sunt condignæ passiōes huius tēporis ad futurā gloriā, quæ reuelabit in nobis. Hebre.12
Deponentes igitur (ait idem deinde) omne pondus, & circūstans nos pctm̄ per patientiā
curramus ad propositū nobis certamen, adspicientes in authorē fidei & consummatorē
Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucē, confusione contēpta atq́ in dextera se-
dis dei sedet. Sic & ego (fratres charissimi) vos quoq́ qui nūc mecū pariter spernemini &
exprobramini, hortor, vt recogitetis eū, qui talē sustinuit à peccatoribus aduersus semet-
ipsum cōtradictionē, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondū em̄ vsq́ sangui-
nē restitistis. Semper em̄ recogitetis (inquā) pro his cōtumelijs, tribulationibusq́ in cœlis Acto.14
esse vobis mercedē magnā, ad quā sine tribulatione nemo sit perventurus. Præterea reco Iob.7
gitetis hanc vitā esse militiā & plenā miseriæ, nec nobis hic esse certā & perpetuā mansio 2.Cor. 5
nē, aliā nobis quærendā, quæ in cœlis est æterna, nō manufacta. Sane nisi hæc, sed illa cer-
tissima futuræ in vita æterna mercedis esset spes & cōsolatio, qd essemus? qd em̄ nobis hu
ius mūdi vana gaudia pdessent oia? Nihil plane. Si em̄ (inqt Apl's) in hac vita tm̄ in Chro 1.Cor. 5
sperātes sumus, miserabiliores sumus oībus hoībus. Quod & nos vere dicere possim⁹. Sic
ideoq́ (frēs) hisce verbis & doctrinis cōsolemini, memores semp Chri, hodie dicētis: Bea
ti eritis, cū vos oderint hoīes & separauerint vos & exprobrauerint & iecerint nomē vrm
tanq̄ malū ppter filiū hoīs, gaudete in illa die & exultate &c. Pauperē qdē (inqt Tobias) Tobi.4
vitā gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deū, & recesserimus ab omi pctō,
H & fecerimus bene. ¶Sed videor mihi audire inter vos, q dicūt: Veremur nobis hmōi op
probria, cōuicia, hosq́ genus maledicta propter pctā, & nō propter filiū hoīs obuenire,
& sic parū nobis spei tātæ mercedis relinqui. Quibus rñderim nihil obstare, qn & deus no
bis hæc mala mittat propter scelera nrā, qbus illū offendimus, & interim q̄q́ hæc nos pro
pter ipm sufferre, & maxie q̄ ad illos, q nos vtiq́ propter Iesum, filiū hoīs psequunt, & di
uexāt, quū velint nos oīno ab eius ecclesia desciscere, à veteri religiōe cogere, oēmq́ virtu
tē, honestatē, piamq́ in eū adeoq́ in eos, q eius sunt deuotionē derelinquere. Quæ cū oīa
filij dei sunt, & nos isti propter ea persequunt, & ipsi illa amore ipsius patimur, & sustine-
mus anteq̄ ab eo deficiamus, quæ eius sunt, certe propter filiū hoīs patimur; interim pec-
cati a nris veniā depcātes. Sic nimirū propter deū passi tradunt, facti pinde veri martyres
septē illi frēs vnà cū matre Machabæa, qm̄ noluerint patrias dei leges deserere, & carnes 2.Macha.7
porcinas minime edere. Quāuis de ijs dicat ipsa mater ad Antiochū. Nos em̄ peccatis no
stris hæc patimur. Et si nobis propter increpationē & correptionē dn̄s deus noster mo-
dicū iratus est, sed iterū reconciliabit seruis suis. Sed fratres (inquā) & in nostro pene casu
est, quū aduersarij plane nos ex sua intentiōe, nō propter pctā nostra, qbus aliter deberēt Matth 18
mederi, & pro pœnia indulgere, nedū septies, sed septuagies septies, sed propter Christi
Iesu fidē adeoq́ propter eius religionē tot nos adficiunt iniurijs, contumelijs, atq́ malis,
reuera dicimur psequi propter filiū hoīs, si modo eius noīe patiēti animo sustinuerimus,
minime neq́ superbientes neq́ impatiētes, sed humillime cū sancta Iudith mutuo, vnus ad Iudith 8
alterū, dicentes: Non vlciscamur nos pro ijs, quę patimur, sed reputantes peccatis nostris
hæc ipsa supplicia minora esse flagella dn̄i quasi serui, q corripimur ad emendationē & nō
ad pditionē nrām euenisse credamus, & sic amore eius oīa hui⁹ mūdi & aduersariorū mala
libenter sustineamus, semper memores eius, hodie dicentes: Gaudete in illa die & exulta-
te. Siqdem beati eritis, quū vos oderint hoīes, & separauerint vos &c. Nec sit tā magna
violentia, nec tam violenta potestas, quæ quemq̄ vestrū à veteri illa veraq́ religione &
pietate dimoueat, vt inde (quod absit) latū digitū latis discessuri, vtpote, cuius Chrus sit, au
thor, quā & Apostoli sequuti sunt, eamq́ scriptura passim testet, catholicaq́ ecclesia tot se
culis approbauit, & in hanc vsq́ diem approbet, omiaq́ tam veterū q̄ recentiorū doctorū
authoritas cōmendet, ac deniq́ ratio ipsa naturalis verissimā dictet & optimā, quū econ-
trario noua ista hæresis Chro, Apl'is, scripturæ, ecclę oīmq́ sanctorū authoritati atq́ omī
rationi in non paucum multis sit contraria, vtpote, quę deū facto neget, oēmq́ virtutē sup
primat et honestatem, vnde omnis mali fons scatet et origo.

¶HOMILIA C. DE EO QVOD LEGITVR: Lucæ secundo: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace & cętera.

In ferijs purificationis Mariæ.



Vanta animi lætitia cordisq́ deuotiōe hodierna dies nobis agē- A
da est(frēs charissimi)vel hinc haud obscure accipimus , qđ hæc
ipsa sit dies,in qua primū manifestius in terris esse cœpit,quod in
cœlis antes fuit,& quod nisi ad terras allatum fuisset, nulla plane
nostra esset salus,nullaq́ redemptio , vtpote per quod solum su-
mus saluati & saluandi.Cæterum,quęritis, quid aut quale sit hoc
ipsum? Misericordia(inquam)est dei Opti.Max.per quam vti-
que solam sine alicuius intercessione & operibus deus ipse nos à
1.Petri.1 morte,cui eramus obnoxij,redemit, Petro dicente: Benedictus
deus,& pater domini nostri Iesu Christi, qui secundū misericor
diam suam magnam regenerauit nos in spem viuam,& in hęreditatem incorruptibilem.
Titum.3 Cui Paulus scribens,sit: Eramus & nos aliquando insipientes,increduli,errantes,seruiē-
1.Timot.1 tes desiderijs,& voluptatibus varijs,in malitia & inuidia agentes,odibiles,odientes inui-
cem.Cum autem humanitas & benignitas apparuit saluatoris nostri dei , nō ex operibus
iustitiæ, quæ fecimus nos,sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per laua-
crum regenerationis & renouationis, spūs sancti. Id quod dominus arguit in parabola
Lucæ.10 de eo,q inter Hierusalem & Hiericho in latrones ciciderat,quem semimortuum iacentē
samaritanus misericordia permotus,subleuauit. Atqui hæc illa dei nostri misericordia in
Psal.35 cœlo perinde in peculiari sede sua demorata est,Dauide in hæc verba concinente: Domi-
ne,in cœlo misericordia tua & veritas tua vsque ad nubes . Eam vero vti prorsus ad sa-
lutem nostram in primis necessatiam,quàm magnopere è cœlo petierint,qui in tenebris
&in vmbra mortis sedebant.Idem Propheta in persona omnium eorum satis innuit,se-
dulo proclamans in eodem Psalmo: Prætende misericordiam tuam sitientibus te. Et rur
Psal. 84 sus: Conuerte nos deus salutaris noster,& auerte iram tuam à nobis.Ostende nobis do-
mine misericordiam tuam,& salutare tuum da nobis. Hæc(inquam) maxime necessaria
ad nostram salutem misericordia , quæ prius in cœlo difficillima,hodie coram palamq́
Malach.3 in templo apparuit,Christo nuper nato,in id à parentibus oblato,iuxta scripturam olim
dicentem: Ecce ego mittam angelum meum,& præparabit viam ante faciem meam. Et
statim veniet ad templum suum dominator , quem vos quæritis, & angelus testamenti,
quem vos vultis.Id sane hodierna die cum immensæ eius misericordiæ exhibitione im
Psal 47 pletum est. Vnde(vti testis)regius Propheta voce lætabunda præcinuit: Suscepimus de-
us misericordiam tuam in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus,sic & laus tua
in fines terræ,iustitia plena est dextera tua.

¶O læta vox,O vox consolatione plena & spei.Suscepimus deus misericordiam tuam B
in medio templi tui,non in cœlo,quo nullus potuit, qa nemo sine macula . Igitur susce-
pimus misericordiam tuam dn̄e in medio templi tui. O quàm longe est hodie gratiarum
Psal.8 actio à voce illa gementis: Dn̄e,in cœlo misericordia tua,& veritas tua vsque ad nubes.
Hebrę.4 Quid ni? Nunquid tibi videtur in medio fuisse,quum apud solos cœligenas spūs habere-
1.Timo.1 tur? At vbi sane minoratus est Christus deus ipse, & dei Max.filius paulominus ab ange-
Ephe.2 lis,factusq́ est dei & hominum mediator,ac velut lapis angularis pacificauit,p sanguinē
suum,quæ in cœlis sunt,& quæ super terram,ex hoc plane iam hodie sususcepimus deus
Actorū.10 misericordiam tuam in medio templi tui. Suscepimus (inquam)deus misericordiam tuā
Romañ.2 in medio templi tui.i.in communi,& in vniuersum, vtpote,sine acceptione personarum
quæ apud te nulla est. Siqdem non modo tuam deus misericordiam suscepit hodie Da-
uid,non solum Ioseph,non solū Maria, non solum Anna,non solum Symeon , cæteriq́
hoc genus iusti homines , sed & nos, qcunq́ sumus ad vitam præordinati,tuam suscepi-
mus misericordiam,non in angulo,non in diuersorio, sed in medio templi tui , quod est
vniuscuiusq́.Siqdem deus suam hodie misericordiam non in loco quadrangulari, vel tri-
angulari, vel in alio diuersi & imparis spacij loco,sed in medio, quod oībus & spacio suo
par & æque distans.i.in communi posuit,omībus obtulit,nec eius quempiam voluit esse
expertem,nisi q renuit. Qui enim non est personarum acceptor, omnes homines (inquit
1.Timo.2 Apostolus)vult saluos fieri,& ad agnitionem veritatis peruenire. Omnes(inquam)q sua
indiguere misericordia , qua vtique omne indigebamus, quam & ideo in medio , id est,
Roma.3 omnibus in commune obtulit,Apostolo dicente: Iustitia quidem dei per fidem Iesu Chri
sti,in omnes & super omnes,qui credunt in eum? Non enim est distinctio: Omnes enim
peccaue-

peccauerunt,& egent gloria dei. Et iterum: Conclusit enim deus omnia in incredulitate,
vt omnium misereatur. Quam ideo miserationem & misericordiam hodie in medio, id Roma.3
est, in communi positam omnes æque participarunt,& æque omnes consequuti sumus,
ijdemq́ in medio templi suscepimus, siquidem, qui omnes eramus filij iræ natura, sed in
medio templi consequuti sumus misericordiam.

C ¶Sed cuius iræ, quæris, filij,& quam sumus misericordiam consequuti? Et quomodo? Gene.3
Iræ, respondeo, ignorantiæ mulieris seductæ, qua excæcati eramus. Item iræ ignauiæ si-
ue molliciei viri & abstracti & illecti à propria concupiscentia, qua eneruati eramus. Iræ
item & malitiæ & captiuitatis, qua expositos iuste à deo diabolus nos captiuarat. Ab hac
triplici nimirum ira, Christus sola misericordia & miseratione sua nos liberauit & salua- 1.Cor.1
uit, q nobis factus est sapièntia à deo patre & iustitia & sanctificatio & redemptio.

D ¶Sed per quem, quæris, modum? Duplici nimirum oblatione prorsus, voluntaria &
misericordi. Vna quidem matutina & ea iucundiore, qua hodie fructus benedictus ven-
tris à matre sua pro nobis in templum oblatus est, factusq́ ad nostram omnium recon-
ciliatione in hostia sancta, deo placens, noua (inquam) & pretiosissima oblatio, patri Matth.3.17
prorsus accepta, de qua ille ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Marci.1
Altera vero vespertina,& ea pleniore, qua deinde annum natus tricesimum non in tem- Lucæ.3
plo, nec inter brachia Symeonis, sed extra ciuitatem inter brachia crucis est pro nostra
salute oblatus. De quarum vtraque oblatione possumus accipere illud, quod per Pro- Esa.53
phetam dicitur: Oblatus est, quia ipse voluit. Sane ipse & hodie in tēplo oblatus est, non
quia opus habuit, non quia sub legis ędicto fuit, sed quia voluit, misericordia motus, sed
quia & voluit,& in cruce nihilominus est oblatus, haud quia meruit. haud quia Iudæus,
sed quia ipse voluit, misericordia pro salute nostra permotus, nos saluauit. Recte itaque
cum Dauide hodie lætabundi canamus: Suscepimus deus misericordiam tuam in medio Psal.47
templi tui &c. vtpote qui nos à triplici ira liberasti, & per solam tuam misericordiam si-
ne nostris operibus, quæ nulla fuere, saluasti.

E ¶Cæterum (fratres) quia iam nuper à priore illa triplici ira semel sumus saluati, videa- 2.Petri.2
mus, quanta nobis opus est vigilantia, ne forte (quod absit) inueniantur nostra nouissima, Matth.12
peiora prioribus, si denuo contingat iram incedere, vtpote, qui non natura iam, sed pro- Luc.11
pria voluntate filij iræ essemus? Quid igitur faciundum, tam nobis male conscijs? Am-
plectamur (inquam) misericordiam illam, quam in medio templi suscepimus,& hodie ac
semper cum timorato & iusto Symeone consolationem expectemus, deumq́ pro tanta
misericordia benedicamus, laudemus, cum gratiarum actione, dicentes: Nunc dimittis
seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace &c. O vere iustus & timoratus
Symeon, qui propterea à deo meruit videre Christum domini ante mortem. O non
modo vere iustus, sed vere beatus, siqdem q & corporalibus oculis vidit, quod multi re-
ges, multiq́ prophetæ (domino teste) videre voluerunt,& non viderunt. Et non modo
beatus, quia illum oculis carneis vidit, sed & vere beatus, quod ex numero illorum bea- Lucæ.10
torum fuerit, qui crediderunt & non viderunt, domino ad Thomam dicente: Quia vi-
disti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt, Cuiusmodi hodie Johan.20
fuit Symeon, senex ille venerandus, qui vtique oculis carneis hominem vidit, sed oculis
mentis eum esse deum cognouit, eundemq́ deum credens, vti deum benedixit, dicens:
Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace &c. In quo qdem
deuotissimo verbo colligimus.

¶Primo, Christum esse deum eundemq́ esse, sine cuius nutu nemo potest, neq́ viuere
neq́ mori, vtpote, qui in sua potestate habet vitam & mortem. Hinc scriptura: Tu es (in- Sap.16
quit) domine, qui vitæ & mortis habes potestatem,& deducis vsq́ ad portas mortis,& re-
ducis. Homo autem occidit animam suam per malitiam & cum exierit spiritus, non reuer
tetur nec reuocabit animam, quæ recepta est, sed tuam manum effugere, impossibile est.
Hinc suam à deo vitam & mortem commendare homo debet, & vtranq́ ad eius volun
tatem petere. Cuius exemplum Christus nobis reliquit, inquiens: Pater, si possibile est,
transeat à me calix iste, fiat autem voluntas tua. Sic hodie petit mortem Symeon, di-
cens: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace, &c. Vbi

G ¶Scd̄o docemur, nos qdē mortē petere à deo posse, sed non nisi in pace, id est, nisi vi
so Christo, scilicet per veram fidem,& cum desiderio esse cum Christo, id est, in pace bea Matth.26
titudinis, quandoquidem ipse Christus nostra sit pax, qui per fidem habitat in cordibus Marci.14
nostris. Sic Tobias orauit, inquiens: Et nunc domine, secundum voluntatem tuā fac me- Ephe.2
cum,& præcipe in pace recipi spiritum meum. Et Apostolus: Mihi enim viuere Chr̄us Philip.4
est,& mori lucrum. Et quid eligam ignoro, coartor aūt è duobus, desideriū habēs dissolui Coloss.3
& esse cū Christo multo magis melius, permanere aūt in carne, necessarium propter vos, Tobiæ.3 Philip.1

Sic hodie

Sic hodie petit Symeon: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum, scilicet quo dixeeat, illum non visueum mortem, nisi videeet Christum domini &c. Et
Iohan. 11 peofecto non poteeit videee moetem, qui videt Cheistum, id est, vitam, quæ est Cheistus, Cheisto alibi diceute: Ego sum eesueredio & vita, qui ceedit in me, etiam si mortuus fueeit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Sic audiens hodie Symeonem diceee: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in
Gene. 15 / Iohan. 8 pace &c. Attende quod solutioni & dimissioni pax addita sit. Non enim ait: Nunc quidem dimitti volo, sed cum additamento, in pace. Id quod & Abeaham peomittebatur à domino, dicente: Tu autem vades ad patres tuos in pace, nutritus in senectute bona: si-
Philip. 4 quidem ille domini diem viderit, & gauisus est, scilicet fide. Quis aūt est, q morit in pace nisi qui habet pacem dei, quæ omnem sensum superat, custoditq coe possessoeis sui? Quis
2. Cor. 5 est qui ex hoc seculo demigrat in pace, nisi is qui intelligit, quod deus eeat in Cheisto, mundum eeconcilians sibi, nihilq inimicum habeat aduersarium dei, sed omnem pacem
Gene. 15 atq concoediam bonis in se opeeibus adsumpsit, & sic in pace dimittitue peegeee ad sanctos patres, ad quos sanctus Abeaham profectus est.

¶ Iam vero (vt ad te conuertam) o miserrime peccator, quomodo hinc abibis in pace, H
Iohan. 3 qui ducem itineris Iesum ignoeas, quem in pectoee non habes? Qui ignoeantiam habes, quod lux venit in mundum, & homo caenalis, dilexisti magis tenebras quàm lucem, quæ
Iohan. 1 in tenebris lucet, & ipsam eenuis conpeehendeee.

¶ Quid faciundum? Certe si nos quoq ex hac misera lachrymarum valle cum Aposto- I
Philip. 1 lo desideeamus dissolui, & cum Symeone iusto in pace dimitti, necessum est, vt & ipsi iusti & timoeati hodie cum Symeone iu spiritu veniamus ad templum .i. ad cor nosteum, qd
1. Cor. 3. / 2. Cor. 6 (Apostolo teste) Cheisti per fidem est templum, ibiq Christum summo expectemus voto, ipsumq per gratiam aduenientem, veluti Symeon, quasi quibusdam veeæ fidei vlnis & brachijs teneamus, & amplectemue, & benedicemus, dicentes: Nunc dimittis seruum
Iohan 8 tuum domine &c. Benedicentes (inquam) stando, scilicet vita bona & conuersatione, templo dei digna. Interimq in primis agentes, (quod est veee benedicere) quod ad hanc diem supeeuixerimus, quam videee gestiebat Abeaham, quod & in ea se peo nostea salute offeeee dignatus sit, vnde & in medio templi eius misericoediam suscepimus, qua deo patei reconcilia ti & paca ti eundem benedicere possimus, dicentes: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in psce, Amen.

F I N I S.

DIVINVM HOC OPVS

HOMILIARVM DOCTISSIMI PRAESTANTISSIMIQVE viei, Feiderici Nausex, peofundissimi sacræ Theologiæ, ac. LL. Impeeialium, doctoris consultissimi, in quatuoe eedactū Centuri as, Coloniæ, honestus ciuis Peteus Quentell excudebat. Anno virginei paetus, M. D. XL. mēse Augusto.



